

POETAE LATINI MINORES.

RECENSUIT ET EMENDAVIT

AEMILIUS BAEHRENS.

VOLUMEN IV.



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCLXXXII.

XLIII.
ANTHOLOGIA LATINA.

Temporis ordo, quem cum maxime in componendis carminibus me observaturum esse in praefatione huic operi praemissa professus eram, quod in hoc quod iam prodit uolumine IV neglectus est, id inde uelim explices, lector candide, quod ut tomus secundus carminum pseudouergilianorum collectionem regnante fere Claudio institutam continet, ita hic quartus alteram syllogen ultimo antiquitatis Romanae spatio confectam illam quidem sed omnium aetatum poetas pariter complexam exhibet, *Anthologiam* dico *latinam*, quam Carthagini circa a. 532 p. Chr. n. iubente Vandalarum quodam principe composuit nobilis quidam adulescens nomine Octavianus. quam quoniam integram nobis inuidere liuida fata, ex laceris relliquiis latissime sparsis, quantum quidem fieri licet, reconcinnare ita suscipiam, ut in capite priore horum prolegomenon de codicibus plurimis in usum uocandis, in altero de pristino illius statu fontibusque disputem, amplum hercule uastumque campum peragraturus.

I.

Collectionis a me adumbratae exemplar quoddam (fortasse iam nonnullis locis turbatum) saeculo sexto fere medio ex Africa peruenit in Europam ibique cu-

pide adreptum propagatumque minorum illorum quibus medium aeuum fere delectabatur poematum fons praecipuus atque paene dixerim unicus extitit. duae autem codicum familiae ex illo profluxerunt exemplari bis descripto. quarum ad unam pertinet codex ille nobilissimus, qui omnium huius syllogae librorum mss. agmen ducit:

S *Salmasianus* siue Parisinus 10318 (olim suppl. lat. 685), formae quartae maioris, saeculo VII litteris uncialibus exaratus (specimen habes in Wattenbachii et Zangemeisteri exemplis codd. latt. tab. 46), scriptura continua (nisi quod hic illic punctis sunt interstinctae uoces), titulis et secundi cuiusque uersus litteris initialibus rubro colore exornatis, 28—29 per singulas paginas uersuum. correctorum manus complures distinguendae; nam et iam prima manus multa siue inter scribendum siue post inspecto iterum codice emendauit (ad hanc referas, si dixi ex. gr. c. 198, 7 'uoluntur *ex* uoluntur *corr.* S') et altera manus antiqua saec. IX—X (*m. ant.* a me significata) hic illic conspicitur et plurima leuiora uitia Salmasius correxit (cuius potiores correcturas attuli siglo usus *Salm.*); sunt denique nonnullae correcturae, quae a quam manu sint profectae incertum est, etiam ab alia quadam manu recentiore (*m. rec.*) quam Salmasii. prima huius codicis notitia cum doctis communicata est, postquam fere a. 1610 in possessionem ille peruenit Claudii Salmasii. nam et tum et magis tempore insecuto uaria inde sunt facta apographa, scilicet 1) Iurretianum in codice Parisino 17904 seruatum (ipse inspexi); 2) Isaaci Vossii in codd. Leidensibus Voss. L. O. 16 et 63 extans omniumque accuratissimum, quod mihi apparatus criticum componenti praesto fuit; 3) Marquardi Gudii in cod. Guelferbytano Gud. 187 (Luxorium continet; inspexi); 4) Antonii Clementis, quod ad Iacobum Gallaeum peruenit, unde excerpsit non-

nulla Cuperus (inter huius codd. Hagae Comitum adseruatos Q. 21; inspexi); 5) schedae Diuionenses non ex ipso S, sed huius exemplari aliquo descriptae ab auctore anonymo, qui haud pauca tacite correxit (cf. L. Muellerus et A. Riesius in *Fleckeis.* ann. 1867 p. 802 sq. et 1868 p. 698 sqq.); 7) Heinsianum et Ruhnkenianum, quod una cum schedis Diuionensibus cumque excerptis ad alia carmina pertinentibus multis nunc Heidelbergae extat (cf. Riesius *anth. lat.* I p. XVI not.); praeterea Burmannianum quoddam apographon Muellerus l. l. commemorat. uidendus omnino Riesius, qui diligenter fata codicis pretiosissimi persecutus est l. l. p. XIV sqq. — librum a. 1875 Lutetiae Parisiorum ipse examinaui et contuli ex parte celerius; praeterea in praeparanda hac editione et Vossii apographis, ut dixi, sum usus et conlatione Riesii, qui plurima editionis suae errata ipse correxit in *Fleckeis.* ann. 1880 p. 259 sqq. — hoc addo, ubicumque nuda huius codicis scripturae in apparatu critico adferantur, emendationem in textum receptam ut interdum Salmasio ita plerumque schedis Diuionensibus siue potius harum auctori deberi.

Iamque ad ea quae codici insunt adumbranda transeo. liber, cuius singulae paginae a Salmasio sunt numeratae, in initio mutilus est, cum testibus numeris ad singulos quaterniones adscriptis undecim priores quaterniones desint. incipit autem a nostrae editionis carminibus 197—208, quae pagg. 1—46 occupant, porro habet pagg. 46—47 'praefationem' illam prosariam (= 209) et carmen Octauiani (= 210), cuius inscriptioni adiectum est *sunt uero uersi CLXXII*; secuntur nempe usque ad c. 307 (Peruigilium Veneris in S falso loco extans similique titulo instructum) secundum inscriptiones poemata 172; scilicet pagg. 48—58 secuntur praemisso numero sat memorabili (rubro sunt picti numeri omnes):

VIII carmen 211; porro

[IX] eraso nunc numero pgg. 58—66 cc. 212—215, 128, 216—268;

X solum c. 269 pgg. 66—67;

XI solum c. 270 pg. 67;

XII solum c. 271 pgg. 67—73;

XIII cc. 272—306 (pgg. 73—82), 308—346 (pgg. 82—92), 164, 166—171 (pgg. 92—93), 347—379 (pgg. 93—108). — sequitur c. 307 (pgg. 108—112) ut dixi, in S male conlocatum, cui ita est inscriptum:

XVI. *Incipit . . . sunt uero uersus XXII:* sunt scilicet iterum in codice 22 carmina: 307; 380—394 (pgg. 112—116); 396, 93 (huc falso traiectum), 397—399, 189 (pgg. 116—118). nam quod huic parti XVI praepositur, apparet in prioribus nonnullos numeros a rubricatore esse omissos, ut et postea factum est. sequitur enim:

XX c. 190 (p. 118—119), cuius titulo subicitur *ursus XXIII*; subiciuntur enim iterum 23 carmina, post 190 scilicet cc. 400—407, tum

XXI cc. 1, 110, 408, 409, 2—4, 52, 410, 411, 185—187, 412—420 = 23 carmina secundum titulos (pgg. 119—134).

Numero, ut uidetur, omisso sequitur pgg. 134—136 c. 421 cum tituli addito *sunt ur XXXII*: et re uera usque ad Symphosium 32 carmina adsunt, scilicet post 421 cc. 188, 155—163 (pgg. 136—137), 422—425, inserti *Ouidi de aetate uersus* quattuor, 426—430, *Martialis I 57*, porro cc. 129, 431—439 (pgg. 137—141).

Symphosio ipso, qui obtinet pgg. 141—156, non numerato sequitur *Luxorius* cum tituli addito *sunt ur LXXXVII*: accedunt ad *Luxorii* cc. 441—529 octo alia 530—532 (hoc 532 pro quinque numeratur), quae occupant pgg. 156—188. et hic subiecta subscriptione *Epigrammaton expti. feliciter* desinit prior codicis pars.

Sed antequam pergo, uno uerbo dicam, in additis illis *sunt uero uersus . . .* (ubi *uersus* ex medii aevi usu significare 'carmina', neminem fugit) nihil aliud latitare quam eius ipsius qui S scripsit computationem; quam non ex Octauiani sylloge genuina esse repetitam inde colligitur, quod ubique sola carmina ea, quae S in unum comprehendit, numerata sunt; haec autem haud raro olim per longe alium ordinem cum illa computatione minime congruentem fuisse disposita, comparatis ceteris syllogae codicibus elucet. iam numeri VIII—XIII, XVI, XX, XXI (alios a rubricatore esse omissos, iam monui) num ad librorum diuisionem ab Octauiano institutam sint referendi an ibidem a codicis S scriba oriundi, facile alteram codicis partem respicientes eruemus.

Haec autem altera pars pgg. 188—274 complectens post subscriptionem supra adlatam haec continet: *Incip. calculus. dionisi. episcopi alexandrini. decemnouemmalis*

c. I. *Regulam* eqs., optinetque calculus pgg. 189—195 ita ut in pagg. 192 et 193 parte inferiore extet

c. II *Versus domni Petri* (= cc. 534—536). sequitur p. 196

III *Breuis pimentorum* [lege *pigm.*] q; *in domo esse debeant ut condimentis nihil desit* et porro

[IV] *Apicii excerpta a Vinidario uir intut* usque ad pg. 203 finem.

[V] *Incipit de ponderibus* pg. 204 uacua. secuntur pg. 207—211 (nam pgg. 205, 6 falso conlocatae; inter 206 et 207 unum folium excisum, numero VI signatum opusculum continens)

VII—X numeratae *Honorii scolastici* narrationes ab *Hauptio* [opusc. III 150 sqq.] editae, tum

XI *Postolatio muneris* = c. 395 pg. 211; denique post opuscula XII, [XIII], XIII, XV nume-

rata (sententias *sci Syaxi epi*, Senecae monita, *cronica Iulii Caesaris*, excerpta Pliniana), quae pgg. 212—273 optinent, ultimo folio pgg. 273, 74

XVIII (sic) *Incipit uersos de singulis causis sunt uer LXX* = cc. 537—542, in quibus ad finem non perductis subito desinit codex.

Quodsi alteram codicis partem, quae cum priore nihil habet commune nisi quod carmina nonnulla in hac omissa (cf. infra) in illa adiciuntur, scriba suo scilicet commodo prospiciens diuisit in capita, etiam in priore parte illam dinumerationem (VIII—XIII ectr.) ab uno soloque librario factam esse aiamus oportet. quod alia quadam ratiocinatione confirmatur. nam ex. gr. c. 307, in Thuaneo mox describendo recte conlocatum, in S errore quodam traiectum est, ut tamen ab ea ipsa sedē falsa, quam illud optinet, incipiat liber XVI, cum contra, si ex archetypo dinumeratio profluxisset, liber XIV illinc esset incipiendus. apparet igitur, errauisse eos qui numeris illis singulos syllogae genuinae libros indicari opinabantur; et si infra ex rationibus internis ostendemus, multorum carminum in S traditorum ordinem esse perturbatum, a numeris istis rationes nostrae tutae securaeque erunt.

Perierunt, ut dixi, in codicis S initio undecim quaterniones (= 176 paginae siue 4850 fere uersus). hos quoque ex parte certe Anthologiam continuisse, concluditur ex primo qui nunc in S adest numero VIII. cuius partis amissae uestigia supersunt in aliis codicibus plurimis, qui cum multa eorum quae in S leguntur, tum uero noua carmina ita praebent ut facile haec omnia antiquitus fuisse conexas perspiciamus. neque originem illi duxerunt ex S integro sed partim ad eundem cum hoc patrem redeunt, partim ex huius gemello per uarios gradus fluxerunt. eodem autem cum S patre utitur:

Thuaneus siue Parisinus 8071, formae maximae, T saeculo IX exeunte potius quam X ineunte scriptus duabus columnis, post Iuuenalem (cuius post sat. IX inseruntur inter alia sine titulo 123 et 124) et Eugenium Toletanum continens haec: excerpta ex Martiali (cuius in libri V initio extat c. 128), Catulli c. 62, deinde sine ullo intervallo cc. 284, 286, 289, 299—301, 304—306, 307, 315, 317—324, 332, 339, 343, 164, 360—364, 372, 376, 377, 379, 382, 384, 385, 388, 393, 395—399, 189, 190, 400, 1, 408, 409, 2, 3, 412—419, 291, 329, 340, 429, 155, 156, 158—160, 162, 422, 423, 425, Ouidii uersus quattuor in S quoque obuii, 450, 457, 464, 472, 543 cum subscriptione *Explicit*, ut tamen post scribae quosdam uersiculos ineptos sub titulo *Explicit de quodam ebrioso* c. 219 (antea scil. omissum) subiciatur. sic finitis Anthologiae excerptis secuntur in codice noua excerpta ex Ennodio, Seneca, Lucano, Eucheriae uersus, Ouidii Halieutica, Gratii Cynegetica [uol. I p. 30] aliaque nullius pretii*. ipse Groningae contuli. — liber cum hoc coniunctissimus Vindobonensis 277 saec. IX [uol. I p. 29] praeter Martialis excerpta ad Anthologiam nihil confert.

Codex bibliothecae ciuitatis Lipsiensis [Rep. I 74] L saec. IX—X, quem descripsit Hauptius [opusc. I p. 286 sqq.] quemque ipse a. 1872 manibus triui, inter medii aevi carmina fol. 14 sq. habet c. 543, fol. 25 sqq. cc. 165 (cui adiectus est 220, 2), 228, inter Martaliana

* ex T fluxerunt *epigrammata quaedam uetusta ab Actio Sincero Sannazario excerpta* in codice Vindobonensi lat. 9041, nisi quod Sannazarius testibus nonnullis lectionibus etiam ipsum S hic illic iam inspexisse uidetur. sunt autem illa ad rem criticam nullius momenti; paucas Sannazarii coniecturas inde attuli. disseruit de his excerptis Schenkelius [stud. Vindob. I p. 59 sqq.], qui quattuor disticha incognita inde se proferre opinans errauit (cf. c. 219, Ennodius Sirm. p. 609, Anth. lat. Burm. I p. 607).

multa 285, tum 131, 213, 129 (quod a me neglectum beniuole mihi contulit O. Ribbeckius), tum sub titulo *De timioso* Ouidii uersus A. A. III 249 sq., post Eugenii Toletani uersus c. 160, de culice (Donatus § 28), 158 (in quo plane cum ceteris codd. consentit), 155 (u. 1 = VY, u. 2 'Commune — habes'), 156 libere effictum, epitaphium Vergilii (Donatus § 54), Ouidii Am. III 5 et Metam. III 131—252, alia denique aliena. — prouenisse L ex eodem atque T fonte, carminis 543 apparatus criticum perlustranti facile apparet. unde, cum L nonnulla carmina in S extantia praebeat quae in T desunt, hunc non omnia ex exemplari communi transcripsisse colligitur.

Cum Lipsiensi cognatus est Sangallensis 899 saec. XI, de quo rettulit C. Schenkelius [relatt. acad. Vindobon. 1863 p. 67 sqq.]. ad Anthologiam spectantia insunt inter aliena multa haec: pg. 11 Martialis nonnulla, de culice, uersus illi Ouidiani *de timioso* in L inscripti (cui praecedunt uersiculi ignoti:

Alibi Spicula curuato pelluntur ferrea cornu.

Alibi Gramineo formose iaces sine coniuge lecto),

porro cc. 165 (adiecto 220, 2), 228, 160. idem in alia parte pg. 45 coniuncta habet cc. 164 et 165 scilicet ex aliis Anthologiae excerptis sumpta.

Cum L cognitionis quodam uinculo etiam iungitur codex Regius 15. B. XIX musei Britannici saec. IX—X, a me descriptus mus. Rhen. XXXI p. 93 sqq., qui fol. 90 c. 130, fol. 99 sqq. Martialis I 19 cum titulo sat memorabili *uirgilius de sua nutrice*, 131 (*item idem*, id est Vergilius), medii aevi *de caluo a culice obuiato* uersiculos, 128 (*uersus auieni*), 193, 155, 156, denique fol. 125 sqq. inter alia 123 et paucos XII sapientum uersus habet.

Summi autem momenti ad reconstruendam syllogem genuinam est codex Vossianus L. Q. 86 medio fere saec. IX scriptus, de quo post alios disserui mus. Rhen. XXXI p. 255 sq. praecedentibus autem et maioris ambitus operibus et poematis minoribus (inter quae sine titulo 123, 124) iam fol. 93 sqq. extat magna Anthologiae pars praemisso titulo praegrandibus litteris exarato (unde omnia quae secuntur ex longe alio quam praecedentia fonte fluxisse intellegimus) *de Corsica*, scilicet pertinente ad cc. 2 et 3 etiam in S obuia; quibus subiciuntur uno tenore cc. 6—89, porro excerpta ex Martialis IV, 71—XIV*), cc. 422, 423, 425, 457, 472, 162, tum iterum Martaliana a libro spectaculorum usque ad IV 62, deinde cc. 141, 284, 304, 305, 321, 164, 362, 376, 93, 399, 189, 409, 427, 155, 156, 158—160, 450, 400, 382, 408, 395, 396, 291, 342, 397, 398, 324, 343, 320, 361, Martialis III 75, 300, 332; denique 132, 133, 137, 138, 136, 134, 135, 139, 150, 142, 140, 153, 149, 146, 147, 154**). — finem

*) singuli Martialis libri semper in excerptis distinguuntur, ut *Explicit ex V libro. Incipit ex VI.* qua obseruatione infra in Senecae epigrammatis utemur. — ceterum in libri VI Martaliani initio extat c. 128.

**) statim post c. 154 (fol. 116^a) legitur carmen ad rem metricam spectans, quod hoc saltem loco exhibere est uisum:

De pedibus Lib. IIII.

*Pes est spondius, longa qui constat utraque;
Hunc contra pariambus erit gemina breue iunctus;
Longa brevisque pedem faciet postlata trochaem;
At praelata breuis longae concludet iambon.
5 Dactylus ex longa ueniet breuibusque duabus;
Idem anapaestus erit, breuibus si coeperit ante;
Cum breuis una duas distinguit syllaba longas,
Creticus est. * * * * **

(habet V u. 1 *pondius* et *constrat*, 2 *brede* m. 1 et *iunctis*, 3 *trocheū*, 4 *iambonū*, 5 *Dactylos*, (o in u corr.). — quos uersus comparato Terentiano Mauro ex quarto operis alicuius metrici libro sumptos esse propterea nunc statuo quod ob ipsum ar-

autem codicis Alcimus Auitus et de grammatica scripta prosaria optinent (fol. 116—150). — summas autem turbas in illa de qua agimus parte fol. 93—116 regnare, inde efficitur quod excerpta ex Martiali posteriora (scil. liber spectac. — IV 62) plane continuantur a prioribus (IV 71—XIV), unde et carminum XII sapientum ordinem disiectum et illa quae nunc Martialiana discindunt (cc. 422 . . . 162) olim cum ceteris illis cc. 141 . . . 154 cohaesisse probabile fit. quamquam num ex archetypi habitu horum errorum originem detegere liceret, frustra quaesivi. omnino autem negligentius hunc codicem exaravit librarius, nec auctorum nomina nisi raro ex fonte suo transcribens et uerba tradita magna cum socordia describens (cf. ex gr. c. 52, quod in S multo integriore quanto melius est seruatum!). in hoc autem rerum statu gaudere licet quod pauca saltem eorum carminum, quae nunc in uno V (non in ceteris codicibus principalibus STWY) leguntur, in aliis quoque libris aetatem tulerunt, ex eodem quam V fonte profectis. huc pertinent codices a me indagati:

Reginensis 1414 saec. XI post carmina christiana fol. 16 exhibens cc. 7—9 multoque quam V praestantior.

F Fuerstenfeldensis siue Monacensis lat. 6911 saec. XIII—XIV, qui fol. 99—112 multa XII sapientum et pauca Martialis carmina, tum (post Theodulfi et Damasi poemata singula) cc. 57, 50, 5 antea incognitum, 47, 48 habet: cf. quae disserui mus. Rhen. XXXI p. 670 sqq.

Erlangensis 840 saec. XI fol. 150 post uaria XII sapientum opuscula exhibet cc. 57, 47, 48 in unum con-

gumentum in Anthologia nostra olim locum habuisse negandum est. et fortasse auctorem aliquis eruet ex hac quae post u. 8 legitur subscriptione

AR. OS ~ TREOM? ELIAE.

FL (= feliciter)

iuncta sub titulo *Epitafium Alexandri magni*. — hinc descriptus uidetur codex Vindobonensis 2521 saec. XII fol. 40 tria illa poemata 57, 47, 48 praebens cum eadem lectionis uarietate.

In codicum principalium descriptione pergentes W uenimus ad codicem Bellouacensem, quem hodie perditum (certe neque Riesio [Anth. lat. II p. IV] neque uero mihi quantumuis inuestigantibus reperire eum contigit) primus adhibuit Claudius Binetus in libro, cui inscriptum est: *C. Petronii Arbitri itemque aliorum quorundam veterum epigrammata hactenus non edita. Cl. Binetus conquisiuit et nunc primum publicauit. Pictaui, ex officina Bochetorum fratrum. 1579.* cuius libelli rarissimi notitiam conlationemque accuratam de beo beniuolentiae u. cl. Leopoldi Delisle. dixit autem Binetus in epistula praefatoria: *ne quid dissimulem, Petronii Arbitri aliorumque Epigrammatum bonam partem ex bibliotheca Ecclesiae Bellouacensis habui: quae cum veteri Isidori Ethymologico connexa erant. ordo autem, quo haec poemata e Bellouacensi petita Binetus (pg. 1—10) edidit, hic est: 90—106, 518, 502, 501, 503, 107, 108, 500, 24, 109—113, 1, 114—117.* tum sequuntur praemisso titulo: *Ista quae subiiciuntur uel ex v. c. manus. clariss. I. C. Iacobi Cuiacii uel ex munere Ios. Scaligeri habui, nonnulla et in Italia conquisiui alia carmina, etiam nostrae Anthologiae nonnulla, quae scilicet ex V descripta neque a se ipso edita I. Scaliger dono dederat Bineto. his missis uideamus de priore illa serie poematum e libro Bellouacensi sumptorum. quae editor ita publici iuris fecit ut in textu (solis orthographicis neglectis) plane sequeretur codicem, coniecturas suas in margine adnotaret. qua in re summa cum diligentia uersatum illum fuisse, ut etiam de titulis praemissis nulla sit dubitandi causa, omnia reddunt ueri simile. dolendum est autem quod*

Binetus neque de ordine, quo in codice singula carmina sese exceperunt, lectorem monuit neque uero de ceteris poematibus in illo extantibus quidquam protulit. neque enim dubito quin multa in W praeterea sint lecta, quae Binetus ob eam causam posthabuit quod iam ante Scaliger edidisset: inedita tantum atque incognita ille prompsit. quodsi ipsum Bellouacensem inspicere nobis liceret, cognationem inter illum et libros STV intercedentem, quam nunc ex paucis tantum opusculis communibus agnoscimus, multo certioribus indiciis demonstrare possemus.

Duo autem carmina, quae inter libros principales W solus tradidit, etiam in aliis extant codicibus, qui cum eis noua quaedam poematia coniungunt aut utpote nota a Bineto ex W non prompta aut, si in hoc deerrant, ex eodem quo W hausit fonte ampliore sumpta. nam, ut fere fit in his minutis opusculis, uel primarii codices non omnia ex archetypis suis transcripserunt; id quod T et L Regiusque, porro V et F inter se comparati comprobant. iam c. 111 *Thrax puer* uno disticho decurtatum interpolatumque habetur in altera quadam librorum familia, quae propterea quod illi alios uersus addit alicuius est momenti. cuius anti-quissimus*) testis est codex musei Britannici Add. 11983 saec. XI—XII Senecae uarios libros continens. ibi inter media prouerbia Senecae adscripta fol. 36 sqq. haec leguntur: *uersus de duodecim cesaribus* (Ausonii scil.), *epytaphium seneca*, c. 111 *uersus iulii cesaris*, tum c. 123 *uersus adriani impr*, 124 *Item uersus eiusdem*, 125 *Item uersus eiusdem de quodam milite*, carminis

*) si excipias Parisinum 528 saec. IX, qui fol. 124 solum unumque *Thrax puer* recepit inter Alcuini opera. unde tamquam Alcuini carmen genuinum edidit Duemmler [poet. lat. méd. aevi I 1, p. 50]. sed, ut alia mittam, num credibile est, tempore Caroli Magni Anthologiae graecae (nam ex hac hauserit necesse est Alcuinus) particulas in latinum uersas esse?

828 apud Meyerum uu. 1—4. ex codice autem huius simillimo fluxerunt Vindobonensis 2521 (olim 281) saec. XII, Parisinus 6630 saec. XIII alique, de quibus statim p. 16 dicam. habemus igitur in libro Londiniensi paruorum lacerumque excerptum, quod ex sylloge nostra prouenisse uel titulus c. 111 *iulii cesaris* ostendit (nam non intellectam antiquam inscriptionem *Germanici Caesaris* eo modo mutatam esse, quid mirum est?). quae res aliquid confert ad rectum iudicium ferendum de cc. 123—125. miro enim fato accidit ut cc. 123 et 124 in antiquioribus quidem codicibus, sed qui in titulo mirifice inter se dissentiant, legantur. nimirum ex uetusto quodam Anthologiae exemplari (fortasse saec. VIII) casu quodam unum folium duo illa poematia continens dissolutum uidetur; eratque praeterea titulus ita euanidus litteris scriptus, ut fere nihil nisi *uersus . . . ani impr* legi posset. unde et quod opuscula illa uel in codicibus eis qui Anthologiam continent (T et V) non in hac ipsa sed loco longe alio extent et quod titulus aut omissus est aut uarie suppletus, facile explicatur. sunt autem libri praeter TV iam commemoratos hae: Bruxellensis 10859 saec. IX post Miconis glossas c. 124 sine titulo et 123 sic inscriptum *De tribus mulieribus uictricibus atque ab eisdem de totidem uiris interceptis* habens; Vossianus L. Q. 33 saec. X fol. 133 sine titulo c. 123 (post Ausonii 'est et non'); Sangallensis 899 (cf. supra p. 10) inter Ausonii opuscula c. 123 ut *Ouidii Nasonis uersus*; Regius 15. B. XIX (cf. supra p. 10) fol. 125 c. 123 cum inscriptione *uersus traiani imperatoris*; Parisinus 9344 saec. XI (cf. infra p. 24), qui fol. 42 bis c. 123 habet (priore loco sine titulo, postero cum hoc *hos uersus nero imperator composuit*, uu. hic sic conlocatis 1—4, 8, 7, 5, 6); Parisinus 13026 saec. X fol. 84 cc. 123 et 124 sine titulo; Y (cf. infra p. 18) inscribens: *Traiani imperatoris de bello Parthico uersus decori*; quibus alii (ut Cantabri-

giensis Collegii Trinit. O, 4, 11 saec. X—XI, qui post Iuuenalem c. 124 habet) addi possunt. his codicibus (in quorum nonnullis carmina olim dissoluta iterum cum Anthologiae opusculis sunt coniuncta, id quod interdum factum est) nostro iure utemur in textu recensendo, sed in titulo et ad demonstrandam cc. 123 et 124 ex Anthologia originem sequendi sunt libri Londiniensis adseclaeque, utpote maius quoddam continuumque excerptum praebentes.

De his libri Londiniensis adseclis nunc pauca adicienda. sunt autem Vindobonensis 2521 saec. XII, Laudianus lat. 86 saec. XIII, Parisinus 3761 saec. XIII, Parisinus 7596 A saec. XIII, Harleianus 2621 saec. XIII, qui omnes Hildeberti, Marbodi, Odonis aliorumque carmina siue tota siue ex parte ita continent ut tamen his interiecta sint cc. 123—125 una cum alio quodam poematio (sub numero 127 exhibui), quod non minus quam illa medio aevo abiudicandum est. uidentur igitur in Hildeberti coaeuorumque opera quattuor cc. 123—125 et 127 casu quodam irrepsisse. quamquam sunt inter illa etiam alia opuscula, quae antiquitati uindicanda esse tum puto euincetur, cum de Hildeberti aequaliumque poematiis accurata instituetur disquisitio comparatis quam plurimis uetustissimisque libris mss. innixa. excerptum autem Londiniensi simillimum et carmine 127 auctius (unde hoc in Anthologiam recipere non dubitavi) quattuor illa opuscula suppeditauit*).

De altero autem libro, qui uni excerptorum codicis W carmini adiungit pauca alia adhuc incognita, dixi in apparatu critico ad c. 544.

*) c. 125 etiam in aliam collectionem receptum est, quam continent libri Valencenensis 393 saec. IX inter inscriptiones christianas (cf. Riesius Anth. lat. II p. 118 sqq.) illud exhibens, et Montepessulanus schol. medic. 280 saec. XIII idem praebens inter uersus *Rome in imagine imperatoris* (= p. 118 Riesii; u. 2 *Rursus*, u. 3 *orbes*, u. 4 *dubia*, u. 6 *morbus praebet*) et c. 124 inscriptum *de tribus pastoribus et tribus puellis*.

Infimum inter codices principales locum optinet Y Parisinus 8069 saec. XI. folia 1 et 2 una per paginam columna (sed adpersis in margine uariis poematiis) scripta continent: fol. 1^b Martialis I 57 (in S quoque extans), *Item* (id est, Martialis):

*Disce tuas iuuenis ut agat facundia causas
Ut sis defensor cura salusque tuis,*

tum statim *Item Martialis* c. 129; *Item* 358, 5 et 6; cui statim subiungitur carmen octo uersuum *O uos, est aetas* (scilicet Alcuini: cf. de toto panno Hauptius opusc. I p. 191 not.); *Lucanus* c. 431; sequitur fragmentum *Disce precor iuuenis Laudetur ; Ouidius de secunda etate* (a. a. III 65 sq. et 73 sq.), qui uersus etiam in ST extant; tum hic pannus:

*Porphyrii ad constantinum imperatorē
Constantino decus. lux aurea seclī
Sancto tui cōsar uatis miseres
Dulcia mella mihi. semper tu dulcia mandas
Et quicquid dulce. mella putare decet
Dulce sonat quod cantat amor cui grata uoluntas
Debit ingrato nullam mandare salutem
Odero si potero si non inuitus amabo
Nec iuga taurus amat. quod tamen hōdit habet*)*

conflatus ex Porphyrio (u. 1, 2); Claudiani epigr. 32; Anth. c. 271, 4 et 6; Ouidio am. III 35 sq. — in margine autem folii 1^b leguntur Martialis V 56 et (— fol. 2^a) nitidum. illud c. 546 — sequitur fol. 2 in textu carmen medii, ut uidetur, aevi hōce:

RTR

*Nescit se uis amor frenum rationis habere:
Lumina cecatur, prona petit iugiter.*

*) totum hunc pannum (u. 1 *decus mundi lux*, u. 2 *misere serenus*, u. 5 *uoluptas*, u. 7 *odit*) deprehendi in codice quoque Monacensi 19413 saec. XI—XII fol. 120; sequitur in eodem fol. 124 Anth. c. 425 cum titulo *Ciceronis disertissimi oratoris*.

*Non cernit quod pergat iter, quo calle feratur:
 Incertus graditur, uelle sequens proprium.
 Instet si (si om.) gladius, magni si causa pericli,
 Dampna et iam rerum dedecus atque labor,
 Nil hinc decernit, nil certo (-ta) discutit ore (aure cod.):
 Quod placet, hoc sequitur, quale sit haut reputans*

tum *Pentade* c. 425, cui subiungitur sine interuallo:

*Si nostram, frater, festucam tollere queris,
 Robora (-re cod.) de proprio lumine tolle prius.*

tum *uersus Vergilii* c. 157, *Item eiusdem* c. 158, 159, 161, 162; porro c. 110, 214, 215, 505, 276, 163, 192. iam inde a fol. 3 duae sunt paginarum columnae: fol. 3 post excerpta ex Ouidio c. 217, post *uersus* christianos et prouerbia Catonis [uol. III p. 212] et prosaria; fol. 4 excerpta ex Horatio et Ouidio et *uersus prisciani de ponderibus* (— fol. 5^b); fol. 6 post prosaria Martialis I 19 (*uersus uirgilii de nutrice sua elia* inscriptum), carmen *Quis uolucrum species* in tomo V proferendum; fol. 7 c. 183, c. 178, 1—8, medii aevi carmen *Libra uel as ex unciolis* (quod a prioribus in Anthologiam receptum expunxi mus. Rhen. XXXII p. 225) explendae paginae adsumptum; sequitur fol. 8—114 Vergilius, cui iterum c. 505 subiungitur; fol. 114^b—121 Appendix Vergiliana habetur [cf. uol. II p. 12], post quam sine interuallo *Epitaphiū uirgilii quod sibi ipse moriens fecerat: Mantua — duces*, et cc. 155, 156 (cum additamento), c. 123 et 124, c. 160; porro fol. 121^b—126 carmina XII sapientum 132—154; fol. 127—128 *uersus sybillę de die iudicii*, Ausonius de Caesaribus, iterum monosticha Catonis [cf. l. l.], medii aevi uersiculi, Martialis III 76 et VI 23, denique *dialogus Terentii cum persona* paucaque prosaria. — codicem Groningam transmissum ipse contuli.

Est autem hic liber, ut in ceteris inferioris pretii, ita in XII sapientibus (c. 132—154) unus ex optimis, utpote quos totos nec ordine inmutato seruauerit.

liceat hic statim subiungere eos codices, quos in recensendis XII sapientibus adhibui. de V iam dixi supra p. 11; eiusdem cum Y autem pretii (immo etiam maioris) est Bruxellensis 5657 saec. X—XI (siglo B notatus) post Serenum Sammonicum [uol. III p. 106] solos sapientes excepto unico carmine integros (quae de re errauit Riesius) continens; ipse a. 1875 contuli, postea nonnullas lectiones iterum examinauit clarissimus bibliothecae Bruxellensis praefectus. his tribus codicibus primariis adieci in parte priore Turicensem 78 saec. IX [cf. uol. III p. 105], quem T significaui (nec enim uerendum est ne cum Thuaneo XII sapientibus omnino carente confundatur); in parte autem posteriore codd. Erlangensem et Fuerstenfeldensem (supra p. 12) paucosque recentiores in apparatu indicatos addidi: neque enim quidquam noui praebent libri in parte maxime priore ab anterioribus editoribus adhibiti, Petauianus libri Y simillimus quidem sed multo deterior, Sangallensis 273 saec. IX, Parisinus 8093 saec. X 8093, Valencenensis 389 saec. IX, Vindobonensis 113 saec. X, Parisinus 2772 saec. X—XI. dies autem me deficiat, si uelim enumerare plurimos codices hanc illamue horum sapientum particulam minorem exhibentes proprioque pretio plane destitutos; et nonnullos ut iam commemorauit, ita infra commemorabo. ceterum haud pauca horum carminum saeculo XV Vergilio aliisque adscripta (cf. ex gr. quae infra de Rehdigerano tradentur).

Iamque codices, qui minora Anthologiae excerpta seruauerunt, describendi. agmen ducat:

codex nobilissimus Ausonii, Vossianus L. F. 111 E saec. IX ineunte scriptus, in quo post finem poetae Burdigalensis fol. 37—40 uaria subiunguntur opuscula, cc. 118 et 119, tum duo Petronii carmina etiam nunc in eius satirarum reliquiis extantia, porro c. 120 et 121, uersus *Claudiani de eadem re* (scilicet quae in

c. 121 tractatur); c. 176—179, deinde finis c. 183 (apparet igitur in huius codicis archetypo nonnulla post c. 179 intercuisse), denique medii aevi aenigmata quaedam ab Anthologia arcenda. et Petroniana quidem carmina 120 et 121 non possunt nisi ex nostra sylloge esse sumpta (neque enim medio aeno amplioribus Arbitri satirarum codicibus utebantur quam quibus hodie utimur, nec de aliis eorum excerptis antiquo tempore factis quidquam constat). hinc autem ut cc. 118 et 119 quoque Anthologiae vindicantur, ita corroboratur cc. 176—179, 183 ex eadem stirpe origo iam per se respectu aliorum librorum ualde probabilis. cum hoc codice a me conlato cohaeret (id quod maxime c. 183 patefacit):

- P codex Palatinus 487 saec. X, qui post uaria opuscula ecclesiastica et carmina christiana iam fol. 33^b—45 haec habet: distichon medii aevi:

*Carmina Vergilii sunt bucolica, arua ducesque
Mantua cui mater, Parthenopae requies,*

porro c. 193; c. 180, 1—6; praemissis XII sapientum nominibus cc. 132—139, et 142, 1—30 (paucas lectiones notabiliores attuli ex hoc libro in ceteris cum aliis codd. consentiente); medii aevi epistula prosaria et carmen *Dira patet iani*; denique c. 176, 179, 183. ipse contuli Romae pleraque (c. 176 A. Mauis).

- Z Codex Vaticanus 1575 saec. XI, cuius descriptionem conlationemque diligentem debeo A. Mauio, haec continet: fol. 1 sqq. *Incipiunt uersus diuersorum poetarum imprimis XII sapientum hoc est basilii* ectr., sequentibus carminibus 132 et 133 (huic thema *Mantua me genuit* praepositum est); *uirgilii uita edita a donato*; cc. 185, 183; c. 155 et 156 in unum coniuncta (*Versus uirgilii ad augustum imperatorem*; uulgaris codd. VY textus); prosaria eclogarum 1—9 argumenta; c. 178, 1—4 et c. 179; Vergilii Bucolica et Georgica (prae-

missa sunt singulis libris argumenta a me c. 551 exhibita) fol. 7—37; sequitur fol. 37—124 Aeneis, cuius singulis libris praecedunt argumenta c. 176 (uu. 1—20 et 101—110 desunt, uu. 21—40 et 111—130 a manu altera recentiore sunt scripti), cuius in parte media (uu. 41—100) haud raro egregius librique E aemulus est.

Hic locus est pauca adiciendi de ceteris qui c. 176 habent libris. inter quos uetustate quidem eminent nobilis Vergilii codex Romanus siue Vaticanus 3867 saeculi VI (significauit r), maiorem partem argumentorum, quae singulis libris Aeneidos praeponit, continens; cum quo cognati sunt plurimi libri (s a me signati); scilicet Vaticanus 3252 saec. IX (176, 1—10; 178, 1—4), Bernenses 165 et 184 saec. IX, Gudianus saec. IX, Valencenensis 389 saec. IX—X, Y aliique multi (cf. Ribbeckius Verg. III p. 369 sqq.); in quibus etiam Georgicorum libris sua praeposita sunt argumenta (= c. 551). habent praeterea r et s hoc commune quod monosticha c. 179 singula cum singulis c. 176 decastichis coniungunt. nimirum saeculo V—VI grammaticus quidam Aeneidos argumenta in cc. 176 et 179 obuia (si non ex nostra sylloge, ex eadem tamen qua Octavianus hausit) capitibus librorum Vergilianorum praefixit et Bucolicorum Georgicorumque argumenta ex c. 177 petita in rem suam proprio Marte (= c. 551) expleuit, in omnibus his carminibus parum religiose uersatus saepeque textum traditum temere in peius mutans. et facile librorum r et s lectiones percensenti apparet, quantopere praestent codices E et in parte Z (medium quendam inter illos et hos locum optinet P); nam etiam Z, quamquam c. 176 non continuum praebet sed ex more temporis sui diuidit, tamen (ut docent etiam cc. 183 et 185) illud sumpsit ex egregio quodam fonte ab E paululum diuerso. consentaneum autem est, quod ad ordinem carminum atti-

neat, solum E esse eligendum ducem, utpote non tantum locupletissimum in hac parte optimumque in uerbis recensendis ducem, sed etiam eum qui in ordine obseruato consilium quoddam rationemque prae se ferat.

Dicam hoc loco etiam de c. 183. in quo a principe quem in prioribus carminibus optinuerat loco deiectus E descendit ad societatem libri P hic quidem plane gemelli, sed ascendit ad primarii fontis nomen honoremque Z, qui in cc. 183 et 185 optimo quodam excerpto usus est (cf. ex. gr. 185, 9 *mincius S*, *mitius Z*, *nuntius* ceteri codd.). praeterea adest tertia quaedam familia omnium pessima, qua sola qui antehac hoc poema ediderunt utebantur cuiusque praecipuus testis est Bembinus siue Vaticanus 3252 saec. IX, quem B notaui [cf. uol. II p. 11], alii testes sunt ex. gr. Y (cf. supra p. 18), Parisinus 8093 saec. X, Bernenses 165 saec. IX et 167 saec. X et 172 saec. X, Hamburgensis saec. X et praeterea plurimi, quos enumerare taediosum est: omnium plenam imaginem exhibet unus B. quae familia ut in ceteris appendicis Vergilianae opusculis interpolata corruptaque est quam maxime [cf. uol. II p. 9—13], ita etiam in c. 183 a genuino huius textu omnium longissime recessit. sic B infimas, medias EP, primas Z et quae nunc accuratius describenda est familia C in recensendo c. 183 agunt partes.

Haec autem familia C, ex quinque constat codicibus saeculo XIV—XV scriptis, quorum singuli quidem deprauati sunt multifariam, sed quorum consensus non solum magni est in c. 183 momenti, sed etiam omnia quae illi praebent opuscula ex communi eodemque uetusto libro prouenisse arguit. sunt autem:

Bodleianus F. 1, 17 saec. XIV, qui postquam fol. 44 subscripsit *septem iuga iuuenalia publi uirgili maronis expli*. iam haec praebet: *Mantua me genuit*, 155, 156, 164 et 165 contaminata (plane ut Y), 133,

163, duo carmina de Nigro et Candido, 183 una cum huius uariatione medio aeuo facta, 123, 176, denique Vergilii Aeneida. contuli.

Helmstadiensis 332 saec. XV [cf. uol. II p. 16] in fine habet: *Mantua me genuit*, 155, 156, 132, 133, 185, 184, 183. contuli.

Ambrosianus D 267 inf. saec. XV in fine haec habet: 155, 156, 193, Martialis I 19, 164 et 195 contaminata, Martialis IX 97, 191, 173, 185, 184, 183, 133, *Mantua me genuit*, 137. contuli.

Harleianus 5198 saec. XV post *Ouidius de uocibus auium* (fol. 39) continet: 155, 156, *Parue culex*, 194, 185, 184, 183. contuli.

Londiniensis Mus. Brit. Add. 17404 saec. XV, e quo nil nisi uarietatem c. 183 (fol. 218 sq.) excripsi.

Hausta esse cc. 185 et 183 ex Anthologiae excerpto quodam optimo simili eius, ex quo Z sua sumpsit, in propatulo est; unde et c. 184 non Donato, sed eidem excerpto debere facile adducor ut statuam (plura de hoc c. 184 uide infra in cap. II).

Adsunt alii quoque codices Vergilii, in quibus cum huius operibus maioribus coniunguntur pauca quaedam carmina ex Anthologiae aliquo excerpto petita et ad Vergilium pertinentia. huc referendi:

Laurentianus plut. 39, 23 saec. XII—XIII fol. 181 haecpraebens: *Mantua me genuit*, 193, 183 (uulgaris recensio), 163, 192, 160, 162, 161. contuli.

Hauniensis [Gl. Kgl. Samml. Nr. 2007 Q.], olim Hamburgensis, saec. XIII fol. 1: epitaphia Vergilii a XII sapientibus scripta, 155, 160, 156, 193, *Epitaphium theobaldi comitis flandriae*, 194 (1 et 2), 179, 150; denique in fine (fol. 235) 183. contuli.

Ambrosianus C. 68 inf. saec. XIV, in quo folio paenultimo habentur 194 et 193 (praeterea nil enotauit).

Londiniensis mus. Brit. Add. 16562 anno 1460 scriptus fol. 54: 160, 155, 156, *epistula virgilii ad Mecenatem* (prosaria), 193, 180. contuli.

Cuius generis libros alios multos ut sine fructu inspexi, ita non dubito quin qui omnes examinaverit plura huius collectionis frustra sit recuperaturus.

Singulari loco commemorandus est Rehdigeranus S. I 6, 17 saec. XV (quocum cognatus est Arundelianus 133: cf. uol. II p. 17), qui post elegiam de Maecenate fol. 115 sqq. habet: 172, plurima XII sapientum carmina itidem Vergilio adscripta 193, Martialis IX 97, Ausonii carmen de aetatibus animalium, Tibulli Priapea Vergilio uindicata; tum fol. 132 post Vergilii Catalepta 191, 173, *de cornice disticon* (ex Suetonio Dom. 23 sumptum), 174, 164 et 165, denique *Musarum nomina* [cf. uol. III p. 243]. — hic quoque subest fons uetustior, siquidem ex. gr. illud *de cornice disticon* etiam in antiquis codicibus in apparatu ad c. 174 indicatis cum hoc c. 174 coniungitur.

Nominandi sunt iam nonnulli codices, qui pauca aliquot collectionis nostrae poemata praebent, scilicet:

Dietzianus B. 66 saec. IX, cui testante L. Muellero [mus. Rhen. XXV p. 455] insunt cc. 366—368.

Casanatensis B. IV 18 saec. IX a G. Loewio examinatus fol. 74^b in marg. inferiore habet cc. 1 [u. 2 *sinit* cum W, 3 *siccat*, 5 *pulcerrima*], 400 [1 *conius*, 2 *multo celatur*, 3 *talem si*, 4 *Horret et ipse* obscure, 5 *S i. c.*, 6 *feruore suo et sūmittere*, 7 *biformē*, 8 *Quē mater*, 9 *formosē* (-as subser. m. 2) *aurū* (uos subser. m. 2) *superare puellē* (-las m. 2)], 472 fere totum euanidum.

Parisinus 9344 saec. XI a me descriptus mus.

Rhen. XXXI p. 90 sqq.; qui fol. 41 sq. haec habet: 181, 150, 179, 176, (in margine) 196 incognitum, *somnium Ouidii Nasonis*, 123, uersus christiani de Samsone, 361, iterum 123 (cf. supra p. 15).

Laurentianus plut. 33, 31 saec. XIV [cf. uol. I p. 56] ex antiquis et medii aevi carminibus conflatus inter uaria XII sapientum opuscula habet nonnulla Martaliana, cc. 214 et 215, Ausonianum *Abiecta in truiis* (cui subscribitur *Finit*), porro Martialis I 19 cum titulo *Virgilii uersus de nutrice*, 160, Ausonianum *de etatibus animantū* (fol. 35 sq.).

De aliis codicibus hoc illudue poemation (ueluti 128) continentibus in apparatu critico satis est expositum.

Denique plurimi extant codices, qui Symphosii aenigmata singillatim exhibeant. neque id mirum, cum summo illa iam saeculis VI et VII (ut et historia Apollonii regis et Aldhelmus docent) nec minus temporibus insecutis fruere honore. sed eorum notitiam omnem fluxisse ex ipsa nostra collectione (non ex Symphosii exemplaribus seorsum traditis), mihi quidem sat constat. iam syllogae nostrae redactor Octavianus aenigmatum corrupto admodum interpolatoque exemplari usus est; quippe in textu (ut fit in talibus lusibus) neglegenter habito siue grammaticus siue lector aliquis indulserat ingenio plurimasque adscripserat correcturas (fortasse etiam altero libro inspecto). quod exemplar correctum Octavianus ita adhibuit ut uarias illas lectiones in editionem suam reciperet, critici muneri implendo supersedens. quam genuinae collectionis speciem fidelissime nobis repraesentat codex et antiquissimus idemque Anthologiae primarius fons S, qui saepe uarias illas lectiones seruauit; ueluti u. 25 tradit *deuiribus diuitibus adoffero*, hoc est, *deuiribus ad supra diuitibus offero* scriptum. ex quibus *de uiribus* quidem recte se habet, *adfero*

autem minus bonum est quam *offero*. et sic ubique examinandum est, quid pro correctura, quid pro corruptela sit habendum nunquam recte emendandi provincia sit administrata. praeterea autem grammaticus ille multa vitia reliquerat intacta. iam si posteriores suam Symphosii notitiam aliunde accepissent, eos meliorem vel certe alium textum ob oculos habuisse consentaneum esset quam qui nobis in S suppetit. verum enim vero in historia Apollonii regis saeculo VI conscripta ut nonnulla aenigmata paulum ab illius auctore scilicet inmutata sunt, ita in aliis plane eadem corruptelae atque in S inveniuntur, siquidem sequimur optimum historiae codicem Laurentianum (nam ceteri libri omnes, quantum quidem in materia nondum ad liquidum perducta nunc scimus, pessime interpolati et in aenigmatibus secundum Symphosii codices recentiores correcti sunt); cf. de consensu illo ex. gr. uu. 190 et 222. itaque historiae illius auctorem ipsa sylloge nostra usum esse sequitur. nec ex alio fonte profecti sunt codices aenigmata separatim exhibentes. quorum duae sunt familiae, β et γ siglis a me notatae. et ad β quidem hi pertinent libri: Sangallensis 196 saec. X (collationem dedit Schenkelius, relatt. acad. Vindob. 1863 p. 11 sqq.), Anglicanus saec. XV ab Heumanno adhibitus, Parisini 2773 et 8088 saec. XI (cf. Riesius praef. Anth. lat. II p. LVIII sqq.). ad γ autem redeunt: Petropolitanus saec. VIII (cf. Schenkelius, stud. Vindob. III p. 143 sqq.), Palatini 1753 et 1719 saec. IX (ibid. II p. 297 sq.), Sangallensis 273 saec. IX (idem relatt. l. l.), Vossianus L. Q. 106 saec. IX—X (cf. L. Muellerus Fleckeis. ann. 1866 p. 266 sqq.), Musei Britannici Regius 12. C. XXIII saec. X a me conlatus (Heumanni A), Heumanni B itidem Britannicus saec. X, Parisini 5596 saec. IX et 8055 et 8440 saec. X (Riesius l. l.), ut iuniores multos enumerare parcam. qui libri etsi non ubique lectiones suae familiae proprias

seruant sed saepe contaminantes inter utramque classem fluctuant (etiam ipse S a nonnullis in usum uentus uidetur, ueluti ab altera Petropolitani manu atque in fragmento codicis Parisini 4808, de quo cf. Kleinus mus. Rhen. XXIII p. 526 sq.), tamen singulorum et contaminatione et nouis quibus nullus non scaturit uitii detractis familiarum β et γ tam clara euadit imago, ut de earum scripturis fere non liceat dubitare. iam uero Riesius [ephem. gymn. Austriac. 1868 p. 483 sqq.] ita statuit, β (illi est *B*) priorem, γ (*D*) alteram recensionem ab ipso Symphosio profectam repraesentare; plane id quidem incredibiliter, siquidem stulte inscitus poeta haud raro prioris editionis lectiones probas bonasque spreuisse, in altera ineptas malasque posuisse censendus esset. immo archetypus ambarum familiarum fuit ipsa Octauiani sylloge; huius enim uariae lectiones in illis occurrunt. extiterunt igitur saeculo septimo duo homines docti, qui codice quodam cum libro S cognato (et quidni eodem ex quo omnes praeter ST Anthologiae codd. fluxerunt?) usi remotis uitiiis et dittographiis (quarum fortasse in illo exemplari plures quam in S aderant) textum planum restituere conarentur; et β quidem modestius magisque anxie, liberius audaciusque γ eo munere ita sunt functi, ut inter uarias lectiones eligerent et corrupta pro suo uterque captu corrigerent. factitandae igitur in his aenigmatibus criticae fundamentum praecipuum est S; familias autem β et γ ita accersemus ut adhibeamus quidquid boni praebeant uel ex coniectura idonea repertum uel ex patre (libri S propinquo) conseruatum, in ceteris correctam earum interpolatamque formam non obliuiscamur. paucas singulorum librorum lectiones ζ siglo usus commemorauit.

Quaestione de codicibus Anthologiae ad finem perducta pauca adicere lubet. liber primarius S in initio eheu mutilus medio aeuo uitam uixit solitariam

nec stirpem ex se edens nec nisi rarissime (cf. p. 27) aduocatus in comparationem; huius autem fratres, longe illi a copiis inferiores, sunt T quique cum hoc cohaerent. quodsi a carminum numero recedas, non multum inter se dissimiles S et T; peccauit in nonnullis (ut in conlocato male peruigilio) sua sponte S, sed plurimas turbas uterque traxit ex communi patre. huius autem gemellus (id est alterum apographum eius exemplaris, quod saeculo VI fere medio in Europam uenisse dixi) nec ipse nec in filiis superest; sed redeunt ad eum et codices Symphosii recentiores et plerique reliquorum Anthologiae codicum. inter quos etiam V testante Senecae epigrammatum ordine a ST diuerso (cf. infra p. 32) est referendus, quamquam in alia parte easdem cum T lectiones contra S exhibens et fortasse ex utraque familia contaminatus. estque omnino res difficillima atque adeo plane desperanda, alterius familiae libris antiquissimis deperditis et certam huius memoriam resuscitare et singulorum codicum inde multis modis deductorum inter se cognationem detegere.

II.

Ad perspiciendum penitus syllogae nostrae consilium institutumque plurimum confert 'praefatio' illa sub numero 209 exhibita. quam Duebnerus, qui primus sibi uidebatur edere (iam antea in Menagianis [I p. 92 sq. ed. 1715] in lucem emissa erat), largo commentario instruxit [mus. Rhen. III, 1835, p. 470 sqq.]; post quem symbolam contulit Gustauus Loewe [mus. Rhen. XXXI p. 55 sqq.]. in uniuersum autem quid illa sibi uelit, non ita facile dispicitur propterea quod Aboriginum sermone e glossematicorum*) the-

*) Placidi potissimum copias eum qui praefationem scripsit expilasse agnouit Duebnerus; unde ex Deuerlingii editione

auris petito quam cottidiano et uulgari uti maluit a scriptor. et Duebnerus quidem illam statuit esse 'orationuculam, qua unus ex Anthologiae poetis auditorum in recitatione beneuolentiam captare uoluit'. quod quam inprobabiliter sit excogitatum, statim tibi apparebit, si 'praefationem' in uulgarem latinitatem conuersam perleges. haec igitur scriptor dicit: *cum hucusque implicitus fuerim mei animi laeti uoluntate(?), nunc tu, domine inlustrissime, me normam mutare cogis. sed quod prisci temporis poetas separaui, propterea factum est quod illi meis nugis praestant; et post doctum Ouidium ego tamquam rana illa parua in sicco morans inconditum aquis obstrepro stridorem. etiam uos, uiri optimi, ne mihi uestri iudicii haec mea ponderantis seueritatem murmuranti carmen clodum (distichon siue epigramma maledicum) excidat, ad cenam a me paratam accedite beniuoli placidique prouidete, ut fercula mea adiuetis potius uestris symbolis quam uituperetis. tum, quamquam puerulus, aperiam meam ineptam licet musam, sperans extemplo uos stipes tamquam ornamenta pulcra in me conlaturos esse. quas uestras delicias qui mente praesumit, is non amplius oscitandum, sed gustandum sibi esse aestimat. itaque magno opere subuenite meque rubore plane perfusum luce ac salute a uobis affici putate. quodsi nec obscura erunt nec sordebunt ea quae ego nugari tamquam clamator coactus nunc componam, uoti compos usque ad uitae finem uobis sum gratias habiturus. iam enim nemo me tamquam parum sonorum et callidum murmuratorem sermone differet, sed alta uoce proferet inuentorem. quocirca me adulescentulum liberate metu, ut paleam a me misero collectam uos pulcrum efficientes concentam conuertatis in coronas inlustras.*

omnes Placidi glossas ad explicandam praefationem facientes in apparatu adscripsi. ceterum non male mihi concludere uideor, Placidum et ipsum Africanum Octauianique aequalem natu maiorem fuisse.

ex quibus nugis ineptisque equidem quasi per nebulam haec clare puto perlucere. sunt uerba illa ab Anthologiae redactore scripta ad eum, cuius iussu haec instituta cuique dedicata erat. huius autem nomen (nisi forte latet in litterulis *ade* corruptis: cf. apparatus criticus) omissum est propterea quod in totius collectionis initio nunc deperdito iam extabat epistula ad eundem praefatoria, unde in alterius partis praemonitis breuius agi potuit. dicit igitur in his redactor, se in priore parte syllogae exhibuisse uates praescos (quorum instar unus nominatur Ouidius); nunc uero aliam normam a patrono instituere coactus suos aequaliumque poetarum fetus est collecturus. ipse autem cum sese designet adulescentulum (cf. *conrumo sensu* et *fellibrem*), intellegitur cur tam demisse 'uitorum optimorum', id est, seniorum iam probatorumque opem atque auxilium inuocet. sua enim ipsius carmina in primo partis alterius fasciculo una cum hac praefatione emittens abhinc se exhibere posse sperat illorum opuscula meliora indeque collectioni suae lectorum conciliare gratiam.

Quae si recte se habent, tria iam consequuntur. primum enim si in codice S 'praefationi' ilico subiiciuntur *uersus Octauiani uiri illustris annorum XVI*, num qua magis adfabilis est coniectura quam qua ipsum Octavianum esse adulescentulum illum qui Anthologiam composuerit aiamus? deinde 'optimi' illi 'uiri' necesse est fuerint ei poetae, quorum opuscula secundum titulorum nomina in Anthologiae parte altera occurrunt. quod ipsis illis titulis accuratius inspectis plane confirmatur. uocatur enim ex. gr. Luxorius *uir clarissimus et spectabilis* (cf. ad c. 441), Flauius Felix *uir clarissimus* (ad c. 421), et sic saepius nominibus poetarum adponuntur dignitates; Symphosius *scolasticus* (ad c. 440) similiterque alii adscripto quo fungebantur officio notantur. cuius rei causa in pro-

patulo est; recte iam Riesius [praef. I. p. XXVI]: quae omnia sine ratione essent, nisi scriptores illi carminum tunc cum anthologia illa componeretur adhuc ipsi inter uiuos fuissent uel saltem non diu uitam reliquissent, memoria eorum adhuc uigente? haec igitur obseruandarum dignitatum cura anxia in uiuis nimirum uigebat, omittebatur in poetis dudum mortuis. inter quos referemus Lindinum, Auitum, Porphyrium totque alios, quorum nuda carminibus praeponuntur nomina. hic inquiet quispiam: 'ergo non aequalium tantum fetus, quos tu supra commemorasti, Octavianus in hac parte posteriore promit.' nimirum distinguendum est inter Octauiani preces sui temporis poetis oblatas et illam normam quam eiusdem patronus sequendam commendauit. itaque redactor in praefatiuncula sua solum uiuos respicit, quorum gratiam captet; quid autem is cuius iussu ille egit uoluerit (quod utpote notum silentio praetermissum est), aliunde est explorandum. quod consilium eruisse mihi uideor comparato illo carmine, quod Luxorius, cum lusus iuuenales iam olim editos iterum huic collectioni inserendos traderet, addidit. ibi enim (443, u. 7 sq.) haec sunt scripta: *si te despiciet turba legentium inter Romulidas et Tyrias manus*, hoc est te inter tot tantosque et Romanorum et Carthaginiensium siue potius (latiore enim significatione ob *Romulidas* oppositum illud *Tyrias* accipiendum est) Africanorum poetas uersantem. itaque nobilis ille princeps, quo mandante Anthologia latina composita est, hoc uidetur iussisse, ut postquam in priorem partem poetae prisci siue Romani recepti essent, nunc in alteram Africani (et inter hos ipsius Octauiani uersus) reciperentur; cui ita obsecutus est Octavianus, ut et prioris et suae aetatis poetas ex Africa oriundos respiceret. quod uere me statuere, disputatio subsequens euincet. — tertio denique loco ex 'praefatione' hoc concludendum est, quidquid car-

minum a priscis uatibus factorum in altera parte nunc extet inde depellendum et in priorem relegandum esse, nisi certis rationibus illi uindicari possit. neque enim erat Octavianus propositi tam rigide tenax, ut re ipsa ferente normam deserere ueretur; immo iam in priore parte (cuius in fine S incipit) Luxorii aequalis centonem quendam Vergilianum (c. 208) in horum scilicet centonum collectionem receperat. uerum enim uero talis excusatio deest plane in Vergilii Ouidii Senecae Petronii Martialis carminibus, quae exhibet nobis S in parte posteriore. ubi quid rei sit detegit facta codicum ST et V in Senecae epigrammatis inter se comparatio. nam cc. 1, 2, 3, 4, 52 (duo ultima omisit T minora excerpta praebens) inter Africanorum poemata media ponunt ST, recte contra V saltim cc. 2 et 3 (nam cc. 1 et 4 plane omittit, et ipse ex archetypo suo excerpta adferens) cum ceteris Senecae epigrammatis coniungit et c. 52 horum ordini inserit, eo ipso in hac quidem re maiore dignus fide. unde in librorum ST parente carmina illa 1, 2, 3, 4, 52 in parte priore omissa postea in altera quocumque loco sunt addita corrigendi erroris gratia. unde meo iure de ceteris quoque Vergilii Ouidii Petronii Martialis carminibus falso in S loco extantibus idem me statuere puto, adiuantibus praesertim aliis rationibus mox in singulorum Anthologiae capitum disceptatione adferendis.

De loco et tempore, quo Octavianus opus suum confecit, nulla plane dubitatio est, siquidem tot partis posterioris carmina aperte indicant id quod iam Cuperus [de elephantis II p. 165 thes. ant. Rom. Salleng. uol. III] intellexit, 'plerosque (horum poetarum) Vandalorum tempore Carthagine floruisse et ibi hanc collectionem factam esse.' accuratius deinde post Riesium [praef. I p. XXVI] nuperrime O. Schubertus [quaestionum de Anth. codicis Salmasiani part. I p. 17—19]

terminum, intra quem Anthologia confecta sit, recta carminum 495 et 496 interpretatione proposita satis probabiliter annis 532—534 circumscripsit.

Ipsam iam collectionem, qualem fere Octavianus nobis uidetur instituisse, per singula capita (sic enim appellare placet, ne confusio oriatur, multas illas particulas minores) ita persequemur ut simul et quo modo priorem partem uates Romanos complexam ex codicum laceris reliquiis restituerimus ostendamus et de ipsis Anthologiae poetis, ubi oportebit, disseramus.

Densae igitur tenebrae sunt de operis exordio. fortasse autem illud ab excerptis Ouidii (unde huius tanquam choragi in 'praefatione' fieri mentionem conicias) cepit initium; et errore paulo supra exposito unum saltim carmen *Ouidi de aetate**) in scriptum (scil. uersus artis am. III 65 sq. et 73 sq.) loco alieno post c. 425 in ST extat (etiam in Y transiit). sed ualde dubito, num ex nostra sylloge fluxerint ampla illa ex Ouidio excerpta in codice inferioris pretii Y obuia (cf. supra p. 18). deinde cum probabile sit, ex antiquioribus Romanorum poetis non unum solumque Ouidium receptum esse, non male tibi persuadeas, fortasse in secundo capite carmen Catullianum LXIII, quod T inter sua ex Anthologia excerpta tradit, olim sedem habuisse. nam uidetur, quantum quidem in hac caligine dispicere licet, hoc secutus esse Octavianus ut post caput minuta epigrammata multa complectens uariandi gratia unum maioris ambitus opusculum insereret. num uero Octavianus alios aevi Ciceroniani et Augustei uates quibus locum in collectione sua daret elegerit, prorsus ignotum est (nam

*) quod propterea in seriem meae collectionis non recepi quod omnia ea quae apud auctores nobis seruatos leguntur exclusi (ut plurima Martialis poemata, ita duo Petronii unumque Claudianum); a qua norma in uno capite Vergiliano (cf. cc. 156—163) causas ob perspicuas recessi.

c. 24 Varronis Atacini a Seneca adlatum est, uersus Propertii c. 163 ad Vergiliana pertinent, denique uersiculi Vergilio adscripti in postremo partis prioris capite positi sunt). sic Seneca, a quo excerpta libri V incipiunt, nostrae quoque editionis initium est.

Capitis eius, quod *Senecae* epigrammatum excerpta continuit, fons praecipuus est V cc. 2, 3, 6—73 uno tenore exhibens. quorum pleraque Senecae esse Scalliger et Pithoeus diuinauerunt magis quam ostenderunt, posteri tantum de paucis (ex. gr. ab Haasio receptis Senecae uol. I p. 261) credere, de omnibus illis fidem negauit Riesius [Fleckeis. ann. 1869 p. 279]. neque haec opinionum incertitudo mira est, cum V auctorum (paucis exceptis) nomina omiserit. bene igitur accidit quod S in parte posteriore nonnulla Senecae poemata ante neglecta addens in tribus certe libri V carminibus (sunt 2, 3, 52) Senecae nomen seruauit; nam c. 52 in S multo plenius quam in V corrupto traditum pro diuerso nouoque fetu uelle habere (ut fecit Riesius c. 52 bis exhibens), id uero omni caret ratione. hinc autem et cc. 1 et 4 in solo S (c. 1 etiam in TW) seruata quin olim in hoc Anthologiae capite lecta fuerint dubium non est et de reliquis poematis in V extantibus iam certius potest iudicari. Cordubae se natum esse is qui haec epigrammata scripsit indicat c. 19 (quos uersus doloris sinceri plenos lege ut intellegas quam sit peruersum adscribere uelle scolastico cuidam uersificatori sub Senecae persona scribenti); se adhaerere idem ille significat c. 15, 11 saxis telluris incultae (scilicet Corsicae: cc. 2 et 3); porroque duos fratres maiorem minoremque et horum alterutrius filiolum Marcum commemorat c. 51: in quem haec omnia magis conueniunt quam in Senecam philosophum Cordubae natum, a. 42 fere in Corsicam insulam relegatum, fratribus usum Nouato maiore et minore Mela, patrum Marci Annaei Lucani (cf. et

Gloecknerus mus. Rhen. XXXIV p. 140 sq.)? qua fratrum mentione etiam c. 5 in libro Fuerstenfeldensi inter media huius capitis poemata seruatum Senecae esse euincitur. auxilium porro exul inuocat c. 15 Crispi cuiusdam, quem fuisse Passienum Crispum filium, a. 44 iterum consulem, omnia ueri reddunt simile (cf. Teuffelius Hist. L. R. § 268, 5 ed. tert. et Senecae quaestt. nat. IV praef. 6). idem relegatus taedium exilii fallere studuit pangendo uersus, quibus in materia tractata (Catonis Uticensis Pompeiorumque morte, Graeciae ruina, uita humili aliisque) conuenit plane cum Senecae deliciis et quibus Claudii imperatoris animum sibi conciliabat (cf. cc. 29—36 *Laus Caesaris* inscripta, quae aperte nec ullo umquam negante [cf. Burm. A. L. I p. 231] Claudii expeditionem Britannicam celebrant). olim autem [mus. Rhen. XXXI p. 257] tantummodo cc. 1—4, 6—36 Senecae, cetera 37—73 alii poetae adiudicanda putabam, cum ludici illi uersus amoris gaudia narrantes, quales habentur ex. gr. cc. 37 et 39, non quadrare uiderentur in exulem tristem. nunc hac quaestione studiose retractata aliter statuo. quid enim quin Senecam ex exilio Romam reuersum iamque in feliciore condicione uersatum laetiores illos ingenii fetus edidisse sumamus prohibet? nam eum non unum epigrammatum librum, sed complures euulgasse, probatur miro illo c. 40 in V titulo *liber IIII* adhuc non recte intellecto; quem ad quartum scilicet Senecae epigrammatum librum nunc refero. uidentur autem in V summarum turbarum pleno cc. 37 et 39 olim sine dubio ad hunc librum IV pertinentia falso praeposita esse. quodsi in c. 39 initio poeta dicit se *reuertere* ad lusus lasciuiaeque furta, se iam ante in dulci iuuenta his lusibus indulsisse aperit. unde epigrammata in exilio scripta (quibus, si quid in hoc misero libri V statu conicere licet, fere adtribuerim 1—3, 6—36, 51 et 52, 57, 71—73) in libro tertio lecta

fuisse, ex libris autem Iuuenalibus I et II excerpta aut non facta esse aut periisse concludere pronum est. iam extat in eo quem sumo libro IV certum testimonium, quod hunc post exilium scriptum editumque esse confirmet. nam c. 55 eiusdem Crispi, quem Seneca exul olim implorauerat, obitum deflet; Crispum autem Passienum adulto iam Nerone per Agrippinae fraudes periisse discimus ex scholio quantumuis perturbato ad Iuuenalis sat. IV 81*).

Sequens caput *Petronium* continuit. et carmina quidem in V Senecam excipientia 74—89 iam Scalliger Petronio uindicauit, ductus ille quidem cum accurata huius scriptoris scientia tum Fulgentii de nonnullis eorum testimonio. et hercle si comparas initia c. 80 *nam nihil est* et c. 83 *sic et membra solent* et c. 85 *haec ait et* et c. 86 *nam citius*, abrupta haec exordia necesse est ita explices ut carmina illa e genuino conexu dissoluta esse ideoque in Petronii prosam orationem poematis ueluti quibusdam stellulis intermixtam egregie conuenire aias. quousi de duobus eorum Fulgentius, testis in hac quidem re nulli obnoxius suspicioni, originem Petronianam testatur, cur reliqua in V cum his duobus coniuncta non Petronii esse dicamus? et incipere inde a c. 74 nouam poematum seriem a priore illa Senecam continente alienam, nouo indicio possum demonstrare. cum enim antea Senecae carmina in V suis titulis sint insignita (ut c. 72 hoc *de malo belli civilis*), iam ei quos Petronio adiudicamus uersus ubique prae se ferunt nudam epigraphen *item*. cuius rei causam hanc fuisse puto.

*) de ceteris personis in his epigrammatis a Seneca commemoratis nil erui potest. nam Maximum c. 26 nominatum diuersum esse a Maximo illo Caesonino, quem Martialis VII 44 sq. celebrat (cf. et Senecae epist. 87, 2), manifestum est. nec mihi constat, num Serranus c. 38 idem sit cum poeta epico, cuius Iuuenalis [sat. VII 80] mentionem facit.

tituli illi, siue ab ipso Octauiano (quod fere credo) sunt praefixi siue ex antiquiore sylloge fluxerunt, facillime utique fingi potuerunt in carminibus eis quae argumentum peculiare idque satis perspicuum habuerunt, difficillime autem in uersibus eis quorum intellectus utpote ex prosa oratione praecedenti pendens non satis patebat. in his igitur uersibus Petronianis abstinuit grammaticus ille, quisquis fuit, a titulis in reliqua sylloge sollemnibus praeposuitque nudum illud *Petronii* siue *item*. quam opinionem nostram confirmat codex Bellouacensis W, qui ex ampla illa Petronianorum copia ab Octauiani Anthologia subministrata eodem quam V modo tantum fragmina quaedam ad nos tradidit. ille enim et ipse cc. 90—103 (nam 104—108 num huc pertineant dubito) semper *Petronii* siue *item* inscribit, in aliorum quos subiungit (109—111, 114, 115) poematis pleniore titulos praebens. quae inter V et W similitudo et ipsa aliquid confert ad stabiliendam cc. 74—89 originem Petronianam. neque uero mirandum est, quod omnium illorum Petronii carminum a V et W suppeditatorum nullum hodie in Arbitri extat satiris, quippe ex quibus librorum XV et XVI lacerae reliquiae aetatem tulerint. ex integro autem opere carmina electa sine dubio in Octauiani Anthologia adhuc incolumi etiam librorum XV et XVI uersus haud paucos continuerunt; numquam enim obliuiscendum est, in V et W excerpta tenuia nobis adesse. et ecce in tertiis excerptis ex hoc capite factis, ex quibus paruus riuiulus in codicem E (cf. p. 19 sq.) deductus est, duo saltim carmina etiam nunc in Petronii satiris extantia habentur (cf. appar. ad c. 120). ceterum quod huius codicis E Petroniana duo incognita 120 et 121 non statim post 103 uel 108 exhibui: ubique inter se coniungere studui has duas rationes, ut et ea quae falsum in codd. locum optinent in sua capita reicerem nec tamen prorsus

discinderem uarias librorum mss. particulas. unde et cc. 104—108 quamquam fere non dubito quin sint aliena a Petronio et conlocandi fuerint inter 114 et 115 (nam Alcimo non male tribuas), tamen in eo quo W habet conexu reliqui.

Capitum insequentium ordo perambiguus est. fortasse Petronium statim excepit *Martialis*. nam huius quoque opuscula permulta Anthologiae infuisse, quamquam nemo agnouit, mihi omnino certissimum est. uideo quippe omnes fere codices partis prioris excerpta tenentes tam primarios (TVY; de W Binetus scilicet tacet) quam secundarios scaterere Martialianis. quid quod ipse S errore saepius obseruato in parte posteriore post c. 430 inserit Mart. I 57? adhibuit autem Octauianus codicem quendam *Martialis* plane egregium et eos libros qui integra eius carmina nobis tradiderunt longe superantem; quippe uni Octauiano debentur omnia quae ex spectaculorum libro aetatem tulerunt. sed de his rebus disserere non est meum officium, sed eius qui *Martialem* denuo ad codd. recensitum edere suscipiet. qui sic recte munere suo fungetur, si conlatis omnibus Anthologiae libris supra indicatis textum ab Octauiano exhibitum restituet comparabitque cum integrorum librorum testimoniis. — ceterum in *Martialis* nomen transcripta sunt carmina nonnulla ab hoc utique aliena. sic c. 128 (quod in S post 215, in TV inter *Martialiana* legitur), sic c. 129 (in SY, rectius L nomen omittit) poetae epigrammatico, cuius a poesi abhorrent, tribuuntur. uidetur autem hic euenisse quod interdum in his opusculis obseruare licet. scilicet ab uno aliquo capite in aliud aberrantes librarii carminum auctores confuderunt. tria adferam exempla. sic in permultis codd. (neque solum eis quae supra adtuli, sed etiam *Italicis* saec. XV) *Martialis* illud I 19 Vergilio est adscriptum; sic c. 181 in aliis Ouidio ob causas perspicuas datum in uno

codice audit esse *Asmenii*, unius ex XII sapientibus; sic denique c. 24 a Conrado de Mure in repertorio uocabulorum exquisitorum (saec. XIII) ut *Martialianum* adfertur. — idem autem error ut cc. 130 et 131 Vergilio adsignarentur effecisse uidetur: praeiuit in archetypi excerptis Mart. I 19 ut Vergilianum, unde adhaerentia illa poematia (quae in Anthologiam relegat L ad Regium ex parte accedens) itidem Vergilii esse putabantur (cf. etiam Aldhelmi testimonium).

Obscura non minus sunt omnia, quae ad cc. 109—119 et 122—128 pertinent. nimirum in cc. 109—117 W libri scriba ad finem properans excerpta magis magisque contraxisse uidetur: fortasse unicum Plinii Secundi c. 112 ex peculiari quod poetae huic fecundissimo in Octauiani sylloge contigerat capite itidemque ex alio eius capite unicum Apulei c. 114 ex huius libro, ut uidetur, ludierorum sumptum*) ad nos propagauit execranda excerptoris festinantia. — Alcimum, cuius sunt cc. 115—117 (et in capite Vergilianorum c. 192), recte Meyerus agnouit esse Alcimum Alethium rhetorem Gallum teste Hieronymo circa a. 355 florentem (cf. Teuffelius Hist. L. R. § 417, 3 edit. tertiae); huius quoque plura olim adfuisse carmina facile suspiceris. — de auctore cc. 118 et 119 nihil constat, nisi quod eum non fuisse Africanum sermo facile aperit.

Proprium caput Octauianus mihi uidetur composuisse ex carminibus a Caesaribus Romanis factis. huc refero cc. 109—111, 113, 122—126 (fortasse etiam 127). ex quibus cc. 109—111 coniungit W *Germanici Caesaris* et *Caesaris* et *eiusdem* inscribens; medium c. 110 etiam S post c. 1 et Y post 162, hoc

*) si plura Apulei Madaurensis poemata exhibuit Octauianus, eis locum dedit sine dubio in parte posteriore; si unicum c. 114 parti priori erat insertum, cum comparibus carminibus lasciuus compositum fuerit oportet.

est, post carmina prioris partis exhibent, in titulo cum W conspirantes. praeterea hoc idem c. 110 Probi scholiastae Vergiliani codex Parisinus saec. XV sub Alcimi nomine profert (cf. appar. crit.). et huic nullius auctoritatis testi, qui de suo scilicet poematum forte fortuna adreptum in fine commentarii Vergiliani adiecit et societate Vaticani gemelli destitutus se hac in re non ex antiquo exemplari Bobiensi hausisse ostendit*), nuperrime credere maluerunt quam probis vetustisque testibus principalibus SYW, quorum in illo *Caesaris* consensus hoc ipsum in Anthologia Octavianiani (nisi quod hic scripsit uel certe scribere debuit *eiusdem Caesaris*) lectum fuisse euincit. quodsi hoc carmen in SY sede sua deuolsum in W recte sine dubio inter 109 et 111 ponitur, iam acta est de illa opinione, qua haec duo opuscula ad Germanicum Drusi filium referebantur; meliusque ego mihi uideor referre ad Domitianum, qui teste Suetonio [Dom. 2] in adolescentia poesi dedit operam quique imperator Germanici cognomine uocabatur. unde posteriore tempore facile cum Germanico Caesare confundi potuit. — deinde in hoc capite (et quidem in eius initio) locum habuisse puto c. 122. hos enim uersus in Anthologiam recipere sum ausus, quippe quos rectissime omnino Hagenus neque Augusto indignos pronuntiauerit et ex collectione quadam carminum in codicem Bernensem manasse (potuit sine metu ad nostram syllogen utpote omnium harum collectionum per medium aeuum matrem referre). — Hadriano cur cc. 123—126 librorum quadam familia innixus uindicauerim, supra p. 15 sq. exposui. scio equidem esse qui ea imperatore illo indignissima putent; neque tamen me mouent quae post

*) inuenit, ut equidem puto, Parisini librarius hos uersus cum nonnullis Alcimi carminibus coniunctos (ut similiter in W) et confusione eadem, quam paulo ante adumbraui, falso ad Alcimium rettulit.

Schraderum ea de re inconsiderate atque falsis inmixtis L. Muellerus [post Rutil. Namat. p. 26] disseruit. ingenio enim peruerso, quali fuisse Hadrianum uersus a Spartiano [c. 16 et 25] adlati satis demonstrant, non herele dedecori sunt ludicra illa cc. 123 et 124, quae medio aeuo ad imperatorem aliquem Romanum esse relata etiam ceterorum codd. tituli comprobant (cf. l. l.) quaeque in antiquitate ob solum auctoris nobile nomen celebrata fuisse apparet (cf. testim. carminis de fig. et schem.). porro cc. 125 et 126 plane quadrant in Caesaris illius morem, quo carorum tumulos, ut ait Spartianus, uersibus munerabatur. prorsus autem nescimus num idem utpote 'homo cultissimus', ut ait Muellerus, rei prosodiae tam fuerit anxie studiosus, ut nomen suum c. 125, u. 3 choriambica mensura efferre uereretur (ut fecit postea Prudentius c. Symm. I 274); nam grauiora multo rei metricae uitia, qualia offert in c. 126 textus uulgaris, adhibita critica facile tolluntur. sed hoc c. 126 quod omnino in editionem meam recepi, multi uituperabunt, quamquam Pithoei fidem lubenter agnoscetes. uerum ut c. 122 ita hoc undenam nisi ex nostra Anthologia fluxerit, uix possum mihi cogitando fingere. — denique recepti c. 127, quod nec ipsum Hadriano puto indignum, rationes supra l. l. reddidi.

Certiora de reliquis capitibus prioris partis proferri possunt. et *carmina XII sapientium* (id est, scolasticorum) cur Anthologiae uindicauerim, perspiciet qui quot codices illa cum aliis eius particulis coniungant meminert. nec inepte titulum illis ab Octauiano inditum *Carmina XII s. de diuersis causis* comparaueris cum altero cc. 537 sqq. *uersus de singulis causis*, in quibus nimirum *causa* (cf. gallicum 'chose') aequat *res*. nec consilium institutumque hodie, ubi integra suoque ordine ex codd. optimis sunt restituta, poemata illa diffitentur. collegii enim poetici

sodales inter se proponebant themata, quae certamine facto tractarent; ueluti c. 132 postulatam est, ut de ratione tabulae per singulos uersus ita scriberetur ut his sena senarum litterarum uocabula inessent [cf. uol. I praef. p. XII]. proponebant autem ex ordine, duxitque is qui thema dederat in ipso carmine agmen; sic in c. 132 Palladius princeps est. ubi qui sequitur Asclepiadius secundam in medium protulit quaestionem, epitaphium scil. Vergilii, unde in c. 133 ipse primo extat loco (Palladius in fine). in c. 132 qui est tertius secundusque in c. 133 Eustenius, is thema *de unda et speculo* certamini substernens in c. 134 praeit (ubi Palladius paenultimum, Asclepiadius ultimum locum optinent). et sic in ceteris ex ordine procedunt, ut, qui in primo carmine 132 extremus fuit (fortasse ut aetate minimus) Hilarius, is in extrema parte (143—154) factus sit primus. qui a decessorum norma ita deflexit ut iam non certam aliquam rem tractandam sodalibus exhiberet, sed materiam quam quisque uellet eligendam relinqueret, quo liberius iam surgeret certamen. de tempore autem patriaque horum scolicorum cum nihil certi constet, in uniuersum tamen sic licet statuere, eos Gallos fuisse (testante et sermone eleganti atque ab Africanorum certe uitiosis fucis longe remoto et ipsa hiemis descriptione ab Italia aliena; cf. c. 138) et fere Ausonii uixisse temporibus.

In ultimo prioris partis capite Octavianum *diuersa carmina ad Vergilium pertinentia* complexum esse propterea mihi persuadeo, quod uarias aliorum horum poematum cum aliis conexiones, quales plurimi libri mss. exhibent, aliter expedire nequeo. ultimum autem, ut dixi, locum in priore parte illa optinuisse hinc conligitur quod a centonibus incipit S, inde praemissa 'praefatione' ad alteram partem transgrediens. sed antequam de singulis exponam, pauca praemonebo de uniuersis. dispicere enim mihi uideor quattuor fere

poematum genera in unum coniuncta. et primo quidem loco positi erant uersiculi ab ipso, ut certe putabatur, Vergilio facti, sed neque huius operibus maioribus neque libro Iuuenalis siue Cataleptis (de quibus cf. uol. II) inserti. sequebantur argumenta in opera maiora (Aeneida maxime) a uariis poetis composita, quae ita sunt congregata ut a decastichis descendere- tur ad hemistichia. tertio deinde loco quae ad ipsa carmina (praesertim fata Aeneidos) spectabant et uari- orum de eisdem iudicia similiaque conlocata sunt. de- nique loci Vergiliani centonesque finem huius capitis fecerunt*). quam collectionem (olim sine dubio di- tissimam: quis, nisi in fine succurreret S, centones ei infuisse sciret eosque omnino nouisset?) totam ab ipso Octauiano esse institutam, uix adducor ut credam; immo ex parte maiore usus est eadem uetere sylloge, quam iam adhibuit Suetonius (in Donati uita Vergi- liana). unde nescio an etiam uersiculi illi ab hoc com- memorati *Mantua me genuit et Parue culex*, quos Anthologiae quoque codices nonnulli praebent, in hanc fuerint recipiendi (post c. 163). Octavianus autem ut nonnulla minora argumenta ita maxime themata cen- tonesque uidetur adiecisse. sed de singulis ut nunc dicam, cc. 155—163 a S falso in parte posteriore con- locata in fronte huius capitis erant ponenda (per se patet, c. 163 in tertia potius serie suum habere locum). ex quibus quidnam re uera ad Vergilium redeat auctorem, quis bene sanus audebit disceptare? his autem alterum pannum in S errore traiectum cc. 164 et 166—172 adiunxi. uidetur enim c. 164 quoque (cf. apparatus) pro Vergiliano esse habitum; hoc autem

*) hunc ordinem, quem olim puto fuisse, quod ipse in edi- tione mea non obseruauit, id inde excuses rogo quod singulas codicum particulas, quoad fieri licuit, integras exhibere uolui duas rationes, ut iam supra professus sum, perspicuitatis gratia inter se coniungens.

necessario sequebantur cc. 166—171 et propter illud c. 166 praemissum *eiusdem* et quia ibi ubi S ponit non quadrare videntur; nec abhorret ab hoc capite materia, quae cur illa Vergilio adscripta sint indicat. — de Rehdigerani cc. 172—174 aliquid certi uelle adfirmare arduum est, quippe qui alia quoque Anthologiae carmina in Vergilii nomen transcripserit; potest tamen in his ex fonte uetusto hausisse. — de c. 175 dictum est in apparatu. — de cc. 176—182 hoc moneo, diuersissimae aetatis fetus ab Octauiano consociatos esse. nam ut ille, qui Ouidii Nasonis personam induit callideque arreptis huius pannis certe in praefatiuncula (176, 1—10) tueri studuit, potest esse saeculi p. Chr. n. II ludimagister (minime gentium est serioris aetatis poeta Africanus) utque auctor c. 177 est C. Sulpicius Apollinaris, grammaticus nobilis et fortasse Vergilii editor (cf. Teuffelius H. L. R. § 357): ita (ut c. 178 et 179 in dubio relinquam) cc. 180—182 ultimi sunt temporis et Africanae fortasse originis. — c. 183 celeberrimum cuinam aetati (saec. IV—V?) tribuam dubius haereo. sed ex ipso aeuo Augusteo aut ego plane fallor aut prouenere cc. 184 et 185, quae longe supra seriorum saeculorum genium sapiunt; uide etiam in c. 184 u. 4 imitationem Propertii [III 4, 10] posterioribus temporibus parum cogniti. est autem in hoc poematio breuiter tractanda quaestio quaedam difficilior. ex omnibus Anthologiae codicibus c. 184 sola seruauit librorum recentium familia supra p. 22 sq. descripta, quae tamen eo ipso, quod illud cum c. 183 (in quo optimam textus formam sequitur) et c. 185 copulat, ostendit se in c. 184 non hausisse ex Donato. hic enim Donatus siue potius Suetonius commemorat c. 184 tamquam Sulpicii Carthaginensis. iam si comparaueris inter se c. 184 et ipsius Sulpicii uersus (177, 1—6), tantam quam inter utrumque poema intercedere animaduertes similitudinem non poteris aliter explicare

quam ut alterum poetam alterius fetum ob oculos habuisse dicas; nam prorsus incredibile est aut Suetonium ex recordatione scribentem Sulpicii uersus adeo immutasse aut hos in codice E e librarii lubricitate tam inmaniter esse refictos (L. Muellerus mus. Rhen. XIX p. 120). censeo autem Suetonium Sulpicii aequalis carmen laudatum inter se confudisse imitationem (c. 177, 1—6) exemplumque (c. 184). quam meam sententiam praeter ipsam c. 184 praestantiam longe maiorem confirmat etiam alterum testimonium Probi. is enim in fine uitae Vergilianae et ipse c. 184 (a librariis male habitum) adfert his uerbis praemissis: *quod et Seruius Varus hoc testatur epigrammate.* de quibus uerbis magna inter doctos lis est. nam Reifferscheidius [Sueton. rell. p. 398 sq.] de Sernio Vergilii scholiasta cogitans (unde et *Maurus* pro *Varus* auctore O. Iahnio reponit), cum in Seruii uita Vergiliana uulgari epigramma non reperiret commemoratum, hanc Seruii uitam (aliis praeterea causis adductus) adultinam esse ueramque periisse dixit et e Probi uita omnia illa uerba abesse iussit. contra quem cum ex parte iam Hagenus Seruii uitam uulgarem defendens disputarit, mihi restat ut Probi uitam ab interpolationis suspitione defendam sic ratiocinando: uersus Sulpicii a Suetonio adlati (= c. 184) non congruunt cum Sulpicii uersibus (c. 177, 1—6); sunt autem hi illorum imitatio; unde Suetonii error in nominando Sulpicio coarguitur et Probium uerum poetae nomen seruasse certum fit. est autem Seruius Varus unus ex sexcentis illis aeuo Augustei uatibus, de quibus aliunde nil nobis traditum est; eidemque tribuo c. 185, quod S (qui hic iterum incipit in panno in partem posteriorem traiecto) *unde supra* inscribens simile carmen in panni initio periisse docet; unde ego codicibus recentibus, qui cc. 183—185 coniungunt, innisus 184 ante 185 posui. — ceterum quae S cum c. 185 consociat cc. 186

et 187 simul in hoc caput a me retrahi par erat. concedes facile de c. 187, de c. 186 miraberis. sed quod ipsa huius inter duo carmina in hoc caput releganda in S conlocatio iussit, id nec ratione caret, si uersiculos illos olim in prima huius capituli serie tamquam ipsi Vergilio adtributos habuisse sedem tibi persuadebis; et quis sustinebit negare, fieri potuisse ut tales uersus ansam dederint fabulae illi per medium aeuum de Vergilii equo aeneo circumlatae (cf. Compertius libri 'Virgil im Mittelalter' inscripti p. 222)? — de reliquis non habeo quod moneam. nam quod et inter themata et inter centones Vergilianos recepit Octavianus Coronati et Luxorii aequalium opuscula, iam supra defendi.

In altera Anthologiae parte Octavianus, ut supra ostendi, Africanorum tam anteriorum quam aequalium opuscula ita coniunxit ut (sicut ipse in 'praefatione' promiserat) a suis poematis initium sumeret. sed ualde dubium est, num omnia ea quae c. 210—225 leguntur et unum caput olim conformauerint et Octauiani sint (compara tamen inter se cc. 210 et 223). neque enim cur hic duo Lindini et Auiti (qui certo est diuersus ab Alcimo Auito episcopo Viennensi aequali) opuscula, cc. 217 et 218, suis inseruerit claret. multa igitur in hoc capite lacunis hausta uidentur.

Certiora quae promam habeo de capite sequenti. uersuum enim serpentinarum libellus (cc. 227—268) cuiusnam sit priores latuit, ego Luxorii esse pronuntio. quod aperte innuit c. 226 ab ipso scilicet Octauiano amici ineptiis praemissum, sed adhuc non recte intellectum (cf. praeter Meermannum apud Burm. Schubertus l. l. p. 26). ubi Luxorius propterea priscos uates uincere dicitur, quod carmen eius duplex Victoria gestet. uides frigidum uerborum lusum in *uincere* et *Victoria* uocabulis, fortasse explicandum ex more aliquo aevi illius, quo duae Victoriae inter se conexas

nescio quam rem portare solebant. significatur autem illa imagine duplex hemistichium et in initio et in fine uersuum serpentinarum recurrens, quo ipsum carmen quodammodo gestatur. cui sententiae nostrae etiam cum inscriptione c. 226 *de titulo Luxorii cum uersibus* bene conuenit. nam ut id quod XVI annorum adulescens Octavianus obscure sensit clarum reddamus, *titulus* hic ualet 'laus' siue 'gloria', ut sit sententia 'praedicatio Luxorii una cum huius carminibus', quae scilicet statim post c. 226 subiciuntur. sed actum esset de hac mea interpretatione, si recte in editionibus c. 266 inscriberetur 'Etemundis'. quem etsi erant qui omnium notorum quidem poetarum Germanicorum uetustissimum agnoscerent, ex uatum tamen numero expellendum censeo. confer ceteros huius libelli (cc. 227—268) titulos: hunc unum a ceteris omnibus dissentire aegre feres. uide etiam ultimum distichon c. 268, quod omnes illos uersiculos unius esse auctoris paene clamat. quid multa? habet unicus in hac parte liber S *etemundes*, hoc est, *e* in *i* mutata et lineola addita *item unde s̄* (= *supra*); nimirum c. 266 eandem atque c. 265 materiam tractat. de qua inscriptione uide cc. 402, 404, 474, 489; de compendio *s̄* = *supra* cc. 462 et 474.

Sed quasi hoc capite toto seruato nimium nobis fauisset Fortuna, iterum in sequentibus nil nisi lacera adsunt fragmenta. nam Luxorii uersibus serpentinis subiectum fuisse unum ex tot similibus artificii carmen Porfyrii anacyclium (c. 269), credat Iudaeus Apella. quamquam num totus Publilii Optatiani Porfyrii liber hic olim locum habuerit indeque aeuo Carolingico petitus aetatem tulerit, nescio. neque quid singulare c. 270 hoc loco sibi uelit, mente adsequi licet; Africanam autem originem hoc carmen (cf. u. 6 *Fridas* cum c. 208 titulo) non minus quam epistula Didus, c. 271, prae se fert.

Proprium quae nunc caput formant cc. 272—277, et ipsa, nisi fallimur, ex longe maiore numero supersunt. in quibus c. 275 tribuitur Floro (nam perperam hunc titulum a Rinino inmutatum esse, recte adnotavit L. Muellerus post Rutil. Namat. p. 27), hoc est, P. Annio Floro ex Africa oriundo et Hadriani amico, cuius extat tractatus notissimus 'Vergilius orator an poeta', sed num eiusdem sint quae praecedunt cc. 272—274, ualde dubito (serius enim tempus olet dictio); immo eiusdem materiae opuscula diuersa in unum redigisse uidetur Octavianus. unde post c. 275 nonnulla intercidisse statuas.

Ex christiani alicuius poetae Africani libro epigrammatum fluxerunt cc. 278—306 aperte cohaerentia.

Post haec inserui peruigilium Veneris (c. 307) codicem T secutus hic fide digniorem quam S, qui illud post 379 ponit. sed ipsa tamen libri S inscriptio lacunosa *liber grammaton explicit* (suppleas *liber . . . epigrammaton*: periit enim poetae nomen) turbas facile euincit; neque enim praecedunt in S epigrammata, sed Vespae iudicium. praeterea nec tria maiora epyllia (378, 379, 307) in Octauiani sylloge sese exceperunt mihi quidem uerisimile est et inde a c. 308 nouam incipere poematum seriem apparet. de auctore autem Peruigilii cum semper magna inter doctos lis fuisset, ego rettuli ad Tiberianum, cuius reliqua poemata nobis seruata exhibui uol. III p. 263 sqq.; qua de sententia mea, quam quorundam cauillationes non refutarunt, cf. libellus noster 'Unedirte lat. Gedichte' inscriptus [p. 36].

Possunt deinde cc. 308—377 proprio capite comprehensa unius esse poetae ignoti.

Duo epyllia 378 et 379 num olim sese exceperint, incertissimum duco; fortasse ea diremit minorum epigrammatum fasciculus aut interceptus nunc aut in alium locum traiectus.

Sequentia cc. 380—439, etsi intacta reliqui, sua tamen sponte apparet ex complurium capitum reliquiis miseris esse conflata. ad quorum unum pertinent cc. 380 et 381; ad alterum c. 382 (Luxorio quin recte tribuant TV non dubito), quod speciosa sane coniectura L. Muellerus [Fleckeis. ann. a. 1867 p. 786] olim cum c. 394 (in quo poetae nomen intercidit) coniunctum fuisse putat: utrumque Hilderici regis arcem Anclas celebrat. — deinde hominis Vandalici sunt cc. 383—388 ut saepe tenebricosa ita et ipsa maioris libelli fragmina. — peculiaris, in quo Felicis 'uir clarissimi' opuscula exhibebantur, capituli certiora supersunt indicia, siquidem cc. 389—393 nomine eius insignita statim (remoto scilicet c. 394) sequitur poemation 395, quod cum c. 421 sub Felicis nomine tradito comparatum (395, 3 sq. = 421, 36 sq.) et ipsum se Felicis esse ostendit. hoc autem c. 395 quasi praefationis loco Felix praemisit poematis nobili alicui principi (fortasse eidem Victoriniano, ad quem datum est c. 421) oblatis. unde quae subiciuntur cc. 396—400 eidem tuto possunt uindicari; ex ceteris quae deinde perierunt unum c. 421 falso loco receptum casu quodam seruatum est. — Felicianis subito abruptis in S ecce adsunt uarii uariorum de cibis quibusdam delicias uersiculi (cc. 401—407), ditiorum epularum minutae frustulae. et de Donato ibi nominato cum nihil certi possit erui, Coronatus 'uir clarissimus', nobis ex priore parte iam bene notus, est Luxorii amicus ille, de quo uidendus L. Muellerus [Fleckeis. ann. a. 1866 p. 555]. — itidem male disrupta sunt Pentadii cuiusdam (de duobus Pentadiis, quorum extat memoria, cf. Teuffelius H. L. R. § 397, 5 et 432, 11) opuscula olim cohaerentia, cc. 408, 409 (fortasse et 410 sq.) et 422—425. quibus qui interponuntur cc. 412—419 uersiculi Flori (eiusdem sine dubio, cuius est c. 275) quonam modo locoque Anthologiae fuerint inserti plane latet. idemque

statuendum est (nam Reposiani c. 420 proprium formasse caput probabile est) de cc. 426—439, quorum et auctores aliunde sunt ignoti.

Aenigmatum libellus (c. 440) in primario codice S inscribitur *Symfosi scolastici* (quo addito Symphosium Octauiani aequalem fuisse conterraneumque edocemur) et similiter in ceteris codicibus, nisi quod liber Petropolitanus saec. VIII in titulo exhibet *simphosi uel lucani**. in quo nihil aliud latere puto quam *simphosi ualentini*. eo enim nomine auctor tractatus de dubiis nominibus [gramm. lat. V K. p. 577, 1] Symphosium designat: *ut Valentinus: nullus mea carmina laudat* (= Symph. u. 72). quod qui indicauit G. Th. Paul, dissertationis 'de Symphosii aenigmati' [Berol. 1854, p. 17] scriptor, is audacissime illi *Valentinus* ipsum Symphosii nomen substituere conabatur, cum contra Hauptius accedente Keilio post idem lacunam statueret. quid, si auctor tractatus istius eodem usus codice illo, ex quo ceteri libri praeter S omnes originem duxerunt, in aenigmatum titulo legit *simphosi ualentini*? hoc autem cognomen aenigmatum auctori, ut ab alio quodam Symphosio discerneretur, e patria potuit dari; et cum multae quae Valentiae nomine utuntur urbes extent, aptissime cogitabimus de Mauritania Tingitanae oppido Banasa Valentia cognominato [Plin. h. n. V 1, 5]. neque uero mirabimur, plenior

*) magis etiam mira est adnotatio marginalis in codice Palatino 1753 saec. IX ad u. 16 *Incanus firmianus*, ubi *Lucanus* latere facile suspiceris, sed quid illi *firmianus* facias dubius haereas. nam Mariangelo Accursio [Diatribae p. 110] c. 145 cum titulo *Coelii Firmiani Simphosii* in uetusto quodam codice se legisse testanti ob causas apertas fides nulla habenda. nam ut semel in codd. Asclepiadii nomen in c. 145 ob ipsum scilicet metrum Asclepiadem fingi potuisse concedamus: quis in omnibus XII sapientum carminibus, ubi idem Asclepiadius recurrit, pari modo peccatum esse credet?

quam in S titulum illum in altera codicum familia seruatum esse.

Luxorii, spectatae tum auctoritatis grammatici, opuscula uaria iam in prioribus Anthologiae fasciulis exhibita cum legentium fauorem essent nacta, Octauianus lusus ab eodem adulescente olim editos in paenultimo collectionis capite denuo emittere statuit facileque ab auctore impetrauit libellum illum 'tineis iam prope perditum'. recte autem Schubertus [l. l. p. 19 sq.] uidit huic alteri editioni Luxorium noua quaedam carmina (ut 495 et 496, ita 443 aperta fronte cum c. 441 pugnant) adiecisse. et in hac noua praefatiuncula c. 443 cum ita adloquatur ille libellum suum *paruus nobilium* (scilicet Octauiani eiusque, quo mandante hic egit) *cum liber ad domos pomposique fori serinia publica* (id est, bibliothecam publicam ad forum sitam) *cinctus multifido ueneris agmine* (scil. ceterorum huius collectionis poetarum), intellegimus quanto cum plausu tum Carthagini prosecuti sint inceptum Octauiani musis Africanis aeternum monumentum condentis.

Ultimum omnium caput e quattuor cc. 530—533 constitisse ut credam uix a me impetro. quamquam quod eius fuerit consilium, uel sic elucet. nempe magnificae Carthaginis laudes apte claudunt uolumen in gloriam nominis Carthaginensis compositum; deicitque non minus pium Arianum in fine adicere uersus fontis et sacrae crucis, ne sine symbola abiret poesis ecclesiastica.

Absoluta Anthologia quae in S deinde adiciuntur poemata 534—542, ea ad hanc olim pertinuisse euincit c. 395 (ubi uide apparatus), sed ubinam loci sint inserenda plane est incertum; idemque ualet de cc. 543—546, quae ex aliis codicibus accedunt, deque illis cc., quae syllogae nostrae uindicanda puto.

Ecce ad finem peruenimus disputationis nostrae,

quae quam saepe in lubrico uersetur hic iterum libere profiteor. quamquam autem multa, quae ad pristinum Anthologiae statum pertinent, dubia et incerta manent nec nisi nouis codicibus subuenientibus inlustrabuntur, multa tamen recte eruisse certaue ratione demonstrasse mihi uideor, quippe qui tam Riesii ultra obuia non procedentis stolidam ignauiam quam incredibilem temeritatem Peiperi summa cum imis miscentis [cf. mus. Rhen. XXXI p. 182] defugiendam duxerim. iamque totum quod emensi sumus iter ut respiciamus: quantis turbis quantisque ruinis locupletissima olim Octauiani collectio affecta est! nam ut id quod magis sentio quam argumentis demonstrare possum patefaciam: uix tertiam Anthologiae partem a me recuperatam esse puto. nolo de priore parte uates Romanos complexa loqui; sed in posteriore quot poetae tum clari celebresque desiderantur! ubinam est Faustus, 'tantus grammaticae magister artis', cui Luxorius epigrammata iuuenalia transmiserat (c. 441)? ubinam Dracontius eiusque magister Felicianus? medio autem aeuo, ultro ut apparet, et pluribus et amplioribus Anthologiae excerptis utebantur. ex quorum uno facile suspiceris manuisse uersus istos sub numero 547 compositos, qui nuper ex codice Phillipico sunt protracti: habes ibi Faustum 'in epilogo', habes Luxorii aliorumque fragmenta aliunde incognita. et similiter, certo ut speramus, alia multa in dias luminis auras proferet ex libris mss. tempus futurum eis que qui post me Anthologiae operam nauabunt nouam materiam simulque partes mihi relinquendas excolendi facultatem dabit.

Restat ut de criticae factitandae ratione pauca adiciam. et in re quidem orthographica ducem anti-quissimum S ita sequi placuit ut huius quoque testis degenerationem summam non obliuiscens ubique cete-

rorum codicum haberem respectum. et erui plane nequit, num semper ex. gr. *nymfa* pro *nympha* scripserint uersificatores Africani an interdum formas uulgares in solis artificis metricis sibi indulserint; itidemque incertum omnino est, num ex. gr. *cauculus* pro *calculus* posuerint uulgi pronuntiationem secuti poetae ipsi an postea inuexerint librarii. multa id genus pretiosa eis qui linguae latinae uulgaris fata persequuntur praebent Anthologiae codices, a quibus in textum admit-tendis tamen abstinebit editor prudens cautusque. grauior multo est illa quaestio, cuiusnam modi codi-cibus in ipsorum carminum textu constituendo sit usus Octauianus. obseruasse autem mihi uideor, egregios fuisse libros in priscis uatibus Romanis adhibitos (nam quod ex. gr. Senecae epigrammata tot locis sunt cor-rupta, uni solique V socordia cum summa exarato imputandum est, debetque primaria textus Octauianei forma a medii aevi deprauatione secerni), sed pessime se habuisse poetarum Africanorum exemplaria plera-que in usum uocata. ueluti Luxorii librum iuuenalem re uera fuisse 'tineis iam prope perditum' tibi persua-deas: adeo omnigenis uitiiis scatet, quae aegre poste-rioribus scribis imputes omnia. contempleris etiam centones Vergilianos; quorum exemplaria comparata erant ualde contaminata, utpote in quibus lectores multis locis ipsa Vergilii uerba, praesertim ubi poetae centonarii liberius egerant, adnotauissent. de Sym-phosii aenigmatis iam supra dixi; nec multo melior est ceterorum poetarum Africanorum condicio. cui rei si adicies et sermonis a pura latinitate saepe de-flectentis proprietates et quandam uersificatorum illo-rum in re prosodiaca neglegentiam, perspicies quam sit arduum in hac parte ita exercere criticam ut neque codicum sordes omnes stolidi cum patientia feras neque uero poetas illos meliores quam re uera fuerunt tuis coniecturis reddas: quamquam haec norma nullo puto

obloquente tenenda est, ut ultra Octauiani Anthologiam ex corruptis exemplaribus saepe deformem progressi textum ab ipsis scriptoribus relictum recuperare studeamus.

Quo librariorum sordes detergendi negotio cum laude sunt functi Scaliger, Pithoeus, Salmasius, schedarum Diuionensium auctor, Heinsius, Schraderus aliique, quorum studia collegit diligentia Burmanni, cuius adsecla est Meyerus*). nostro saeculo post Duebnerum [Zeitschr. f. Alterthumswiss. 1837, p. 1 sqq.] symbolam contulit L. Muellerus cum in musei Rhenani uoll. XVIII p. 432 sqq., XIX p. 114 sqq., XX p. 633 sqq., XXIII p. 94 sqq., XXIV p. 136 et 323, tum in Fleckeiseni annalibus a. 1866 p. 555 sqq., a. 1867 p. 483 sqq. et p. 783 sqq. — iamque cum a. 1869 A. Riese textum apparatu critico instructum ita edidisset ut priorum opibus parum prudenter adhibitis ipse fere nihil praestaret, in campum cultoribus admodum egentem certatim conuolauerunt doctorum studia. et ipse quidem emendationem promouere studui in Lectionibus Latinis Bonnae 1870 emissis [p. 32 sqq.], in Fleckeis. annal. a. 1872 p. 47 sqq. et p. 360 sqq., a. 1873 p. 60 sqq., in Analectorum Catullianorum corollario, in musei Rhenani uol. XXXI p. 89 sqq. et 254 sqq. et 602 sqq.; aliorum autem doctorum dissertationes emissae sunt haec: Iacobi Maehly in libri Riesiani censura [annal. gymnasiolorum Austriacorum a. 1871], Schuberti opusculum saepius laudatum [Lipsiae 1875], H. Klappii 'quaestiones de Anth. lat. carminibus nonnullis' [Wandsbeckiae 1875], M. Petschenigii [ann. gymn. Austr. a. 1877 p. 481 sqq.], ut taceam minores symbolas suis locis in apparatu commemoratas.

*) Burmanni et Meyeri numeros carminum in apparatu critico semper adnotauit post meos.

<EX SENECAE EPIGRAMMATIS>

SENECAE de qualitate temporis 1

Omnia tempus edax depascitur, omnia carpit,
 Omnia sede mouet, nil sinit esse diu.
 Flumina deficiunt, profugum mare litora siccant,
 Subsidunt montes et iuga celsa ruunt.
 5 Quid tam parua loquor? moles pulcherrima caeli
 Ardebit flammis tota repente suis.
 Omnia mors poscit. lex est, non poena, perire:
 Hic aliquo mundus tempore nullus erit.

SENECAE de Corsica 2

Corsica Phocaico tellus habitata colonc,
 Corsica quae priuo nomine Cynos eras,
 Corsica Sardinia breuior, porrectior Ilua,
 Corsica piscosis peruia fluminibus,

1 (B. III 95, M. 131) habent STW inscribentes Senecae d. q. t. (qualita T) || 2 mouit S | sinit ST || 3 sqq. cf. Sen. epist. 91, 11 || 3 litura S, corr. m. 1 | siccant codd., corr. Heinsius || 5 Quidam p. locor T | pulcherrima S || 6 repenta T

2 (B. III 12, M. 129) habent S Senecae et T Saenecae tantum, contra V De Corsica (omisso nomine) inscribentes || 1 focaico ST focaio V | nonne uocitata? || 2 priuo scripsi: pario ST graio V patrio Salm. proprio Riesius | cynos T cynus V (in S cynos in -nus corr. Salm., ut uid.) | era=s (erasa t) S || 3 sardinie S cordanie T | ilua S: silua T illa V || 4 flaminibus T

Corsica terribilis, cum primum incanduit aestas,
 Saenior, ostendit cum ferus ora Canis:
 Parce relegatis, hoc est, iam parce solutis:
 Viuorum cineri sit tua terra leuis!

3

<Item>

Barbara praeruptis inclusa est Corsica saxis,
 Horrida, desertis undique uasta locis.
 Non poma autumnus, segetes non educat aestas
 Canaque Palladio munere bruma caret.
 Imbriferum nullo uer est laetabile fetu
 Nullaque in infausto nascitur herba solo.
 Non panis, non haustus aquae, non ultimus ignis:
 Hic sola haec duo sunt, exul et exilium.

4

De ouili

Iam nitidum tumidis Phoebus iubar intulit undis
 Emeritam renouans Tethyos amne facem.
 Astra subit niueis Phoebae subuecta iuuenis,
 Mitis et aetherio labitur axe sopor.

* * *

5 terri ibilis T || 6 cum ferus V: eferus ST cum eferus *Schenke-
 lius* | canis m. 1 ex ianis corr. S nis (orans) T || 7 religatis ST |
 solutis] sepultis V || 8 cineris V

3 (B. III 13, M. 130) sine interuallo et titulo post 2, 8 in
 STV || 2 Horrida S Horridesertis V, corr. marg. m. 1 | unq; T ||
 3 segites non ducat S || 4 pallidio T (sic) || 5 Imbriferum S:
 Imbrifero T Vmbrorū V Umbrarum uulgo Umbriferum *Schra-
 derus* Hic florum *Cannegieterus* | nullo (u m. 2 ex corr.) uere
 ē V | fetu T foetu V || 6 Nulloq; V | infauto V | erba S | solo
 ex suo corr. T || 7 austus S haustus (u supra o) T | utilis
Barthius || 8 Hic V: He S Haec T

4 (B. V 14, M. 1026) post 3 solus S (in quo sequitur 52)
 inscribens De ouidio, quod corr. L. Muellerus (De die occiduo
Riesius) || 1 nitidum et febur et intullit S || 2 renobans S | the-
 didis annē S, corr. *Heinsius* || 3 foebes S || ante u. 5 non-

6 Adludunt pauidi tremulis conatibus agni
 Lacteolasque animas lacteus umor alit.

De quieta uita

5

Phoebe, faue coeptis nil grande petentibus aut quod
 A te transferri turba maligna uelit.
 Diuitias auerte; alios praetura sequatur
 Optantes; alios gloria magna iuuet.
 6 Hic praefectus agat classes alienaque castra
 Laetus sollicita sedulitate regat;
 Bis senos huius metuat prouincia fascas;
 Audiat hic plausus ter geminante manu.
 Pauperis arua soli securaque carmina curem,
 10 Nec sine fratre mihi transeat una dies.
 Otia contingant pigrae non sordida uitae,
 Nec timeat quicquam mens mea nec cupiat;
 Ignotumque odio soluat non aegra senectus,
 Ossaque combusti frater uterque legat.

Parcendum misero

6

Occisum iugulum quisquis scrutare inimicus,
 Tu miserum necdum me satis esse putas?

—
 nulla intercidisse significauit || 5 teneri tremulis cum matri-
 bus *Salm.*

5 ante me, qui edidi *mus. Rhen.* 31, 271, incognitum accessit
 ex F (*uerstendense*); cf. praef. 12 et 35 || 1 Phebe et ceptis et
 quot F || 3 Diuitias auerte F, correxi || 4 gloria scripsi: gra
 (= gratia) F || 5 pfectus corr. ex profectus F || 6 Letus F | se-
 dulitate regat scripsi: sollicitate roget F || 9 securaque ego:
 segura F || 10 sine scripsi: me F || 11 Ocia F || 13 odio (olim
 urbi) scripsi: diu F || 14 combusti scripsi: cōpositi F

6—73 in V maxime extantes eo quo in hoc habentur ordine
 eahibui.

6 (B. III 151 M. 134), 1 Occisi uulgo; at cf. 20, 4 | scruta-
 tare inimicus scripsi: scrutaris un' (= unus) amici V amici
 uulgo || 2 Et *Heinsius*

Desere confossum! uictori uulnus iniquo
Mortiferum impressit mortua saepe manus.

7 **Mors Catonis**
Inuictus uictis es partibus: omnia Caesar
Vincere qui potuit, te Cato non potuit.

8 **<Item>**
Ictu non potuit primo Cato soluere uitam:
Defecit tanto uulnere uicta manus.
Altius inseruit gladium: qua spiritus ingens
Exiret, magnum dextera fecit iter.
Obposuit Fortuna moram uoluitque, Catonis
Sciremus ferro plus ualuisse manum.

9 **<Item>**
Iussa manus sacri pectus uiolasse Catonis
Haesit et inceptum uicta reliquit opus.
Ille ait infesto contra sua uulnera uultu:
'Estne aliquid magnum, quod Cato non potuit?
Dextera, me uitas? durum est, iugulasse Catonem?
Sed quia liber erit, iam puto non dubitas.
Fas non est uiuom cuiquam seruire Catonem;
Quin etiam uiuit, nunc Cato si moritur?'

3 De \equiv sere V || 4 Mortiferu \equiv pressit (im m. 2 supra p) V |
saepe manus moriens *Oudendorpius*
7-9 (B II 48-51, M. 744-46) *unum carmen in V et R*
(*Reginensi* 1414: cf. praef. p. 12) || 7, 1 uictis, e supra lin. R | es
scripsi: in RV (hoc retento Inuictum *Burmannus*) || 8, 2 uicta
uulgo: uita RV (sic) || 3 gladium R: digitos V | quo *Heinsius* ||
5 Opp. V | uoluitque *Pithoeus*: inuoluitque V in \equiv uoluitque R
|| 6 Scires ut ferro *Scaliger* || 9, 1 uiolasse (sic) V: uiolasse
R || 3 inferto R || 3 magnu \equiv R: magnus V || 5 me uitas *scripsi*:
me dubitas RV ne dubita *Scaliger* ne dubites *Heinsius* | durum
V: du \equiv R || 6 quia (solito comp.) R: om. V || 7 uiuom *scripsi*:
uiuo RV | cuiquam R: quemquam V | seruare (i supra a) R |
catonem R: catoni (i ex e m. 2 corr.) V || 6 Quin *scripsi*: Nec-
dum R Ne \equiv dum V (Nec ex dittogr.) | etiam uiuit R: ipsum
uincit V (unde uincit nunc Cato, si m. uulgo)

Epitaphion Pompeiorum 10

Magne, premis Libyam; fortes tua pignera nati
Europam atque Asiam. nomina tanta iacent!

<Item> 11

Quam late uestros duxit Fortuna triumphos,
Tam late sparsit funera, Magne, tua.

<Item> 12

Pompeius totum uictor lustrauerat orbem,
Ac rursus toto uictus in orbe iacet:
Membra pater Libyco posuit male tecta sepulcro;
Filius Hispana est uix adopertus humo;
Sexte, Asiam sortite tenes. diuisa ruina est:
Vno non potuit tanta iacere solo.

<Item> 13

Aut Asia aut Europa tegit aut Africa Magnos:
Quanta domus, toto quae iacet orbe, fuit!

<Item> 14

Maxima ciuilis belli iactura sub ipso est:
Quantus quam paruo uix tegeris tumulo!

10-14 (B. II 26-31, M. 732-37) *uno tenore habet V,*
separantur uulgo || tit. Pompeiorum *Scaliger*: Pompei V || 10, 1
pimis libyam V || 2 quanta *Scaliger* || 11, 2 sua *Heinsius* || 12, 2
Ac ego: At V | rursus (sic) V | uictus *Heinsius*: uictor V (e u.
priori) || 3 libyco — sepulchro V || 4 adopertus V || 5 Sexte, x ex
corr. V || 6 tanto V tota *Pithoeus* | loco *Francius* || 13, 1 Magnos
scripsi: magnus V Magnum *uulgo* || 2 fuit *Klotzius*: ruit V ||
14 inter 1 et 2 duo uersus uidentur intercuisse (nam uix illud
sub ipso corruptum) || 2 Quantas (u supra a) V

15

Ad amicum optimum

Crispe, meae uires lapsarumque ancora rerum,
 Crispe, uel antiquo conspiciende foro,
 Crispe, potens numquam, nisi cum prodesse uolebas,
 Naufragio litus tutaque terra meo,
 Solus honor nobis, arx et tutissima nobis
 Et nunc afflicto sola quies animo,
 Crispe, fides dulcis placideque acerrima uirtus,
 Cuius Cecropio pectora melle madent,
 Maxima facundo uel auo uel gloria patri,
 Quo solo careat si quis, in exilio est:
 Incultae iaceo saxis telluris adhaerens,
 Mens tecum est, nulla quae cohibetur humo.

16

De sacris euocaturis animas Magnorum

Fata per humanas solitus praenosceret fibras
 Impius infandae religionis apex,
 Pectoris ingenui salientia uiscera flammis
 Vt posuit, magico carmine rupit humum,
 Ausus ab Elysiis Pompeium ducere campis:
 Pro pudor, hoc sacrum Magnus ut aspiceret!
 Stulte, quid infernis Pompeium quaeris in umbris?
 Non potuit terris spiritus ille premi!

15 (B. III 152, M. 135), 1 lassarūq; anchora V, correxi (laesarumque Riesius) || 5 honora et ars V || 7 placideque Duob-nerus: placidiq; V Latique Burmannus Suadaeque Schraderus || 8 (imitatus est Mart. 7, 69, 2) cecropio in -peo corr. m. 2 V || 9 facundo (sic) uel aui V || 11 Incultae scripsi: An tu cui V En hic qui Pithoeus At mea, qui Lipsius Cyrneae en Ouden-dorpius recte telluris nudum stare non posse perspicuus Antiquis Riesius || 12 nullaq. V

16 (B. II 35, M. 741) tit. euocatis scripsi: euocatis V euo-cantis Riesius (qui et Magni mauolt) || 2 infanda relegionis V | apex Scaliger: apes V (cf. Hauptii opusc. III 495) || 3 sapientia V, corr. Scaliger | flāmis ex -mas corr. V || 4 Imposuit V, correxi || 5 abelybicis V, corr. Scaliger || 8 terra Francius

De uita humiliori

17

'Viue et amicitias regum fuge'. pauca monebas:
 Maximus hic scopulus, non tamen unus erat.
 Viue et amicitias nimio splendore nitentes
 Et quicquid colitur perspicuum, fugito!
 Ingentes dominos et famae nomina clarae
 Inlustrique graues nobilitate domos
 Deuita et longe tutus cole; contrahe uela
 Et te litoribus cymba propinqua uehat.
 In plano semper tua sit fortuna paresque
 Noueris: ex alto magna ruina uenit.
 Non bene cum paruis iunguntur grandia rebus:
 Stantia namque premunt, praecipitata ruunt.

<Item>

18

'Viue et amicitias omnes fuge': uerius hoc est,
 Quam 'regum' solas 'ecfuge amicitias'.
 Est mea sors testis: maior me afflixit amicus
 Deseruitque minor. turba cauenda simul.
 Nam quicumque pares fuerant, fugere fragorem
 Necdum conlapsam deseruere domum.
 I nunc et reges tantum fuge! uiuere doctus
 Vni uiue tibi; nam moriere tibi.

17 et 18 (B. III 66-69, M. 907-910) sine interstitio co-haerent in V, separ. Scaliger; cf. Ouidii trist. III 4, 4 sqq. || 17, 1 nonne ecfuge comp. 18, 2? | monebo Klotzius || 2 tamen] tam m. 2 supra lin. V || 4 conspicuum Heinsius; num praespicum? || 6 domos m. 1 ex domus corr. V || 7 D. longe et Riesius | tutus (= cautus) scripsi: uinus V uiuens Scriuerius cautus Canne-gicterus sanus Hauptius op. III 573 | cole] fuge Burmannus; an caue coll. 18, 4? || 10 Foueris Heinsius || 11 iunguntur] iun m. 1 supra lin. V || 18, 2 ecfuge ego: &fuge V eff. uulgo || 3 Et mea mors V, corr. Heinsius | tetis V || 5 fuerant (sic) fuge V || 7 I Heinsius: om. V (cf. Mart. X, 96, 13) || 8 moriare V

19

De se ad patriam

Corduba, solue comas et tristes indue uultus,
 Inlacrimans cineri munera mitte meo.
 Nunc longinqua tuum deplora, Corduba, uatem,
 Corduba non alio tempore maesta magis:
 Tempore non illo, quo uersis uiribus orbis
 Incubuit belli tota ruina tibi,
 Cum geminis oppressa malis utrimque peribas
 Et tibi Pompeius, Caesar et hostis erat;
 Tempore non illo, quo ter tibi funera centum
 Heu nox una dedit, quae tibi summa fuit;
 Non, Lusitanus quateret cum moenia latro,
 Figeret et portas lancea torta tuas.
 Ille tuus quondam magnus, tua gloria, ciuis
 Infigor scopulo: Corduba, solue comas!
 Set gratare tibi, quod te natura supremo
 Addidit Oceano: tardius ista doles!

20

De custodia sepulcri

Quisquis es (et nomen dicam: dolor omnia cogit!),
 Qui nostrum cinerem nunc, inimice, premis
 Et non contentus tantis subitisque ruinis
 Stringis in extinctum tela cruenta caput:
 Crede mihi, uires aliquas natura sepulcris
 Attribuit: tumulos uindicat umbra suos.

19 (B. III 11, M. 128). 1 et 3 et 14 Corduba V (sic; *du-
 bium num u.* 4) | triste in -tes m. 1 corr. V || 2 Et lac. *Bar-
 dilius* || 3 longinqua V || 5 illo *Pithoeus*: alio V (e. u. 4) | uersi
Heinsius || 7 utrūq; V, corr. *Scaliger* || 9 alio V, corr. *Pithoeus* ||
 10 uox (sic) V | tibi] prope *coni. Riesius*; num uox, quae sibi? ||
 12 torta *Scaliger*: porta V || 13 ciues V || 14 Infigor in -gar m. 1
 corr. V || 15 Set *scripsi*: Et V || 16 Addidit *scripsi*: Adluit V
 Attulit *Klotzius* Adluit *Duebnerus* | dolus V

20 (B. III 153, M. 137). tit. sepulchri V || 1 et] en uel an
Burmannus || 5 sepulcris, h m. 1 supra cr, V; sepultis
Schraederus

Ipsos crede deos hoc nunc tibi dicere, liuor,
 Hoc tibi nunc manes dicere crede meos:
 Illes est sacra miser; noli mea tangere fata:
 10 Sacrilegae bustis abstinuere manus!

De Athenis

21

Quisquis Cecropias hospes cognoscis Athenas,
 Quae ueteris fama uix tibi signa dabunt,
 'Hasne dei' dices 'caelo petiere relicto?
 Pugnaque partitis haec fuit ora deis?'
 5 Idem Agamemnonias dices cum uideris arces:
 'Heu uictrix uicta uastior urbe iacet?'
 Hae sunt, quas merito quondam est mirata uetustas;
 Magnarum rerum magna sepulera uides!

In eum qui maligne iocatur

22

Carmina mortifero tua sunt suffusa ueneno,
 Set sunt carminibus pectora nigra magis.
 Nemo tuos fugiat, non uir non femina, dentes,
 Haut puer, haut aetas undique tuta senis.
 6 Utque furens motas inmittit saxa per urbes
 In populum, sic tu uerba maligna iacis.
 Set solet insanos populus conpescere sanus
 Et repetunt nocuum saxa remissa caput.

9 sacra *Tollius*: atra V

21 (B. III 2, M. 877). 1 cecropias] i ex corr. V || 2 formae
Schraederus || 4 Pugnaque *Hauptius*: Regnaque V Rixaque *Hem-
 sterhusius* | ora *scripsi*: una V || 5 Agamemnonias — Argos *Gro-
 nouius* || 6 Heu *Scaliger*: Haec V Deuictrix *Heinsius* | uictrix]
 e supra ras. m. 2 V | iaces *Scaliger* || 8 parua *Tollius* | se-
 pulchra V

22 (B. III 154, M. 138). 2 Set *Burmannus*: Et V At
Francius || 3 fugiat *Scal.*: fagiet (a in u m. 2 corr.) V fugit
Heinsius || 4 Haut — haut *Scal.*: Aut — aut V || 5 motas *scripsi*:
 totas V || 6 In populum ad seqq. trahit *Gronouius* | lacis V || 7
 populos V || 8 reppetunt V | nocuum *scripsi*: motum V, quod
 male mente commotum explicat *Burm.* notum *Riesius*

In te nunc stringit nullus non carmina uates
 Inque tuam rabiem publica Musa furit. 10
 Dum sua compositus nondum bene concutit arma
 Miles, it e nostra lancea torta manu.

Bellus homo et ualide * capitalia crimina ludis
 Deque tuis manant atra uenena iocis!
 Sed tu per talum dicis uinumque. quid ad rem, 15
 Si plorem, risus si tuus iste secet?
 Quare tolle iocos: non est iocus, esse malignum:
 Numquam sunt grati, qui nocuere, sales.

23

De insepultis claris

Litore diuerso Libyae clarissima longe
 Nomina uix ullo condita sunt tumulo,
 Magnus et ob finem maior Cato. quam procul a te
 Aspicias heu cineres, Roma, iacere tuos!

24

P. TERENTII VARRONIS ATACINI

Marmoreo Licinus tumulo iacet, at Cato nullo,
 Pompeius paruo: credimus esse deos?

12 it e *Burmmanus*: et e **V** et it *Heinsius* || post 12 lacunae signa posui (a u. 11 nouum carmen incipere putauit *Lipsius*) || 13 et del. *Heinsius* es *Vonckius* | nonne ualde? | carmina *Scruerius* | ludit **V** || 15 per talum *scripsi*: per totum **V** perque iocum *Scaliger* obstante u. praecedente || 16 Si | Cum *Scal.* Ut *Heinsius* | iste *Burmmanus*: ista **V** | secet *scripsi*: facit **V** || 17 tolle iocus **V** || 18 grati *Scal.*: grates **V**

23 (*B.* II 36, *M.* 742). 1 Lytore et lybiae **V** || 3 ob finem *scripsi*: hoc homine **V** humano *Scaliger* | Cato quam *Pithoeus*: catog. **V** (qui *Scal.*) || 4 num ciues?

24 (*B.* II 37, *M.* 77) sine titulo adhaeret c. 23 in **V**; Terentii Varro-
 nis Attacini inscribit qui itidem exhibet **W** (et sub Varro-
 nis nomine adfert scholiasta *Persii* 2, 36; sine auctore *schol. Cruq.*
 ad *Hor. A. P.* 301) || 1 Lycinus **W** | tumulo Licinus *schol. Cruq.* |
 at *schol. Persii, Cruq.*: ad **V** et **W** | Cato paruo, Pompeius nullo
W, *schol. Persii*; recte **V**, *schol. Cruq.* || 2 credimus **VW**: quis

<Responsum>

Saxa premunt Licinum, leuat altum fama Catonem,
 Pompeium tituli: credimus esse deos.

De spe

25

Spes fallax, spes dulce malum, spes una malorum
 Solamen miseris, qua sua fata trahunt.
 Credula res, quam nulla potest fortuna fugare,
 Spes stat in extremis officiosa malis.
 6 Spes uetat aeterno mortis requiescere portu
 Et curas ferro rumpere sollicitas.
 Spes nescit uinci, spes pendet tota futuris;
 Mentitur, credi uult tamen illa sibi.
 Improba, mentis inops, rebus gratissima laesis, 29
 10 Quas fouet et uerti fata subinde docet.
 Sola tenet miseros in uita, sola moratur,
 Sola perit numquam, sed uenit atque redit.
 Saepe bono semperque malo blandissima rursus, 38
 Et quos decepit, decipit illa tamen.
 15 Instabilis, dubio diuersa ad tempora motu,
 Audax et clausum quae putet esse nihil,

putet *schol. Cruq.* (fluctuant inter utrumque *codd. schol. Persii*) ||
 uu. 3 et 4 solus habet sine interstitio **W**; quos scilicet a *Seneca*
Varronianis oppositos putauerim (unde *Responsum addidi*) ||
 3 Lycinum **W**

25 (*B.* III 82, *M.* 932) De spe queritur per exempla in-
 scribit **V** (q. p. e. deluit *L. Muellerus*) || 1 una *Oudendorpius*:
 suma **V** || 2 quos *Heinsius* qui *Burm.* || 3 spes *Scruerius* praue ||
 4 Perstat *Heinsius* || 5 aeterno — portu *Schraderus* (*coll. Sen.*
Agam. 592): &ernis — portis **V** || 7 futuri **V**, corr. *Scaliger* (*quo*
seruato tuta *Scioppius*) || 8 sibi om. **V**, add. *Scal.* || 9 inobs **V** |
 lassis (*priore s. erasa*) **V**; lassis *Heinsius* fessis *Burm.* || 11 in-
 uitos *Scaliger* inuitans *L. Muellerus* || 12 sed *Wernsdorfius*: nec
V | uenit] perit *Scal.* fugit *Wernsd.* | usque *Francius* || 13 S. b.
 rursusque m. bl. semper **V**, traieci || 14 decipit] decepit **V** || 15
 diuersa *L. Muellerus*: diuexo (o ex corr. m. 1) **V** deuexa *Scal.* ||
 16 clausu sum **V** ||

Omnia promittit nota leuitate deorum,
 Nil fixum et casus admonet esse leues.
 Naufragus hac cogente natat per saeua procellis
 Aequora, cum mersas uiderit ante rates; 20
 Captiuus duras illa solante catenas
 Perfert et uictus uincere posse putat;
 Noxius infami districtus stipite membra
 Sperat et a fixa posse redire cruce.
 Spem iussus praebere caput paloque ligatus, 25
 Cum micat ante oculos stricta securis, habet.
 Sperat et in saeua uictus gladiator harena,
 Sit licet infesto pollice turba minax;
 Et cui descendit iugulato in pectora mucro,
 Spem, quamuis lecto iam referatur, habet. 30
 Spem recipit carcer foribus praeclusus aenis,
 Spes et in horrendo robore parua manet.
 Spes Marium mouit, turpi se credere limo
 Et tantum furto uiuere uelle uirum;
 Haec illum Libyae penetrare in litora uastae 35
 Iussit; et, o superi, qui fuit ille dies,
 Quo Marium uidit suppar Carthago iacentem!
 Tertia par illis nulla ruina fuit.
 Spes Magnum profugum toto discurrere in orbe
 Iusserat et pueri regis adire pedes. 40

17 promittit] *prima t supra lin. m. 1 v* | mota *v*, corr. *Pithoeus* || 18 Nil *ex Nihil m. 2 corr. v* | admonet *v* | breues *L. Muellerus* || 19 saeua *scripsi: sēda v feta Scal. foeda Heinsius* | procellas *v* || 21 durus *v* || 22 Perferr&uictos (*sic*) *v*, corr. *Scal.* (Perferre et *Muell.*) || 23 dēstrictus *v* || 24 redisse *v* || 25 ligatos *v* || 29 Et qui decenti iugulo tinctoria toto *Burmannus*; an cui contingit iugulo uictoria rupto? || 30 referatur *ex-retur m. 1 corr. v* || 31 aenis *v* || 32 Spem *v* | nonne *prima?* (*praua Muell.*) || 33 turpis se *v* || 34 Et] *A. L. Muellerus* || 35 libyae *v* | uastae *L. Muellerus: uictae v* || 36 et o] *io Schraderus* | qui *in quis m. 1 corr. v* || 37 supra cartago *v*, corr. *Burmannus* || 38 par illis *ex parilis m. 1 corr. v* || 40 reges *v*

Spes uni numquam potuit dare uerba Catoni
 Mendacisque deae non tulit ille dolos.
 Quid non spes audet? Priamo post Hectora mansit;
 Spes fuit uxori, Protesilae, tuae.
 45 Orpheus infernas sperauit tollere leges,
 Tartareum et cantu flectere posse canem.
 Spe duce per medias enauit Daedalus auras
 Et noua mirantes terruit ales aues.
 Pasiphae (quid non homini sperare licebit?)
 50 Sperauit toruo posse placere boui.
 Sperat qui curuo sulcos perrumpit aratro,
 Sperat qui uentis uela ferenda dedit.
 Spes hamis pisces, laqueo captare uolucres
 Erudit; haec orbem bella cruenta docet.
 55 Spes sequitur grauibus rastris mala rura domantem,
 In noua se nulla cum ratione parat.
 Semper adulatur, semper male fida uagatur
 Et populos urbes totaque regna capit.
 Desertos medicis spes numquam deserit aegros,
 60 Confessi numquam spem posuere rei.
 Spes est, quae classis diuerso ex hoste coactas
 Ducit; spes cupidos pellit in arma uiros.
 Et dicit 'dura! nec te praesentia pungant:
 Fors uariast, mutat mobilitate uices.
 65 Incerto ludit casu Fortuna per orbem;
 Hoc semper constans, quod fugit atque redit.'

43 p' *v* || 44 prosilea *v* || 45 Orphaeus *v* || 47 dedalus undas *v*, corr. *Heinsius* || 48 ales *in alis m. 1 corr. v* || 49 Phasidae (*h m. 2 add.*) *v* | licebit, *sic v*: libebit *uulgo* || 51 perrumpat *v* || 55 dominantē *v* || *uu. 59-62 ante 57 ponit L. Muellerus* || 59 egres (*o supra alt. e m. 1 v*) || 60 Defessi *v*, corr. *Scioppius* || 61 ex orbe *Heinsius* | coactas *v* || 62 pellit (*uel trudit*) *Burm.*: tollit *v* || *ante 63 nonnulla intercidisse puto* || 63 duro *v*, corr. *Heinsius* | pungant *Wernsdorffus*: iungant *v* uincant *Heinsius* tangant *Dousa* || 64 uariast *scripsi uarias v* | nonuilitate *v* || 66 Hoc ego: Et *v Est Scal.* | constans quod *scripsi*: contra quae *v* (*quam fuit L. Muellerus ante pro atque cum Burmanno scribens*) | atque (*q m. 1 ex d corr.*) *v*

26

Ad maliuolum

Inuisus tibi sum: peream si, Maxime, miror:
 Odi te et, si uis, accipe cur faciam.
 Famam temptasti nostram sermone maligno
 Laedere fellitis, inuidiose, iocis.
 Contra rem nuper pugnasti, liuide, paruam: 5
 Tu tamen in magna te nocuisse putas.
 Haec peream nisi sunt animi *in* te, Maxime, causae:
 Odi, nec mentem res magis ulla iuuat,
 Inque uicem ut facias oro pereoque timore,
 Ne minus inuisus sim tibi quam uideor. 10

27

Memoriam per litteras manere

Haec urbem circa stulti monumenta laboris
 Quasque uides moles, Appia, marmoreas,
 Pyramidasque ausas uicinum attingere caelum,
 Pyramidas, medio quas fugit umbra die,
 Et Mausoleum, miserae solacia mortis, 5
 Intulit externum quo Cleopatra uirum,
 Concutiet sternetque dies, quoque altius extat
 Quodque opus, hoc illud carpet edetque magis.
 Carmina sola carent fato mortemque repellunt:
 Carminibus uiues semper, Homere, tuis. 10

26 (B. III 159, M. 941). 2 Odi *in* Audi m. 2 corr. V | 4 fellitis *Pithoeus*: nelitis (ueli m. 2 ex corr.) V | inuidiose V | 5 Contra] a ex corr. m. 2 V | 6 magnis *Pithoeus* || 7 Haec V: Hec *uulgo contra usum poetarum* | in *addidi*: om. V (nimiae iam *Heinsius*) | maxima causa V, corr. *Heinsius* | 9 oro *idem*: curo V

27 (B. II 261, M. 187). *tit.* Memoria litteras permanere V, *correxi* || 1 multi *Heinsius* || 2 Queque V || 3 et 4 P ≡ eramidas V || 5 solatia V || 6 aeternum V, corr. *Heinsius* || 7 Concutiet] cu *supra lin. m. 1* V | quodque V || 8 edetque] e *prior in ras.* m. 2 V

〈Item〉

28

Nullum opus exurgit, quod non annosa uetustas
 Expugnet, quod non uertat iniqua dies,
 Tu licet extollas magnos ad sidera montes
 Et canas aequas marmore pyramidas.
 Ingenio mors nulla nocet, uacat undique tutum: 5
 Inlaesum semper carmina nomen habent.

Laus Caesaris

29

Ausoniis numquam tellus uiolata triumphis
 Icta tuo, Caesar, fulmine procubuit
 Oceanusque tuas ultra se respicit aras:
 Qui finis mundo est, non erat imperio.

〈Item〉

30

Victa prius *nulli*, nullo spectata triumpho
 Inlibata tuos gens patet in titulos.
 Fabula uisa diu medioque recondita ponto
 Libera uictori quam cito colla dedit!

〈Item〉

31

Euphrates ortus, Rhenus praecuserat Arctos:
 Oceanus medium uenit in imperium.

28 (B. II 262, M. 851) *adhaeret priori in* V || 3 canas *scripsi*: calidas V Pharias *Heinsius* solidas *Piersonus* | eques et pyramidas V || 3 nocet *Pithoeus*: iacet V; num inhiat?

29—36 (B. II 84—91, M. 762—769) *sine interstitiis cohaerent in* V || 29, 2 tua V || 3 prospicit *Delrius* || 4 erit *Lipsius* || 30, 1 nulli *Heinsius*: om. V, *in quo post nullo m. 2 add.* *iaia* || 2 patet *Cannegieterus*: iacet V || 4 quam cito *Scaliger*: quamerito V || colla *ex collo m. 2 corr.* V || 31 *uulgo priori coniungunt, separ. Riesius* || 1 Euftrat ≡ es hortus renus V | *praecl. scripsi*: recl. V secl. *Cannegieterus* | arctus V || 2 *in supra lin. m. 1* V

32

<Item>

Libera, non hostem, non passa Britannia regem
 Externum, nostro quae procul orbe iaces,
 Felix aduersis et sorte oppressa secunda es:
 Communis nobis et tibi Caesar erit.

33

<Item>

Vltima cingebat Thybris tua, Romule, regna,
 Hic tibi finis erat, religiose Numa;
 Et tua, Diue, tuo sacrata potentia caelo
 Extremum citra constitit Oceanum;
 At nunc Oceanus geminos interluit orbes:
 Pars est imperii, terminus ante fuit.

34

<Item>

Mars pater et nostrae gentis tutela Quirine
 Et magno positus Caesar uterque polo,
 Cernite semotos Latia sub lege Britannos!
 Sol citra nostrum flectitur imperium.
 Vltima cesserunt adaperto claustra profundo
 Et iam Romano cingimur Oceano.

35

<Item>

Opponis frustra rapidum, Germania, Rhenum,
 Euphrates prodest nil tibi, Parthe fugax:
 Oceanus iam terga dedit, nec peruius ulli
 Caesareos fasces imperiumque tulit:

32, 1 brittania V || 2 Aeternum V, corr. Tollius | iacet V, correxi
 || 3 es addidi: om. V || 4 nouis V | sibi Heinsius || 33, 1 tybris
 V || 2 erit V || 3 dibe V | tuum V, corr. Heinsius || 34, 1 quirinae
 V || 3 Cernite semotos scripsi (Fleckeis. ann. 1881 p. 415): Cernitis
 ignotos V | brit. ex bret. m. 1 corr. V || 5 adaperto V, corr.
 Heinsius | 6 cingitur V, corr. idem; an forte Nec iam Romanus
 cingitur? || 35, 1 renū m. 2 ex rerū corr. V || 2 Eufates et ni-
 hil et parte V

6 Illa procul nostro semota exclusaque caelo
 Alluitur nostra uicta Britannis aqua.

<Item>

36

Semota et uasto disiuncta Britannia ponto
 Cinctaque inaccessis horrida litoribus,
 Quam pater inuictis Nereus celauerat undis,
 Quam fallax aestu circuit Oceanus,
 6 Brumalem sortita polum, qua frigida semper
 Praefulget stellis Arctos inocciduis,
 Conspectu deuicta tuo, Germanice Caesar,
 Subdidit insueto colla premenda iugo.
 Aspice, confundat populos ut peruia Tethys:
 10 Coniunctum est, quod adhuc orbis et orbis erat.

De uoluptate adsidua per noctem

37

Sic et ames, mea lux, et rursus semper ameris,
 Mutuus ut nullo tempore cesset amor.
 Solis ad occasus, solis sic . . . ad ortus
 Hesperus hoc uideat, Lucifer hoc uideat.
 6 Si das saepe negas, si das saepe ric . . . mis
 Et pede prda tuo . atier rel . o . res
 Nox mihi tota data est hite dampna peribunt
 Multa nimis debet timodius . . . s

5 sq. uulgo separant male || 6 brittannos V || 36, 1 Semoto
 et brittania V || 2 Cunctaq. V, corr. Scaliger | litorib. V || 3 Qua
 V | uelauerat V, correxi; nall. Scaliger || 4 falax V m. 1 | esto
 V || 6 arctoxs (alt. c m. 2 ex corr.) inocciduis (corr. m. 2) V ||
 7 deuicta Scal.: defictu V defixa Heinsius | germania V, corr.
 Gronouius || 8 Subdidit (e in i corr.) V | insuetū V | iugo (v su-
 pra o) V || 9 Tethys Heinsius: tellus V

37 primus edidit L. Muellerus Fleck. ann. 1865 p. 829;
 grassata est in V monachi cuiusdam manus pudica erudendo ob-
 scena (quarum litterarum umbra quaedam superest, denotant
 typi obliqui) || 2 cessit V || 3 sic testor coni. Muellerus || 6 preda
 legere sibi uidebatur Muellerus || 7 Nox ex Nec, ut uid., cor-
 rectum

Promittis, mea uita, semel non amplius una
 . . . *lucid* . . . *ad* . . . 10
 Dum iaceam tecum permixtus corpore toto
Tib . *futo* . . . *re l* . . .
 Nempe *q* . . . *ad* *mille*
m . . . *l* *ti*
 Lentus *p* *arte* 15
 Femina cara semel, sed sine fine semel.
 O certe numero uinces me . *rera* . *i* *ã*
 *l* . *l* . *semper* ego.

38

De tribus amicis bonis

Serranum Vegetumque simul iunctumque duobus
 Hermogenem, caros aspice Geryonas.
 Esse putas fratres: tanta pietate fruuntur;
 Immo neges: sic est in tribus unus amor.
 Triga mihi paucos inter dilecta sodales, 5
 Triga sodalicii pars bene magna mei!

39

Quod non seuera carmina scribat

Iam libet ad lusus lasciuoque furta reuerti:
 Ludere, Musa, iuuat: Musa seuera, uale!
 En mihi narretur tumidis Arethusa papillis
 Nunc astricta comas nunc resoluta comas,
 Vt modo nocturno pulset mea limina signo 5
 Intrepidus tenebris ponere docta pedes,

11 toto an tota in V dubium || 13 Nemphe (h erasa) V
 38 (B. II 248, M. 843). 1 uinctuq; V || 2 Hermogenem
 scripsi: heto genem V Herogenem uulgo || 3 faers V || 6 par V |
 ueneranda Scriuerius
 39 (B. III 192, M. 965). tit. nera V, corr. Scal. || 1 liuet
 allu=sus (erasa s) lasciuiaq. V || 2 Ludicra Scriuerius, sed cf.
 Mart. VIII 3, 2 || 3 En ego: Nunc V (e u. 4) | narraetur V | are-
 thusa (h supra lin.) V | capillis V, corr. Ruhkenius (nitidis —
 capillis Schraderus) || 5 Vt — pulset Burmannus: Et — pulsans
 V | modo nunc turno V

Nunc collo molles circum diffusa lacertos
 Vt flectat niueum semisupina latus
 Inque modos omnes, dulcis imitata tabellas,
 10 Transeat et lateri pendeat illa meo.
 Nec pudeat quiequam, sed me quoque nequior ipso
 Exultet toto non requieta toro.
 Non derit, Priamum qui defleat, Hectorsa narret:
 Ludere, Musa, iuuat: Musa seuera, uale!

<De puero amato>

40

O sacros uultus Baccho uel Apolline dignos,
 Quos uir, quos tuto femina nulla uidet!
 O digitos, quales puerilis uirginis esse
 Vel potius credas uirginis esse deae!
 6 Felix, si qua tuum conrodit femina collum,
 Felix, quae labris liuida labra facit,
 Quaeque puella tuo cum pectore pectora ponit
 Et linguam tenero lassat in ore suam.

Excusatio uilioris materiae

41

Esse tibi uideor demens, quod carmina nolim
 Scribere patrito digna supercilio?
 Quod Telamoniaden non aequo iudice uictum
 Praeteream et pugnas, Penthesilea, tuas?

8 Efflectat V, corr. Burmannus (Inflectat Francius) | se-
 mesupina V || 9 dulces corr. m. 2 V; doctas Burm. ductus —
 tabellae Ruhkenius || 10 lateri Toupius: lecto V telo Ruh-
 kenius || 11 pudeant V | ips=0 V || 12 Exultat V || 13 deerit V ||
 14 sonora (utraque o ex corr. m. 2) V, corr. mg. m. rec.

40 (B. III 228, M. 996). De puero amato Scaliger: Liber
 III V errore aperto (uidetur spectare ad carmen prius, utpote
 quod excerpta ex quarto Senecae libro incipiat) || 1 bacho= (erasa c) V || 3 puerilis scripsi Fleckeis. ann. 1881 p. 415: pueri
 uel V || 5 F=elix siqua=tuu V || 6 libida V

41 (B. III 193, M. 966). Excussato (sic) sihoris materiae
 V, correxi (seuerioris Scal.) || 1 crimina V, corr. Scriuerius || 2
 patrito scripsi: patricio V || 4 pente si lea V

Quod non aut magni scribam primordia mundi 5
 Aut Pelopis currus aut Diomedis equos?
 Aut ut Achilleis infelix Troia lacertis
 Quassata Hectoreo funere conderit?
 Vos mare temptetis, uos detis linthea uentis:
 Me uehat in tuto parua carina lacu. 10

42 De sepulcro Catonis

Ne mirere sacri deformia busta Catonis:
 Visuntur magni parua sepulera Iouis.

43 De bono uitae humilioris

Est mihi rus paruuum, fenus sine crimine paruuum;
 Sed facit haec nobis utraque magna quies.
 Pacem animus nulla trepidans formidine seruat
 Nec timet ignauae crimina desidiae. 5
 Castra alios operosa uocent sellaeque curules
 Et quicquid uana gaudia mente mouet.
 Pars ego sim plebis, nullo conspectus honore,
 Dum uiuam, dominus temporis ipse mei.

44 Excusat quod amoribus seruiat

Insanus uobis uideor. nec deprecor ipse,
 Quominus hoc uidear. cur tamen hoc uideor?

6 equuos V || 7 ut om. V, add. Scaliger || 8 uulnere V, corr. Wakefieldus | conderit V, corr. m. 2 || 10 intutos — lacus V, corr. Francius | cirina V

42 (B. II 53, M. 748). tit. sepulchro V || 1 miserere V, corr. Scal. || 2 sepulchra V

43 (B. III 60, M. 906). tit. humiliori V || 1 paruuum alt. add. m. 2 V || 2 nouis V || 3 trepidas V, corr. Burm. (trepidus uulgo) seruât V || 4 timeat ignauiae V | desidiae ex dissidiae corr. V || 5 iuuent Piersonus | silleq. rurales V, corr. Scal. || 6 grandia — mouent V, corr. Scal. || 7 et 8 post titulum carminis sequentis habet V

44 (B. III 194, M. 967). tit. amorib; V || 1 Insanus ex -is m. 1 V | nouis V || 2 Quo mihus V | uidear Francius: uideo V

Dicite nunc: 'quod semper amas, quod semper amasti'.
 Hic furor, hic, superi, sit mihi perpetuum!

45

Quaedam me, si credis, amat. sed dissilit, ardet
 Non sic, non leuiter: deperit et moritur.
 Dum gratis, flagret quaedam; simul atque rogabit,
 Ostendam, quam non semper amatus amem.

De cretata facie

46

Cum cretam sumit, faciem Sertoria sumit.
 Perdidit ut cretam, perdidit et faciem.

Morte omnes aequari

47

Quisquis adhuc non scis fortunae mobile regnum
 Nec sortem uarias credis habere uices,
 Aspice Alexandri positum uenerabile corpus.
 Abscondit tantum putris harena uirum!

3 num Dicitis hic? | cur uel quid bis Burm. || 4 hec superi V; num haec rabies? | perpetuus uulgo

45 (B. III 195, M. 968) adhaeret sine titulo priori in V (De ea quam amat Scal.) || 2 sic] cito Burm. | deperit scripsi: sed perit V || 3 gratis flagret scripsi: figiet (m. 2 in fugiet corr.) gratis V | rogauit V, corr. Scaliger (faciet — rogauit Riesius)

46 (B. III 223, M. 994). tit. creta V || 1 Dum Binetus || 2 ut om. V, add. Heinsius

47 (B. II 16, M. 703) habet etiam F et sine titulo statim post 57 Erlangensis (una cum 48): cf. praef. p. 12 || tit. De morte eqs V || 1 non scis scripsi: nondum FV Erl. (fortunam Francius, sed clamat corruptelam adhuc nondum conuinctum) | mouile V m. 1 || 2 num fortem (cf. 25, 64)? || 3 uenerabile L. Muellerus: memorabile FV Erl. (miserabile!) Burm.

48

<Item>

Iunxit magnorum casus fortuna uirorum:
 Hic paruo, nullo conditus ille loco est.
 Ite, nouas toto terras conquirite mundo:
 Nempe manet magnos paruula terra duces.

49

De puero amato

Quid saeuus, Cypare? domiti modo terga iuenci
 Quid premis et tenerum currere cogis equum?
 Dum stupet ac nouus est et adhuc non nouit amorem,
 Parce: premendus erit, cum ueteranus erit.

50

De bono quietae uitae

Ante rates Siculo discurrent aequore siccae
 Et derit Libycis putris harena uadis,
 Ante niues calidos demittent fontibus amnes
 Et Rhodanus nullas in mare ducet aquas,
 Ante mari gemino semper pulsata Corinthos
 Confundet fluctus peruia facta duos,
 Ante feri ceruis submittit colla leones
 Saeuaque dediscet praelia toruus aper,
 Medus pila geret, pharetras Romana iuuentus,
 Fulgebit rutilis India nigra comis,

48 (B. II 25, M. 731) sine interstitio et titulo FV Erlang. ||
 1 Iunxit] n m. 1 supra lin V | fortuna ≡ V | uirorum FV:
 duorum Erlang. || 2 ille] illo V || 3 nouos V | terras FV: uires
 Erlang. || 4 Nemp ≡ e (crasa h) V | fortasse testa

49 (B. III 227, M. 995). 1 Sybari Scal. || 3 tumet Lach-
 mannus ad Prop. p. 58

50 (B. III 65, M. 913) habet etiam F (prae f. p. 12) plane
 ut V inscribens || 1 siculo F | puto decurrent | siccae ego: sicce
 F pisces V || 2 derit FV | putris Scal.: turpis FV | arena F ||
 3 dimittent FV, corr. Scal. || 4 rodanus FV | nullus et ducit V ||
 5 corintos F || 7 summ. V || 8 proelia V || 9 gerit FV || 10 rutilis
 V | india F | crocis FV, corr. Scaliger

Quam mihi displiceat uitae fortuna quietae
 Aut credat dubiis se mea puppis aquis.

De fratris filio paruulo

51

Sic mihi sit frater maiorque minorque superstes
 Et de me doleant nil nisi morte mea;
 Sic illos uincam, sic uincar rursus amando,
 Mutuus inter nos sic bene certet amor;
 Sic dulci Marcus qui nunc sermone fritinnit,
 Facundo patruos prouocet ore duos

* * *

Laus Xersis

52

Xerses magnus adest. totus comitatur euntem
 Orbis. quid dubitas, Graecia, ferre iugum?
 Tellus iussa facit, caelum texere sagittae,
 Abscondunt clarum Persica tela diem.
 Classes fossus Athos intra sua uiscera uidit,
 Phryxae peditem ferre iubentur aquae.
 Quis nouus hic dominus terramque diemque fretumque
 Permutat? certe sub Ioue mundus erat.

De diuitiis et inhonesto animo

53

Quod tua mille domus solidas habet alta columnas,
 Quod tua marmoreo ianua poste nitet,

11 Displiceat in -ciat m. 1 corr. V || 12 An credit (a supra i)
 dubi ≡ is V | se mea V: seu nea F

51 (B. III 155, M. 139). 2 doleat V || 6 Fecundo V, corr.
 m. 2 || lacunae signa posuit Lipsius

52 (B. II 12, M. 186) habet etiam S post 4. tit. Laus Xer-
 sis S: De monte Atho V || 1 Xersis S Terres V | comitatus S ||
 3 Tellus S: Mundus V | caelum S: solem V || 4 dedi ex S: Cal-
 catur pontus luctuat altus Athos V (fluctuat uulgo) || 5-8 om.
 V || 5 Eryxae peditem S || 7 nouum S, corr. Salm. | dominus
 Doruilius: hominum S | terraq; et fretuq; S || 8 iouem S

53 (B. III 70, M. 911). tit. diuitiis V, corr. Burm. || 1 tu-
 mille domos V || 2 marmorea V

Aurea quod summo splendent laquearia tecto,
 Imum crusta tegit quod pretiosa solum,
 Atria quod circa diues tegit omnia cultus:
 Hoc animos tollit nempe, beate, tuos?
 Aedibus in totis gemmae licet omnia claudant,
 Turpe est, nil domino turpius esse suo.

54

De eodem

Non est (falleris) haec beata, non est,
 Quam uos creditis esse, uita; non est,
 Fulgentes manibus uidere gemmas
 Aut testudineo iacere lecto
 Ac pluma latus abdidisse molli
 Aut auro bibere et cubare cocco,
 Regales dapibus grauare mensas
 Et, quidquid Libyco secatur aruo,
 Non una positum tenere cella!
 Nec uano populi fauore tangi
 Et nullos trepidum timere casus
 Et stricto nihil aestuare ferro:
 Hoc quisquis poterit, licebit ille
 Fortunam moueat loco superbus.

55

De amico mortuo

Ablatus mihi Crispus est amicus,
 Pro quo si pretium dari liceret,

3 laquearea V, corr. m. 2 || 4 solum Heinsius: locum V || 5 tegit e u. priore irrepsisse uidetur; citro diues tenet Heinsius || 6 nemp e V | beate] uatate in uetate m. 2 corr. V || 7 condant Burm. clarent Wakefieldus

54 (B. III 93, M. 240). 1 beata] ueat V || 2 Quam Heinsius: Quas an Quos V dubium Quod Scal. || 3 nitere Heinsius || 4 lecto toro V || 5 Ac (uel Et) scripsi: Aut V || 8 quidquid] d alt. sup. lin. m. 2 V | lybico setatur auro V || m. 10 et 11 traieit Scaliger || 10 uanos V | tangi Scal.: magni V || 11 Et scripsi: Sed V || 12 haestuare V || 13 ille in illi m. 2 corr. V; num illum Fortuna amoueat loco superno?

55 (B. II 249, M. 136). 1 amicus scripsi: amih V amici

Nostros diuiderem libenter annos.
 Nunc pars optima me mei reliquit,
 Crispus, praesidium meum, uoluptas,
 Portus, deliciae: nihil sine illo
 Laetum mens mea iam putabit esse.
 Consumptus male debilisque uiuam:
 Plus quam dimidium mei recessit.

De diuite formosa generosa impudica

56

Formosa es, fateor, diues generosa uenusta:
 Confitear, si uis, omnia. redde uicem.
 Nempe parum casta es, nempe es deprensa. negabis:
 Res uenit ad lites. 'rursus et illa nego.'
 Dic potius: 'sed nempe semel, sed nempe puella;
 Et cum deprensa quis nisi frater erat?'
 Frater erat? 'nihil est, fecit quia Iuppiter illud.'
 Sed quod non fecit Iuppiter, hoc facitis!

De Graeciae ruina

57

Graecia bellorum longa succisa ruina
 Concidit, immodice uiribus usa suis.
 Fama manet, fortuna perit: cinis ipse iacentis
 Visitur, et tumulo est nunc quoque sacra suo.

uulgo || 4 par V || 6 Portus (cf. 15, 4) scripsi: Pectus V Lusus Francius | delitiae nil V || 7 putauit V || 8 male] iam male V || 9 Postquam Pithoeus | dimidium V, corr. m. 2

56 (B. III 204, M. 976). tit. diuite] uite V || 1 uetusta V || 3 et 5 nemphe (h. erasa m. 2) V || 3 et 6 dephensa V || 4 nega uulgo || 7 quia] quod uulgo || 7 et 8 ioppiter V, corr. m. 2 || 8 quod] qui V

57 (B. III 1, M. 876) extat praeterea in F et Erlangensi (cf. supra ad 47). De troi(a)e ruina FV Epitafium alexandri magni Erlang. || 1 longa succissa V magna succissa Erlang. excisa longa (a et b litt. appositis traiecta, est post longa supra lin.) F; succussa uulgo | ruina V || 3 ipsa iacenos V

Exigua ingentis retinet uestigia formae
Et magnum infelix nil nisi nomen habet.

58

Sic tua sit, quamcumque tuam uis esse puellam,
Sic quamcumque uoles mutuus ignis edat,
Sic numquam dulci careant tua pectora flamma
Et sic laesuro semper amore uacent.

59

De uino et laetitia

Vince mero curas et, quidquid forte remordet,
Comprime deque animo nubila pelle tuo.
Nox curam, si prendit, alit: male creditur illi
Cura, nisi a multo marcida facta mero.

60

De silentio amoris

Iuratum tibi me cogis promittere, Galla,
Ne narrem. iura rursus et ipsa mihi,
Ne cui tu dicas — nimium est lex dura, remittam:
Praeterquam si uis dicere, Galla, uiro!

61

De initio et fine amoris

Nescio quo stimulante malo pia foedera rupi:
Non capiunt uires crimina tanta meae.
Institit et stimulis ardentibus inpulit actum,
Sive fuit fatum seu fuit ille deus.

5 formae *Oudendorpius*: famae *codd.* || 6 nisi *ex* sibi *corr.*
F | *n̄m* *ex* *n̄m* *corr.* V || *sequitur in Erlang.* 47 cum 48
58 (B. III 191, M. 964) *titulum habet sequentis carminis*
in V || 2 *quacuq;* V || *carmen aut in fine aut in initio mutilum*
59 (B. III 84, M. 933) *sine titulo adhaeret priori in* V || 1
forte] *corda Heinsius* si quid forte *Francius*
60 (B. III 196, M. 969). 1 *Iratum* V || 3 *Nec ui in* *Necui*
coni. V || 4 *Gallo* V
61 (B. III 197, M. 177). 1 *molo* V, *corr. m. 2* || 3 *timulis*
V *m. 1* | *actu* V

6 Arguimus quid uana deos? uis, Delia, uerum?
Qui tibi me dederat, idem et ademit: amor.

De tinnitu auris

62

Garrula quod totis resonas mihi noctibus, auris,
Nescio quem dicis nunc meminisse mei.
'Hic quis sit, quaeris? resonant tibi noctibus aures,
Et resonant totis: Delia te loquitur.'
6 Non dubie loquitur me Delia: mollior aura
Venit et exili murmure dulce fremit:
Delia non aliter secreta silentia noctis
Summissa ac tenui rumpere uoce solet,
Non aliter, teneris collum complexa lacertis,
10 Auribus admotis condita uerba dare.
Agnoui: uerae uenit mihi uocis imago,
Blandior arguta tinnit in aure sonus.
Ne cessate, precor, longos gestare susurros!
Dum loquor haec, iam uos opticuisse queror.

De zelotypa

63

Sic me custodi, Cosconia: neue ligata
Vincula sint nimium neue soluta nimis.
Effugiam laxata nimis, nimis aspera rumpam,
Sed neutrum faciam, commoda si fueris.

6 tibi *mederat* V
62 (B. III 202, M. 974). 1 *quod (solito compendio)* V: *quid*
Scaliger | *aures* V (*quo seruato resonant Riesius*) || 2 *num* *Lach-*
mannus ad Prop. p. 54 || 3 *Hem idem* || 5 *Non* *Scaliger*: *Nunc*
V *Nunc* *dubitem?* *Burmannus (fortasse Nunc uideo: loquitur*
egs) || 6 *murmure* V *m. 2* || *ui. 9-14 carmini* 63 *postponit* V,
corr. Patissonius || 10 *daret* *Burm.* || 11 *uere* V | *uoces* V *m. 1* ||
13 *garrire* *Lachmannus*; *puto* *uoces gestare, susurri* || 14 *queror*
Tollius: *securas (eu ex corr. m. 2)* V
63 (B. III 198, M. 970). *De zelotypa* V || 1 *ne uigilata* V ||
3 *rumpam*] *pūpā in pōpā m. 2 corr.* V || 4 *fuerint* *Burm.* | *secantur*
statim 62, 9-14 *in* V, *cuius deinde fol. 97 u. uacuom est*

64 De tumulis Magnorum
Alter Niliaco tumulo iacet, alter Hiberno,
Tertius Eois partibus occubuit.
Omnis habet Magnos mundi plaga. dis ita uisum est:
Partem quisque suam nunc quoque uictus habet.

65 <Item>
Patria, diuerso terrarum litore Magnos
Spectas compositos heu sine nominibus,
Europaque Asiaque simul Libyae sepultos:
Victores uicta sic potiuntur humo!

66 Item
Diuersis iuuenes Asia atque Europa sepulcris
Distinet; infida, Magne, iaces Libya.
Distribuit Magnos mundo Fortuna sepultos,
Ne sine Pompeio terra sit ulla suo.

67 <De Cascis fratribus>
Occidere simul Cascae, simul occubere,
Dextra quisque sua, qua scelus ausus erat.
Castra eadem fouere, locus quoque uulneris idem;
Partibus afflictis uictus uterque iacet.
Quanta fuit mentis, tanta est concordia fati,
Et tumulus cinerem paruus utrumque tegit.
Par fratrum multo celebrandum carmine uatum,
Vna si fierent parte minus gemini!

64 et 65 (B. II 32 sq., M. 738 sq.) unum carmen in V || 64, 3 ita om. V, add. Scal. || 4 uictor Meyerus || 65, 1 diuersos V (sic) || 2 num Specta? || 3 Europa V, que add. Scal. | libiaq. V

66 (B. II 34, M. 740) Idem inser. V (sic) || 1 Diuersi V | sepulcris (h supra cr) V || 2 iacens libia V || 3 Itribuit V || 4 tuo V

67 (B. IV 1, M. 1144) adhaeret sine titulo priori in V || 2 Dextera V || 4 affructis — latet V, corr. Scaliger || 6 utq. tergite V

Interdum et neglectam formam ualere 68
Semper munditias, semper, Basilissa, decores,
Semper dispositas arte decente comas
Et comptos semper uultus unguentaque semper,
Omnia sollicita culta uidere manu,
Non amo. neglectam, mihi se quae iungit amica,
Se det: naturae simplicitate ualet.
Vincula nec curet capitis discussa soluti
Et solam faciem: mel habet illa suam.
Fingere se semper non est confidere amori.
10 Quid, quod saepe decor, cum prohibetur, adest?

<Ad eandem> 69
Ante dies multos nisi te, Basilissa, rogauit
Et nisi praemonui, te dare posse negas.
Vt subito creuere, solent ex tempore iunctae
Quam scriptae melius cedere deliciae.

<Item> 70
Cur differs, mea lux, rogata semper?
Cur longam petis aduocationem?

68 (B. III 199, M. 971). tit. formam ualere scripsi: formi luci V formam placere (decere) Riesius || 1 munditia V || 2 compositas Scaliger | num regente? || 3 uultus Burmannus: cultus V || 4 culta scripsi: cōta V compta uulgo || 5 neglectim Scal. | 5 iungit scripsi: comit V || 6 Sedet V | naturae scripsi: ornate V inornata Tollius et ornatus Colomesius || 7 cures V, corr. Heinsius || 8 Et solam (uel nudam) scripsi: Et coram V Nec cura (cera) Scaliger Me coram: facies Heymius 'At decorant'. facies Iacobsius Nec corect Riesius | suam V, correxi (suum uulgo) || 9 amor V; nonne formae?

69 (B. III 200, M. 972) sine titulo adhaeret priori in V || 3 iunctae scripsi: multe V multae uulgo natae Tollius

70 (B. III 201, M. 973) adhaeret priori, sed ut littera maiusc. initiali nouum carmen incipere significetur || 1 de- fers V

Primum hoc artificis scelus puellaest,
Deinde est difficile et laboriosum
In tentigine tam diu morari.
Nil est praeterea, puella, nil est,
Deprensa melius fututione.

71

De Atho monte

Hic, quem cernis, Athos inmissus rectius undis
Flexibus obliquis circumeundus erat:
Accepit magno deductum Nerea fluctu
Perque latus misit maxima bella suum.
Idem commisit longo duo litora ponte
Xerses, et fecit per mare miles iter:
Sub tanto subitae sonuerunt pondere classes,
Caeruleus cana sub niue pontus erat.
Quale fuit regnum, muido noua ponere iura!
'Hoc terrae fiat, hac mare' dixit 'eat'.

72

De malo belli ciuili

Venerat Eoum quatiens Antonius orbem
Et coniuncta suis Parthica signa ferens,

3 sceleris puella ð V || 5—8 *erasa sunt quae typis obliquis expressa* || 5 *suppleuit Scaliger* || 6 puella *legere sibi uidebatur Holderus nichil (uel nihil) est Muellerus agnouit* || 7 *suppleuit Muellerus*

71 (B. II 13, M. 188). Item de *egs inscr. V* || 1 inmissis V, *correci* | rectius (uel tensius) *scripsi*: persius V peruius uulgo || 3 fluctu uultu V, in qua *ditto-graphia aliquid latet* (sulco *Oudendorpius*) || 4 mi—sit V | bella V (cf. *quae dixi ad Val. Flacc. I 600*); uela *Schraderus* || *uu. 7 et 8 ante 5 traieci* || 7 cōmi—sit V || 8 Terses V | et effecit V, *correcit Scaliger* | milis V || 6 canas V || 10 terra V, *corr. Scaliger* (Hic terrae fiant *Toupius*) | ac V | dixit: erant *Gronouius*

72 (B. II 131, M. 820). 1 eoum] o in ras. m. 2 V; || 2 suis uis V | gerens V, *corr. Heinsius*

Dotalemque petens Romam Cleopatra Canopo.
Hinc Capitolino sistra minata Ioui,
Hinc inuicta deo fidebat Caesare Roma,
Quae tunc paene suo pondere lapsa ruit.
Deserta est tellus, classis contexerat aequor,
Omnia permixti plena furoris erant.
Fratribus heu fratres, patribus concurrere natos
Impia sors belli fataque saeua iubent.
Hic generum, socerum ille petit; minimeque cruentus
Qui fuit, hic sparsus sanguine ciuis erat.
Maeuius, e castris miles melioribus, ausus
Hostilem saltu praecipitare ratem,
In damnum felix et uictor ut impius esset,
Nescius occiso fratre superbus erat.
Dum legit exuuias hostiliaque arma reuellit,
Fraternos uultus oraque maesta uidet.
Quod fuerat uirtus, factum est scelus. haeret in hoste
Miles et e manibus mittere tela timet.
Inde ferox: 'quid, lenta manus, nunc denique cessas?
Iustius hoste tibi qui moriatur adest.
Fraternam res nulla potest defendere caedem;
Mors tua sola potest: morte luenda tua est.
Scilicet ad patrios referes spolia ampla penates?
Ad patrem uictor non potes ire tuum,
Sed potes ad fratrem: nunc fortiter utere telo!
Impius hoc telo es, hoc potes esse pius.

4 Hic capitolino (ca *ex corr. m. 2*) V; Et L. *Muellerus* || 6 ruit *Heinsius*: fuit V || 11 socerumq. petit V, *corr. Scal.* (socerumue *Oudendorpius*) || 12 hic *addidi: om. V* is L. *Muellerus* adspersus *Heinsius* | erit V || 13 Meuius V | e *Klotzius*: a V || 14 saltus V || 17 exunus || 18 nota *Francius* || 19 in aste (s *ex corr. m. 2*) V; *latet aliquid* || 20 e *Scal.*: a V || 21 Inde *Muellerus*: Ille V | cessas *Lipsius*: cessem V cesses uulgo || 24 leuanda V, *corr. Burmannus* || 25 referens V, *corr. Muellerus* | penates *Scal.*: rependens (re et altera n *supra lin. m. 1*, d *ex corr.*) V || 27 nunc] n *suprascripta* e (= nec) V | telo in teli m. 2 *corr. V*

Viuere si poteris, potuisti occidere fratrem!
 Nescisti: sed scis: haec mora culpa tua est. 30
 Viximus aduersis, iaceamus partibus isdem:
 Sic uter in dubio est utrius ense cadat.
 Ense meo moriar, maculato morte nefanda?
 Cui moreris, ferrum quo moriare dabit?
 Dixit et in fratrem fraterno concidit ense: 35
 Victorem et uictum condidit una manus.

73

<Item>

Sicine componis populos, Fortuna, furentis,
 Vt uinci leuius, uincere sit grauius?
 Occisum credens gaudebat Maeuius hostem:
 Infelix fratris funere laetus erat.
 Nec licuit non nosse nefas: dum membra cruenti 5
 Nudat, in exuias incidit ipse suas.
 Et scelus et fratrem pariter cognouit et amens
 'Hoc age' ait 'maius nunc tibi restat opus.
 Vincere uictorem debes, defendere fratrem.
 Cessas? ad facinus quam modo fortis eras! 10
 Terram, iura, deos, bellum iam polluis ipsum:
 Quod ciuile fuit, sic quoque culpa grauis.
 His manibus patriae tu tam pia signa sequeris
 Miles, in Antoni dignior ire rate?

29 sic *Scal.* || 31 idem *V* || 32 Sic uter *scripsi*: Dixit et *V* (*uulgo Maeui orationem per haec interrumpi faciunt*) || 33 Ense memoriar iaculatus *V*, *corr. Scal.* | sorte *Muellerus* || 34 Cui memoreris *V* || 36 uictam *V* | conficit *Burm.*

73 (*B.* II 132, *M.* 821) *adhaeret priori in V* || 1 Scine *V* | fuèrentis *V* || 4 uulnere *V*, *correci* || 5 nefas (*uel scelus*) *Heinsius*: senex *V* | cruenta *Scal.* || 8 aut *V* || 10 at (*facinus!*) *Muellerus* || 11 polluit *V*, *corr. Muellerus* || 12 sit *Scal.* fit *Francius* || 13 ta *V*: iam *uulgo* | sequeris *scripsi*: requiris *V* || 14 antonii *V* | rate *scripsi*: ratos *V* rates *uulgo*

15 Eripuit uirtus pietatem, reddere uirtus
 Debet: qua rapuit, hac reparanda uia est.
 Quid moror absolui? dixit gladioque cruento
 Incubuit, iungens fratris ad ora sua.
 Sic, Fortuna, regas semper ciuilia bella,
 20 Vt uictor uicto non superesse uelit!

15 pietatē pi&atē (*alterum expunxit m. 2*) *V* || 16 hac] hec *V*; an et ? || 18 sua *Scal.*: suo *V* || 20 non] ne *Heinsius*.

(EXCERPTA EX PETRONIO)

74

Item

Inueniat, quod quisque uelit: non omnibus unum est,
Quod placet: hic spinas colligit, ille rosas.

75

Item

Iam nunc argentes autumnus fecerat umbras
Atque hiemem tepidis spectabat Phoebus habenis,
Iam platanus iactare comas, iam coeperat uuas
Adnumerare suas defecto palmite uitis:
Ante oculos stabat, quidquid promiserat annus.

76

Item

Primus in orbe deos fecit timor, ardua caelo
Fulmina cum caderent discussaque moenia flammis

74 (B. III 122 M. 148) *adhaeret c. 73 (ita ut Item margo praebat) in V* || 1 Inueniet V; *malim* Inceptet | uelit *ex* uelet m. 1 V || 2 colligit *ex* collegit m. 1 V

75 (om. B. et M.) *adhaeret priori (mg. Item) V* || 1 nunc | an nocte? | argentes *scripsi*: argentes V ardentis *wulgo* (ardentes umbrae *nullae sunt*) | fecerat *scripsi*: regerat V fregerat *wulgo* (abegerat *Riesius*) || 2 *puto* Adque h. rapidis | expectabat et auenis V || 3 platanus *ex* platenus V | ceperat V || 4 desecto *wulgo*

76 (B. III 119, M. 145) *adhaeret priori (mg. Item) V* || 1 horrida *Wakefieldus* | *puto* caeli Fulmine || 2 Maenala *Peerikampius* | flamas (i *supra* a *alt. m. 1*) V ||

Atque ictus flagraret Athos; mox Phoebus ad ortus
Lustrata deuectus humo, Lunaeque senectus
Et reparatus honos; hinc signa effusa per orbem,
Et permutatus disiunctis mensibus annus.
Profecit uitium iamque error iussit inanis
Agricolae primos Cereri dare messis honores,
Palmitibus plenis Bacchum uincere, Palemque
Pastorum gaudere manu; nat ut obrutus undis,
Neptunus demersus aqua; Pallasque tabernas
Vindicat; et uoti reus et qui uenditit orbem,
Iam sibi quisque deos auido certamine fingit.

Item

77

Nolo ego semper idem capiti suffundere costum
Nec noto stomachum conciliare mero.
Taurus amat gramen mutata carpere ualle
Et fera mutatis sustinet ora cibis.

76, 1. *Fulgentius mythol.* I 1, p. 31. huius rei non immemor et Petronius ait 'primus i. o. d. f. timor'. — *Lactantius ad Statii Theb.* III 661 primus — timor [*ex Petronio scilicet a Statio adsumpta*]: ut Lucanus 'quae fixere timent' et Petronius Arbiter istum [*scil. Lucanum*] secutus 'primus — timor'.

3 adultus *Reiskius* ad undas *Iacobsius*; fortasse *asyndetice* obortus, L. d. h. || 4 deiectus V, *corr. Heinsius* | humo, o *ex corr. m. 2* V | resectus *coni. Riesius* || 5 reparatos V || 6 permutatis V, *corr. Buechel.* (*quo retento* disiunctus *wulgo*) || 7 Profecit *nescio quis*: Proiecit V Processit u. *aut* Proiectum uitium hinc *Scaliger* (*hoc wulgo*) Porrectum uitiumst *L. Muellerus d. r. m. p. 298* | iamque *Buechel.* atque V (*tunc Riesius*) || 8 mensis V, *corr. Pithoeus* || 9 bachum uincere V | palenque V || 10 nat ut *scripsi*: mutat V natat *wulgo* | obrutus, p *supra* ut m. 1 V | undis *scripsi*: omis V omni *wulgo* amni *Riesius* || 11 pallidasque V | caernas *wulgo* || 12 *puto* furti reus | orbem *Barthius* urbem *Pithoeus* || 13 quisque *Scaliger*: quis V

77 (B. III 120, M. 146). 2 noto *Palmerius*: toto V solito *Burmannus* (*malim* sueto) | sollicitare *coni. Iacobsius* || 4 cuius V

Ipsa dies ideo nos grato perluit haustu,
Quod permutatis umbra recurrit equis.

78

<Item>

'Vxor, legis onus, debet quasi census amari'.
Nec censum uellem semper amare meum.

79

Item

Linque tuas sedes alienaque litora quaere,
O iuuenis: maior rerum tibi nascitur ordo.
Ne succumbe malis: te nouerit ultimus Hister,
Te Boreas gelidus securaque regna Canopi,
Quique renascentem Phoebum cernuntque cadentem: 5
Maior in externa fit qui se temptat harena.

80

Item

Nam nihil est, quod non mortalibus afferat usum;
Rebus in aduersis, quae iacuerunt, iuuant.
Sic rate demersa fuluom deponderat aurum,
Remorum leuitas naufraga membra uehit.
Cum sonuere tubae, iugulo stat diuite ferrum 5
Barbaricum; temptus praebia pannus habet.

5 austu (h m. 1 supra au) V || 6 permultatis V pernoctatis
Barthius | umbra scripsi: ora V hora uulgo | aequis V
78 (B. III 121, M. 147) adhaeret priori (om. item) in V ||
1 legis onus scripsi: legis inus V legitimus uulgo
79 (B. III 124, M. 150). 2 O Scaliger: om. V || 4 securaque
(quae expunxit m. 2) V; fecundaque Reiskius | canopi] no
supra lin. m. 1 V || 5 iacentem V, corr. Dousa fil. || 6 externas
itacui descendat harenas V, correxi; externas Ithacus descendat
(ita qui descendit Francius) harenas Palmerius
80 (B. III 123, M. 149). 3 deprensa Iacobsius | fuluom ego
(fuluum uulgo): uulfam (a ex o corr. m. 2) V | aurê V || 5 di-
uite ≡ (erasa s) V || 6 Barbaricum temptus scripsi: Barbara
contempnit V B. contemptu Dousa Raraque contemptus Reis-
kiius | praecia V, correxi | hebes Scaliger

Item

81

Paruula securo tegitur mihi culmine sedes
Vuaque plena mero fecunda pendet ab ulmo.
Dant rami cerasos, dant mala rubentia siluae
Palladiumque nemus pingui se uertice frangit.
6 lam qua diductos potat leuis area fontes,
Corycium mihi surgit olus maluaeque supinae
Et non sollicitos missura papauera somnos.
Praeterea siue alitibus contexere fraudem
Seu magis inbelles libuit circumdare ceruus
10 Aut tereti lino pauidum subducere piscem,
Hos tantum nouere dolos mea sordida rura.
I nunc et uitae fugientis tempora uende
Diuitibus cenis! me qui manet exitus olim,
Hic precor inueniat consumptaque tempora poscat.

Item

82

Non satis est, quod nos mergit furiosa iuuentus
Transuersosque rapit fama sepulta probris?
En etiam famuli cognataque faece sepulti
Inter conrasas luxuriantur opes!
6 Vilis seruus habet regni bona, cellaque capti
Deridet Vestam Romuleamque casam.

81 (B. III 61, M. 142). 1 secreto legitur Heinsius; num
semiruto? || 2 facunda V || 3 ante 2 ponit Buechelerus, ego post
1 nonnulla puto intercidisse || 4 pinguis euertice V || 5 portat V ||
6 Coricum V | supine, u supra lin. m. 1 V || 8 praeterea post
contexere V, traiecit Oudendorpius || 9 Heu V | magis] macula
Heinsius || 11 candida Buechelerus || 12 fugiendis t. uendae V ||
13 me V | qui scripsi: si V | olim scripsi: idem V || 14 praecor
V | inueniar — poscar Pithoeus ponam Klotzius
82 (B. III 133, M. 181) Item m. 2 add. V || 1 mergis V,
corr. Buechelerus || 2 Roma Iacobsius || 3 En L. Muellerus:
An V Anne Scaliger || uerba ultima ex V (fecce) dedi; cognata
uulgo, sed sepulti (e u. priore ortum) solum emendetur; puto
caterua || 4 Inter conrasas scripsi: Intesta merassas V In testa
mersas uulgo intolerabili constructione, nec inuat Clauerii
mersae | luxantur V || 6 festâ V, corr. Barthius

Idcirco uirtus medio iacet obruta caeno,
Nequitiae classes candida uela gerunt.

83

Item

Sic et membra solent auras includere uentris,
Quae penitus mersae cum rursus abire laborant,
Verberibus rimantur iter; nec desinit ante
Frigidus, adstrictis qui regnat in ossibus, horror
Quam tepidus laxo manauit corpore sudor.

84

Item

O litus uita mihi dulcius, o mare! felix,
Cui licet ad terras ire subinde tuas!
O formosa dies! hoc quondam rure solebam
Naidos armatas sollicitare manus.
Hic fontis lacus est, illic sinus egerit algas:
Haec statio est tacitis fida cupidinibus.

* * *

Peruixi; neque enim fortuna malignior umquam
Eripiet nobis, quod prior aura dedit.

7 coeno V || 8 ferunt V, *correxi*

83 (*om. B et M.*) 1 auras *m. 2 in ras.* V | uentis V, *corr. Riesius*; uenis *uulgo* || 2 rursus, *ut uid.*, V || 3 et 4 *in V*, *traiecit Pithoeus* || 4 *net* definit V || 3 Et frigidus strictis V, *corr. Reiskius*

84 (*B. III 62, M. 143*). 1 dulcior V, *unde uisus pro litus conicio* | o mare felix *alii iungunt* || 2 tuas *scripsi: meas* V || 3 quies *Heinsius* | haec V (*luce pro rure Scriuerius*) || 4 Naidos *scripsi: Iliadas* V *Phyllidis (uel solebat Ilias) Scaliger* Iliada armata — manu *Christius* Naidas armata — manu *Lindembrogius* Phyllidos armatas *Heinsius* || 5 locus V, *quod fontis apte mutato fortasse retinendum*; Hic fons hic lacus *Heinsius (uel fontis liquor)* || 6 Hic *uulgo* | fida *Pithoeus: uicta* V *dicta Heinsius* tuta *crepid. Wernsdorfius* || *post 6 lacunae signa posui; uulgo hic auctore Scaligero inserunt c. 87* || 7 Peruici *Pithoeus* || 8 prior aura *scripsi: priora* V *prior hora Scaliger*

Item

85

Haec ait et tremulo deduxit uertice canos
Consecuitque genas; oculis nec defuit imber,
Sed qualis rapitur per uallis improbus amnis,
Cum gelidae periere niues et languidus auster
Non patitur glaciem resoluta uiuere terra,
Gurgite sic pleno facies manauit et alto
Insonuit gemitu turbato murmure pectus.

Item

86

Nam citius flammam mortales ore tenebunt
Quam secreta tegant. quicquid dimittis in aula,
Effluit et subitis rumoribus oppida pulsat.
Nec satis est, uulgasse fidem. cumulatus exit
Proditionis opus famamque onerare laborat.
Sic commissa uerens audus reserare minister
Fodit humum regisque latentes prodidit aures.
Concepit nam terra sonos calamique loquentes
Incinuere Midam, qualem narrauerat index.

Item

87

Illie alternis depugnat pontus et aer,

86, 6—9. *Fulgentius mythol. III 9 p. 126 (de Mida locutus):* unde et Petronius Arbiter ait 'sic commissa uerens — index'.

85 (*om. B. et M.*) 1 Haec & ait & V || 2 genas *ex gen' corr. m. 2* V | debuit V, *corr. Scaliger* || 3 amnis V || 4 *puto* tepuere | hauster V || 6 faciem V || 7 Insonuit, *sic clare* V | *puto* gemitu et t. (*turbatum Scaliger* murmura *Reiskius*) | p&' V

86 (*B. III 125, M. 178*). 1 ora V || 2 demittis in aurem *Francius* || 3 rubitis V || 4 simulatus *Scaliger* || 5 famamque (*famam expunxit m. 2, ue ex corr. m. 2*) onerare V || 6 uerens a. reserare *Fulgentius: ferens a. seruare* V || 8 Conc. V *Fulg.: Exc. Scaliger* | *puto iam* || 9 Incinuere Midam *Salmasius: Inuenere Midam Fulg. Inuenerem (e prima ex corr.) idem V* Insonuere *Wernsdorfius* | narrauerat V: conceperat *Fulg. e u. priore* (*conspexerat Munckerus*)

87 (*B. III 62, M. 143*). Idem *inscr. V. cf. ad 84, 6 et ad 88, 10*

Hic riuo tenui peruia ridet humus.
 Illic demersas complorat nauita puppis,
 Hic pastor miti perluit amne pecus.
 Illic immanes mors obuia soluit hiatus, 5
 Hic gaudet curua falce recisa Ceres.
 Illic inter aquas urit sitis arida fauces,
 Hic dea fert iuncto basia multa uiro.
 Nauiget et fluctus lasset mendicus Vlixes:
 In terris uiuit candida Penelope! 10

88

Item

Qui nolit properare mori nec cogere fata
 Mollia praecipiti rumpere fila manu,
 Haecenus iratum mare nouerit. ecce refuso
 Gurgite securos obruit unda pedes,
 Ecce inter uirides iactatur mytilus algas 5
 Et glauco trahitur lubrica concha sinu.
 Ecce recurrentes qua uersat fluctus harenae,
 Discolor attrita calculus exit humo.
 Haec quisquis calcare potest, in litore tuto
 Ludat et hoc solum iudicet esse mare. 10

2 redit *ex red& m. 1 corr.* V

3 Illi V | demsas *scripsi*: diuisas V depressas *Heinsius*
 disiectas *Francius* diffissas *Handius* collisas *Meyerus* || 4 mitis
 et omne V || 5 obuia *Heinsius*: oblita V abdita *Wernsdorfius*;
 an obdita? (inmani m. horrida saeuit hiatu *Oudendorpius*) |
 iatus V || 6 recis saceres V (resecta *Heinsius*) || post 7 *distichon*
peruisse putat Riesius || 8 dea *scripsi*: da V dat *uulgo* | fert
 iuncto *scripsi*: periuro V Penelope *Oudendorpius* (data) perearo
Wernsdorfius perluto *Iacobsius* | bassa V | multa] amica *Bur-*
mannus || 10 uiuet V, *corr. Heinsius*

88 (B. III 63, M. 144). 1 nolit *Oudendorpius*: moluit (*in*
 maluit *corr. m. 2*) V non uult *Tollius* | properare *Tollius*: pro
 pare V pro parte *Scal.* | facta V || 4 obruit (*uel* abluit) *Scal.*:
 obluit (1 *ex b corr.*) V alluit *Heinsius* || 5 agas V || 6 glauco
Pithoeus: ranco V (sonu *pro sinu Klotzius*) | conca V || 7 arenas
 V || 9 toto V || 10 luda V || post 10 *L. Muellerus addit c. 87*

Item

89

Non est forma satis, nec, quae uult bella uideri,
 Debet uulgari more placere sibi.
 Dicta, sales, lusus, sermonis gratia, risus
 Fingunt naturae candidioris opus.
 Condit enim formam, quicquid consumitur artis;
 Et nisi cultus adest, gratia nuda perit.

PETRONII ARBITRI

90

Sic contra rerum naturae munera nota
 Coruus maturis frugibus oua refert.
 Sic format lingua fetum cum protulit ursa
 Et piscis nullo iunctus amore parit.
 Sic Phoebea chelys uincolo resoluta parentis 5
 Lucinae tepidis roribus oua fouet.
 Sic sine concubitu textis apis excita ceris
 Feruet et audaci milite castra replet.
 Non uno contenta ualet natura tenore,
 Sed permutatas gaudet habere uices. 10

PETRONII

91

Indica purpureo genuit me litore tellus,
 Candidus accenso qua redit orbe dies.

89 (B. III 224, M. 182). 2 placare V | sibi] *puto* uiris ||
 3 Dieti V || 4 Fingunt *scripsi*: Vincunt V | languidioris *Bur-*
mannus senior || 5 cōsumitur V || cultus adest *L. Muellerus*: nelle
 subest V sal suberit *Antonius* | nuda V: tota *Scaliger* || *hic de-*
sinit series carminum Petronianorum in V seruatorum

90—117 extant in W (*praef. p. 13*) || 90 (*om. B. M.*) Pe-
 tronii aritrbi (*sic*) [W (*Bineti errore?*)] || 1—2 *habet etiam Fulgen-*
tius myth. I 12 p. 44: unde et Petronius: Sic contra . . . refert
 (*unde Binetus marg.*: Extabant illi duo priores uersus ubi legi-
 tur 'Sic contra r.' Reliquum expleui ex meo V. C.) || 1 Sic contra
Fulg.: Sicut sunt W | notae *Fulg.* (tota *Scal.*) || 3 foetum W || 5
 phaebea chelis W | uincolo *Binetus*: uicto W uultu *Buechelerus*;
num uoto? || 6 roribus *scripsi*: naribus W noctibus *Buechel.* |
 ora *Hadrianides* || 7 caeris W || 8 Fetat *Buechel.*

91 (B. V 148, M. 1084) || 1 littore W || 2 rubet *Burm.*

Hic ego diuinos inter ueneratus honores
Mutauit Latio barbara uerba sono.
Iam dimitte tuos, Paeon o Delphice, cyenos: 5
Dignior haec uox est, quae tua templa colat.

92

PETRONII

Naufragus eiecta nudus rate quaerit eodem
Percussum telo, cui sua fata fleat;
Grandine qui segetes et totum perdidit annum,
In simili deflet tristia fata sinu.
Funera conciliant miseros, orbique parentes 5
Coniungunt gemitus, et facit hora pares.
Nos quoque confusis feriemus sidera uerbis:
Sic fama est constans fortius ire preces.

93

PETRONII

Aurea mala mihi, dulcis mea Martia, mittis,
Mittis et hirsutae munera castaneae.
Omnia grata putes: sed si magis ipsa uenires,
Ornare donum, pulchra puella, tuum.
Tu licet adportes stringentia mala palatum, 5
Tristis mandenti est melleus ore sapor.

3 ueneratus scripsi: generatus W uersatus Buechel. | honores] odores Binetus || 5 cyenos W || 6 uox Binetus: uos W

92 (om. B., M.) || 1 euersa Doussa || 2 fleat Iacobsius: legat W (hoc retento qui Buechel.) || 5 orbique Binetus: sortique W; num sortisque? || 6 hora] urna Reiskius || 8 Sic scripsi: Et W | constans] iunctas Binetus socias Buechel.

93 (B. III 207, M. 979) praeter W etiam in STV extat || tit. Petronii W: om. STV (De malis aureis V De malis aureis amatori [-tor S] ab amata missis ST inscribunt) || 1 marcia V || 2 hirsute T || 3 putes Oudendorpius: putem codd. (puta, sed te magis. ipsa Heinsius) || 4 Ornare T | domum TV | pulchra TVW || 5 adportes TV || 6 Tristis Heinsius: Tristia VW Tristitia (ei del. m. rec.) S Tristitia T | melleus T, qui et sapor ex sabor corr. ||

At si dissimulas, multum mihi cara, uenire,
Oscula cum pomis mitte: uorabo libens.

PETRONII

94

Si Phoebi soror es, mando tibi, Delia, causam,
Scilicet ut fratri quae peto uerba feras:
Marmore Sicanio struxi tibi, Delphice, templum
Et leuibus calamis candida uerba dedi.
Nunc si nos audis atque es diuinus Apollo, 5
Dic mihi, qui nummos non habet, unde petat?

PETRONII

95

Omnia quae miseras possunt finire querellas,
In promptu uoluit candidus esse deus.
Vile olus et duris haerentia mora rubetis
Pungentis stomachi composuere famem.
Flumine uicino stultus sitit, et riget Euro, 5
Cum calidus tepido personat igne focus.
Lex armata sedet per adultera limina nuptae:
Nil metuit licito fusa puella toro.
Quod satiare potest, diues natura ministrat:
10 Quod docet infrenis gloria, fine caret.

PETRONII

96

Militis in galea nidum fecere columbae:
Adparet, Marti quam sit amica Venus.

7 Ad S Et T | si forte diss. T | chara Binetus || 8 Oscula cum pomis mitte S: Os quali compremis multe W Osque ledis morsum itte (morsu mitate T) TV | borauo T (etiam in V u prior ex b corr.)

94 (B. III 213, M. 983) || 2 Si licet Buechel. || 3 si Pario Schraderus Synnadico Burm. || 4 condita Heinsius

95 (om. B., M.) || 1 querelas W || 4 Pugnantis W, corr. Doussa || 7 et riget Binetus: effugit W || 6 personat scripsi: consonat W | focus Buechel.: roguus W tholus Hauptius || 7 per adultera scripsi: circum fera W || 8 thoro W || 10 infraenis Binetus: inferius W

96 (B. III 236, M. 1001)

97

PETRONII

Iudaeus licet et porcinum numen adoret
 Et caeli summas aduocet auriculas,
 Ni tamen et ferro succiderit inguinis oram
 Et cute nodatum soluerit arte caput,
 Exemptus populo Graia migrabit ab urbe
 Et non ieiuna sabbata lege premet.

98 Vna est nobilitas argumentumque coloris
 Ingenui, timidas non habuisse manus.

99

PETRONII

Lecto compositus uix prima silentia noctis
 Carpebam et somno lumina uicta dabam:
 Cum me saeuus Amor prensat sursumque capillis
 Excitat et lacerum peruigilare iubet.
 'Tu famulus meus,' inquit, 'ames cum mille puellas,
 Solus, io, solus, dure, iacere potes?'
 Exsilio et pedibus nudis tunicaque soluta
 Omne iter incipio, nullum iter expedio.
 Nunc propero, nunc ire piget, rursumque redire
 Poenitet et pudor est stare uia media.
 Ecce tacent uoces hominum strepitusque uiarum
 Et uolucrum cantus turbaque fida canum:

97 sq. (om. B., M.). 1 nomen W, corr. Binetus || 2 cilli Pithoeus (id est, asini); sed caelum ipsum est Iudaeorum deus (cf. Iuuen. VI 545; XIV 97) | agricolae W, corr. Binetus || 3 oram (uel arram) Binetus: aram W || 4 Et cute scripsi: Et nisi W molestissima in re eadem repetitione; Frenis Buechel. | nudatum Pithoeus || 5 Graias — ad urbes Binetus (Graiam — ad urbem Goldastiana); grata Casaubonus; puto sacra (scil. Hierosolyma) || 6 Sabbata W | tremet Buechel.; puto fremet || 98 cohaeret priori in W, separauit Buech. || 1 doloris L. Muellerus

99 (B. III 205, M. 977) || 2 uincta Heinsius || 3 prensus W, corr. Oudendorpius | uulsumque Buechel. || 8 incipio scripsi: impedio W (e seq. expedio) ingredior Riesius

Solus ego ex cunctis pauco somnumque torumque
 Et sequor imperium, magne Cupido, tuum.

PETRONII

100

Sit nox illa diu nobis dilecta, Nealce,
 Quae te prima meo pectore composuit;
 Sit torus et lecti genius secretaque lampas,
 Quis tenera in nostrum ueneris arbitrium.
 Ergo age duremus, quamuis adoleuerit aetas,
 Utamurque annis, quos mora parua teret.
 Fas et iura sinunt ueteres extendere amores:
 Fac, cito quod coeptum est, non cito desinere.

101

Foeda est in coitu et breuis uoluptas
 Et taedet Veneris statim peractae.
 Non ergo ut pecudes libidinosae
 Caeci protinus irruamus illuc
 (Nam languescit amor peritque flamma);
 Sed sic sic sine fine feriat
 Et tecum iaceamus osculantes.
 Hic nullus labor est ruborque nullus:
 Hoc iuuat, iuuat et diu iuuabit;
 Hoc non deficit incipitque semper.

Item

102

Accusare et amare tempore uno
 Ipsi uix fuit Herculi ferendum.

13 thorumque W; careo somnoque toroque Schraderus (fortasse aueo, ut u. 14 Et, pro quo En Burm., ualeat 'et tamen?')
 100 (B. III 203, M. 975) || 3 thorus W | lampas Buechel.: longa W lingua Binetus sponda Heinsius || 6 tenet W, corr. Pontanus || 8 Fas Schraderus Ac Buechel.

101 (B. III 220, M. 992). 'Sequebantur ista, sed sine Petronii titulo. at priores illi duo Phalaecii uix alius fuerint quam Petronii' praefigit Binetus || 6 sic sic] num sicci? || 7 Et tractim Buechel. || 9 iuuat Binetus: iuuat W || 10 num desinit?

102 (B. III 221, M. 993). 1 Accusare] num Aerumnari?

103

Item

Te uigilans oculis, animo te nocte requiro,
 Victa iacent solo cum mea membra toro.
 Vidi ego me tecum falsa sub imagine somni:
 Somnia tu uinces, si mihi uera uenis.

104

Hoc sibi lusit opus de stamine floricolore
 Hesperie, teneras officiosa manus,
 Et pulcro pulcras strophio protecta papillas
 Gaudet utrumque sui pectoris esse decus.

105

<Aliter>

Hesperie lateri redimicula neccit eburno
 Facta suis manibus, pectore digna suo.
 Iam ueteres iras Venus et Tritonia ponit:
 Pectora nam Veneris Palladis ambit opus.

106

<Aliter>

Intertexta rosa Tyrii subtemine fuci
 Inuoluet quoties mobile zona latus,
 Ambrosium gemino potabit ab ubere rorem
 Et uere roseo fiet odore rosa.

103 (B. III 206, M. 978). 2 Vinceta *Handius ad Stat. silu.* p. 327 | somno *Cannegieterus* || 3 ego me *Binetus*: egomet **W** || 4 uincis **W**

104 sqq. (B. III 214 sqq., M. 984 sqq.) uidentur priori adhaesisse; ita enim illis inscribit *Binetus*: 'Sequentia tetrasticha separanda uisa sunt, quae in exemplari coniuncta erant' || 104, 2 Hesperies **W** | certans *Binetus* || 3 pulchro pulchras **W** | producta **W**, corr. *Schraderus* (praeducta *Heinsius* redimita *Buechel.*)

105, 3 ponunt *Heinsius* || 106, 1 rosa e *Oudendorp.* | sub tegmine **W**, corr. *Binetus* || 2 Inuoluit **W** | nobile *Heinsius* || 3 potauit **W** || secuntur in *Bineti* editione carmina 518, 502, 501, 503 porroque 107

Item

107

Me niue candenti petiit modo Iulia. rebar
 Igne carere niuem: nix tamen ignis erat.
 Quid niue frigidius? nostrum tamen urere pectus
 Nix potuit manibus, Iulia, missa tuis.
 Quis locus insidiis dabitur mihi tutus amoris,
 Frigore concreta si latet ignis aqua?
 Iulia sola potes nostras extinguere flammis:
 Non niue, non glacie, sed potes igne pari.

De Delo

108

Delos iam stabili reuincta terra
 Olim purpureo mari natabat
 Et moto leuis hinc et inde uento
 Ibat fluctibus inquieta summis.
 Mox illam geminis deus catenis
 Hac alta Gyaro ligauit, illac
 Constanti Myeono dedit tenendam.

107 (B. III 218, M. 988) sic habet **W**; extat etiam in codice *Riccardiano* 2939 saec. XV libere immutatum (u. 1 modo Iulia] Victoria; u. 3 pectus t. u. nostrum; u. 4 missa puella tuis; u. 7 Nostras sola potes Victoria e. f.)

108 (B. III 7, M. 175), 5 catenis **W** || 6 giaro **W** || 7 Myeona **W**, corr. *Heinsius* || sequitur apud *Binetum* c. 500, tum in his quae subiciuntur adpositi sunt auctores, scil. c. 24 et 109 sqq.

109 GERMANICI CAESARIS ad Hectoris tumulum

Martia progenies, Hector, tellure sub ima
 (Fas audire tamen si mea uerba tibi),
 Respira, quoniam uindex tibi contigit heres,
 Qui patriae famam proferat usque tuae.
 Ilios en surgit rursus inclita, gens colit illam
 Te Marte inferior, Martis amica tamen.
 Myrmidonas periisse omnes die Hector Achilli,
 Thessaliam et magnis esse sub Aeneadis.

110 CAESARIS de libris Lucani

Mantua, da ueniam, fama sacrata perenni:
 Sit fas Thessaliam post Simoenta legi.

109 (B. I 103, M. 117) *græce extat in Anth. Pal. IX 387 inscriptum Ἀδριανὸν Καίσαρος: οἱ δὲ Γερμανίου* || 4 *praeferat W, corr. Pithoeus* || 7 *Mirmidonas W*

110 (B. I 230, M. 534). In V. C. titulus erat: Caesaris de libris Lucani *Binetus*. *habent etiam SY* Cesaris (Cesar Y) de libris Lucani *inscribentes; contra quos testes nihil recentissimum. Probi scholiastae Verg. codicem Parisinum 8209 saec. XV inscribentem Distichum Alcimii (cf. Prob. ed. Keilii p. 68) ualere, monui praef. p. 39 sq. || 1 Mandata uenia S | famae Dousa || 2 tessaliã ex -liũ corr. S thessaliũ Y pharsalia Probi codex Parisinus; cf. de hoc uersu Guil. Schmitzius, Beitrage z. lat. Sprach-u. Litteraturkunde, p. 172*

EIVSDEM GERMANICI de puero glacie perempto 111

Thrax puer adstricto glacie cum luderet Hebro,
 Frigore frenatas pondere rupit aquas,
 Cumque imae partes fundo raperentur ab imo,
 Abscidit a iugulo lubrica testa caput.
 Quod mox inuentum mater dum conderet igni,
 'Hoc peperit flammis, cetera' dixit 'aquis.
 Me miseram! plus amnis habet solumque reliquit,
 Quo nati mater nosceret interitum.'

C. CAECILII PLINII SECVNDI

112

Huc mihi uos largo spumantia pocula uino,
 Ut calefactus Amor peruigilare uelit.
 Ardenti Baccho succenditur ignis Amoris,
 Nam sunt unanimi Bacchus Amorque dei.

GALLIENI

113

Ite agite, o iuuenes, et desudate medullis
 Omnibus inter uos! non murmura uestra columbae,

111 (B. IV 92, M. 69). Eiusdem — perempto: diuersum a uulgato et duobus uersibus extremis auctius *inscribit Binetus: scilicet adest (cf. praef. p. 14 sq.) altera classis codicum u. 1—6 corrupte praebentium, Parisini 528 saec. IX (De puero qui in glacie extinctus est), codicis musei Britannici, Vindobonensis aliorumque multorum (s) ex parte Iulio Caesari uindicantium; graece extat epigramma in Anth. Pal. VII 542 cum titulo Φλάκιον (corrige Φλαβλιον) || 1 Trax P s | astricto s | cum luderet W: dum ludit in P s || 2 fraenatas W: concretas P s || 3 sic W: Dumque imae partes rapido traherentur ab amni (-ne s) P s || 4 sic W: Persecuit (Pres. P) tenerum P s || 5 sic W: Orba quod inuentum P s | malim cum | condit in s unus | igni W: urna P s (urnae, urnam s) || 6 cetera W || 7 sq. om. P s*

112 (B. I 23, M. 194). 1 uos W: des *Oudend.* || 4 dii W

113 (B. III 258, M. 232). Galieni imperatoris. postremis duobus uersibus perfectius *inscr. Binetus (scilicet u. 1—3 iam extant apud Trebellium Poll. uita Gall. c. 11, ubi u. 1 o pueri, pariter sudate legitur) || sequitur apud Binetum c. 1, tum 114 sqq.*

Brachia non hederæ, non uincant oscula conchæ.
Ladite: sed uigiles nolite extinguere lychnos:
Omnia nocte uident, nil cras meminere lucernæ.

114 L. APVLEI *Ἀνεχόμενος* ex Menandro

Amare liceat, si potiri non licet.
Fruantur alii: non moror, non sum inuidus;
Nam sese excruciat, qui beatis inuidet.
Quos Venus amauit, facit amoris compotes:
Nobis Cupido uelle dat, posse abnegat. 5
Olli purpurea delibantes oscula
Demente morsu rosea labia uellicent,
Candentes dentes effigient suauio,
Malas adorent ore et ingenuas genas
Et pupularum nitidas geminas gemmulas. 10
Quin et cum tenera membra molli lectulo
Consertiora adhaerent Veneris glutino,
Libido cum lasciua instinctos suscitât
Sinuare ad Veneris cursum femina feminae:
Inter gannitus et subantis uoculas 15
Carpant papillas atque amplexus intiment
Reserentque sulcos molles aruo Venerio
Thyrsumque pangant hortulo Cupidinis,
Dent crebros ictus coniuente lumine,

114 (B. III 231, M. 230). cf. quæ disputauimus. Rhen. XXXI p. 262 sqq. || 4 fecit S, corr. Binetus || 7 Demente scripsi: Clemente W | labia (uel labra) Riesius: labella W || 8 om. Binetus, sed 'agnoscit teste Samarone ad Sidonium Cl. Bineti MS. schedium' | effugient W || 9 odorent W, corr. Scriuerius || 12 Consertiora scripsi: Cum pectora W (post pectora Binetus una, Dousa arte addunt) Compectorata Scriuerius Compaginata Buechlerus Complexiora Riesius || 13 lasciua instincto W, correxi; lasciua instinctu Binetus lasciua instricta Coluius | suscitât W, corr. Coluius || 14 Sinuent Binetus | at ueneri cursum W, corr. Binetus (usum Scriuerius) | foemine W || 17 Reserentque scripsi: Haerentque W lterentque uel Arentque Binetus || 18 hortulo Binetus: horto in W || 19 Dent Binetus: Dum W | coniuente idem: conhibente W conbibente Dousa

20 Trepidante e cursu uena et anima fessula
Eiaculent tepidum rorem niueis laticibus.
Haec illi faciant, queis Venus non inuidet;
At nobis casso saltem delectamine
Amare liceat, si potiri non licet!

ALCIMI de Vergilio et Homero 115

Mæonio uati qui par aut proximus esset,
Consultus Pæan risit et hæc cecinit:
Si potuit nasci, quem tu sequereris, Homere,
Nascetur, qui te possit, Homere, sequi.

EIVSDEM 116

O blandos oculos et o facetos
Et quadam propria nota loquaces!
Illic et Venus et leues Amores
Atque ipsa in medio sedet Voluptas.

EIVSDEM 117

Lux mea puniceum misit mihi Lesbia malum:
Iam sordent animo cetera poma meo.
Sordent uelleribus uestita cydonia canis,
Sordent hirsutæ munera castaneæ;
5 Nolo nuces, Amarylli, tuas nec cerea pruna:
Rusticus hæc Corydon munera magna putet.

20 Crepidante W, corr. Binetus | e addidi: om. W | uena scripsi: Venere W || 21 lactibus Binetus || 23 casto Meinekius 115 (B. II 177, M. 255). tit. Virgilio W || 3 Ni Buechel. 116 (B. III 212, M. 258). 1 o (uel en) facetos scripsi: in-facetos W inquietos Binetus (nec inq. Buechel., qui et u. 2 Set) 117 (B. III 211, M. 257); est imitatio Petroniani 93 || 1 misi tibi W, corr. Binetus || 3 uestita G. Loewius: hirsuta W | cydonia W || 5 amarilli W | caerea W || 6 coridô W

Horreo sanguineo male mora rubentia suco:

Heu graue funesti crimen amoris habent!

Missa et dente leui paulo libata placenta:

Nectarea e labris dulcia liba suis:

Nescio quid plus melle sapit, quod contingit ipsa

Spirans Cecropium dulcis ab ore thymum.

10

7 succo **W** || 9 Missa et *scripsi*: Misi **W** Misit *Binetus* (qui et placentae) || 10 Nectarea e *scripsi*: Nectare de **W** Munera de *Binetus* | liba *scripsi*: membra **W** mella *Binetus* || 11 qui *Meyerus* || 12 caecropium — thimum **W** | ab ore *scripsi*: odore **W** (dulcius ore *Burm.* Spirat Cecropio dulcior aura thymo *Oudendorpius*)

SVLPICII LVPERCI SEBASTI IVNIORIS 118

Omne quod Natura parens creauit,
Quamlibet firmum uideas, labascit:
Tempore ac longo fragile et caducum
Solutur usu.

5 Amnis insueta solet ire ualle,
Mutat et rectos uia certa cursus,
Rupta cum cedit male pertinaci
Ripa fluento.

10 Decidens scabrum cauat unda tofum,
Ferreus uomis tenuatur agris,
Splendet adtrito digitos honorans
Anulus auro.

EIVSDEM de cupiditate 119

Heu misera in nimios hominum petulantia census!

Caecus inutilium quo ruit ardor opum,

Auri dira fames et non expleta libido,

Ferali pretio uendat ut omne nefas!

5 Sic latebras Eriphyla uiri patefecit, ubi aurum

Acceptit, turpis materiam secleris;

118—121. *Haec excerptorum series extat in E (praef. p. 19) fol. 37 || 118 (B. III 97, M. 542) Item uersus s. l. serbasti i. E; Sebastii Scriuerius (Seruasii Riesius); de uetustate add. Scaliger || 1 creauit, sic E || 2 Quã liu& E || 5 nonne calle? || 6 puto certos uia recta || 7 caedit E*

119 (B. III 74, M. 543). It (*pro Iñ*) eiusdem *egs E* || 1 Heu] *H m. 2 add. E* || 2 Caecus *E*, qui saepissime *aq̄ pro ac habet, quod iam non adnotabo* | quo ruit *m. 2 ex coruit E* || 4 precio *E* | uenditat *Heimsius* || 5 erifila *E* | ubi] ut *Tollius*

Sic quondam Acrisiae in gremium per claustra puellae
 Corruptore auro fluxit adulterium.
 O quam mendose uotum insaturabile habendi
 Inbuit infami pectora nostra malo! 10
 Quamlibet immenso diues uigil incubet auro,
 Aestuat augendae dira cupido rei.
 Heu mala paupertas numquam locupletis auari:
 Dum struere inmodice quod tenet optat, eget.
 Quis metus hic legum quaeue est reuerentia ueri? 15
 Crescentis nummi si maage cura subest,
 Cognatorum animas promptum est fratrumque cruorem
 Fundier: affectus uincit auara fames.
 Diuitis est, semper fragiles male quaerere gazas:
 Nulla huic in lucro cura pudoris erit. 20
 Istut templorum damno excidioque requirit;
 Hoc caelo iubeas ut petat: inde petet.
 Mirum ni pulcras artes Romana iuuentus
 Discat et egregio sudet in eloquio,
 Vt post iurisonae famosa stipendia linguae 25
 Barbaricae ingeniis anteferantur opes?
 At qui sunt, quos propter honestum rumpere foedus
 Audeat inlicite pallida auaritia?
 Romani sermonis egent, ridendaque uerba
 Frangit ad horrificos turbida lingua sonos. 30
 Set tamen ex cultu adpetitur spes grata nepotum?
 Saltim istud nostri forsán honoris habent?

7 condã crisiãe E || 9 mendosãe E || 10 nãa E || 14 t eget
 m. 2 add. E || 15 num huic? || 16 Crescente nummo E, *correci*
 (Crescenti nummo *uulgo*, quo retento culpa *Buechelerus*) | subit
Klotzius || 17 patrumque *uulgo* || 18 Fundere et *Pithoeus* || 21
 Istut (*sic*) E | exitioque *uulgo* || 23 pulcras] h *supra* c. m. 1 E ||
 25 stipendia] p *fortasse in ras.* E; iurgisonae clamosa im-
 pendia *Heinsius* || 27 At qui E (*sic*): Atqui *uulgo* Atque hi
Heinsius || 28 abaritia E, *corr.* m. 2 || 29 egens *uulgo* || 30 Fun-
 dit *Klotzius* | et *Heinsius*; an in ? | orrificos E | *puto* torpida ||
 31 Set] d *supra* t. m. 1 E | cultu *Oudendorpius*: ultu E multa
Scaliger | petitur *Francius* || 32 istud] i *supra lin.* m. 1 E | nãi E

Ambusti torris species exesaque saeclo
 Amblant ut priscis corpora de tumulis!
 35 Perplexi crines, frons improba, tempora pressa,
 Extantes malae deficiente gena,
 Simataeque iacent pando sinuamine nares,
 Territat os nudum caesaque labra tument.
 Defossum in uentrem propulso pondere tergum
 40 Frangitur et uacuo crure tument genua.
 Decolor in malis species, hoc turpius illud,
 Quod cutis obscure pallet in inuidiam.

PETRONII

120

5 Fallunt nos oculi uagique sensus
 Oppressa ratione mentiuntur.
 Nam turris, prope quae quadrata surgit,
 Detritis procul angulis rotatur.
 Hyblaeum refugit satur liquorem
 Et naris casiam frequenter odit.
 Hoc illo magis aut minus placere
 Non posset, nisi lite destinata
 Pugnarent dubio tenore sensus.

33 exesaq; (a *prior deleta*) E; *malim* exesaue || 34 Amblant
 ut *scripsi*: Abtantur E Abduntur *uulgo* Aptantur *Vinetus* Rap-
 tantur *Heinsius* || 36 Extantes (n *super lin.*) malae E (*sic*);
 mala — genae *Scaliger* || 37 Simanturg; E, *corr.* *Scaliger* (quo
seruato uncae *Buechelerus*) | do sinuamine a m. 1 in ras. E ||
 40 uaro *Burm.* || 41 Discolor E, *corr.* *Heinsius* | in malis *scripsi*:
 in manibus E inmanis *Schwaderus* | hoc *scripsi*: hac (h *deleta*
per lin.) E ac *uulgo* || 42 obscure E | in inuidia *malim* (ab in-
 uidia *Buechelerus*) || *finem deesse puto* || *secuntur in* E Versus
 Petronii (= *Petr.* c. 14 p. 15 *Buech.*) et Item eiusdem (= *Petr.*
 c. 83 p. 99 *Buech.*), tum c. 120

120 (B. III 131, M. 180). Item eiusdem et in marg. metro
 falecio endecasillabo m. 1 E || 4 Adtritis *Scaliger* | *puto* ro-
 tundast || 5 Hibleū — licorem E || 6 maris E, *corr.* *Pithoeus*
 (marcens *uulgo*) || 8 possv̄t, sed v̄ in ras. m. 2 *supra lin.* E

121

EIVSDEM de somniis

Somnia, quae mentes ludunt uolitantibus umbris,
 Non delubra deum nec ab aethere numina mittunt,
 Sed sibi quisque facit. nam cum prostrata sopore
 Vrguet membra quies et mens sine pondere ludit,
 Quidquid luce fuit, tenebris agit. oppida bello
 Qui quatit et flammis miserandas eruit urbes,
 Tela uidet uersasque acies et funera regum
 Atque exundantes profuso sanguine campos.
 Qui causas orare solent, legesque forumque
 Et pauidi cernunt inclusum corte tribunal.
 Condit auarus opes defossumque intuenit aurum.
 Venator saltus canibus quatit. eripit undis
 Aut premit euersam periturus nauita puppem.
 Scribit amatori meretrix, dat adultera munus:
 Et canis in somnis leporis uestigia lustrat.
 In noctis spatium miserorum uulnera durant:

* * *

121 (B. VI 90, M. 170). Item ei'dem de somniis E || 2 hab (h deleta) ethere E || 3 quū prostrata (r alt. supra lin.) E || 4 Mulcet Francius || 5 facit Barthius | bello ex uello E || 6 eruit urbes (sic) E ita ut inter utrumque supra lineam umbra uocis in cernatur, scilicet scriptae iterumque deletae; saeuit in u. uulgo || 8 perfuso (per solito huius libri compendio) E || 10 pauido Scaliger pauida Mommsenus | chorte Mommsenus: corde E || 11 inuenit uix sanum; an intremit? (cf. Verg. Georg. II 507) || 13 premit uersam E || 15 spurium putat Buechelerus; potius interpolatum exordium; conicio Utraque et in somnis | latrat E, corr. Burm. || 16 spurium putat Barthius | En L. Muellerus | spatio Scaliger || post 16 lacunae signa posui || sequitur in E Item Claudiani de eadem re (= Claud. praef. c. XXVII Gessn. 1—10)

OCTAVIANI AUGUSTI

122

Coniuae, tetricas hodie seclndite curas,
 Ne maculent niueum nubila corda diem:
 Omnia sollicitae uertantur murmura mentis,
 Ut uacet indomitum pectus amicitiae.
 Non semper gaudere licet: fugit hora, iocemur:
 Difficile est fatis subripuisse diem.

HADRIANI IMPERATORIS

123

Vt belli sonuere tubae, uiolenta peremit
 Hippolyte Teuthranta, Lyce Clonon, Oebalon Alce,

Sub numeris 122—127 composui ex uariis codicibus carmina nonnulla, quae maiore minore cum iure conlectioni nostrae et huic eius parti uindicantur; cf. praef. p. 40

122 extat in codice Bernensi 109 saeculi X inter alia excerpta ex scriptoribus christianis facta folio 136 notis Tironianis ex parte maiore scriptum cum hoc titulo: Octā aug., qui et ipse satis est indicio, ex nostra sylloge hoc poemation esse sumptum (cf. inscriptio c. 183); fecisse autem Augustum epigrammata testatur Suetonius in eius uita cap. 85 (cf. et Mart. XI 21); neque medii aevi, sed antiqui esse hos uersus rectissime contendit Hermannus Hagenus, qui primus eos edidit in musei Rhenani uol. XXXV p. 569 sqq. || 2 nubila Hagenus: nebula codex

123 (B. II 258, M. 210). Hadriani inscripsi cum iunioribus codd., in textu recensendo adhibui codd. uetustos praef. p. 15 sq. descriptos, scilicet TVY, b(ruxellensem), u(ossianum q. 33), s(angallensem 899), de quorum titulis cf. praef. l. l.; medii aevi imitationes u. apud B. II 259, M. 870, Hagenum in Fleckeis. ann. a. 1868 p. 576 || 1 Et Y | tu=be V | uolenta T || 2 yppolite TVY b et, cum aspirationis signo supra y, s Ippolite u | teuthranta Y: teu=thranta b teuthranti V t=eotranta T (qui semper teot. uel theot.) theutranta uel teutranta ceteri (quod abhinc non enotabo) | Lyce Clonon] lilionon (prior l ex c m. l) V | lice ceteri codd. | clonon ex tlonon b cleonon T | ebalon u (semper) oebolon alce T

Oebalon ense, Clonon iaculo, Teuthranta sagitta.
 Oebalus ibat equo, curru Clonus, at pede Teuthras.
 Plus puero Teuthras, puer Oebalus, at Clonus heros.
 Figitur ora Clonus, latus Oebalus, ilia Teuthras.
 Iphieli Teuthras, Dorycli Clonus, Oebalus Idae;
 Argolicus Teuthras, Moesus Clonus, Oebalus Arcas.

124

<EIVSDEM>

Almo Theon Thyrsis orti sub colle Pelori
 Semine disparili, Laurente Lacone Sabina;
 Vite Sabina, Lacon sulcost, sue cognita Laurens.
 Thyrsis oues, uitulos Theon egerat, Almo capellas,
 Almo puer pubesque Theon et Thyrsis ephebus;
 Canna Almo, Thyrsis stipula, Theon ore melodus.
 Nais amat Thyrsin, Glauce Almona, Nisa Theonem;
 Nisa rosas, Glauce uioles dat, lilia Nais.

3 *adfert auctor de figuris uel schematibus* [uol. III p. 284] u. 167 sic e memoria scilicet: Oebalon ense, Lyon ferit hasta, Pedason arcu | do non V || 4-6 sic ponunt codd. (6, 4, 5 unus s): 6, 5, 4 *Burm.* | 4 equo || b | pedte || utras (alt. e ex corr.) V || 5 a. C. h. om. T | adlonus V | eros b aeros u || 7 Aepicli Y (sic) b Aephycli V Epuclit T Epieli s Ipielite u | dorycli b: dorus V doras T torachi s dorachi u (in Y uerba dorycli — 8 teuthras plane omittuntur) | ide, sic b ida T || 8 mesus Tbsu messus V | chlonon V clonon u | archas Y
 124 (B. II 257, M. 253) in b ante 124 extat, post hoc in TVY sine titulo || 1 lmo (A om.) Y (sic) | teon TY (semper) theo V | tyrsis (lyrsis Y) codd. fere ubique | orei (sic) V | monte Scal. | pe || lori T polori Y || 2 sabina V -ma T: sabine Y b (sic) Sabino uulgo || 3 Vitae TV | sabina TV: sabinas b sabine Y | Lacon sulcost scripsi: la consul cost (sic) b lacon sulco ceteri | suae Tb | cognita codd. (nisi quod cognita aconita b): cognite uulgo; uersum sic interpretor: matres Laurens Lacon Sabina erant gravidatae a uiticola sulcatore subulco | laurus T || 4, 5 ponit V: 5, 4 TYb || 5 pubesq; (es in ras. m. 2) T | teoy & tersis (y supra e) Y (at pro et Scaliger) | efebub Y ephybus T || 6 melodus Tb: melodes V (sic) melodes Y || 7, 8 ponit V: 8, 7 TYb || 7 Nays T | ama V | almon Vb | nisa] enna V | teones Y || 8 Nasa b Nisit Y (sic) | rosas (s prior ex d) Y | clauce T | dat TVb: at Y || natis Y

EIVSDEM epitaphium Sorani

125

Ille ego Pannoniis quondam notissimus oris,
 Inter mille uiros primus fortisque Batauos,
 Hadriano potui qui iudice uasta profundi
 Aequora Danuuii cunctis transnare sub armis
 5 Emissumque arcu dum pendet in aere telum
 Ac redit ex alia fixi fregique sagitta,
 Quem neque Romanus potuit neque barbarus umquam
 Non iaculo miles, non arcu uincere Parthus,
 Hic situs hoc memori saxo mea facta sacraui.
 10 Viderit anne aliquis post me mea gesta sequatur:
 Exemplo mihi sum, primus qui talia gessi.

<EIVSDEM>

126

Borysthenes Alanus,

125 (B. II 118, M. 209) extat in b (ritannici musei cod. add. 11983: praef. p. 14-16), p (arisino 6630: ibid.), in quibus post 123 et 124 legitur cum titulo Item uersus eiusdem (scil. Hadriani) de quodam milite (sorano add. p); porro in u (alencenensi 393: ibid.) fol. 88 inscribente In memoria cuiusdam militis, in 1 (adriano l. 86: ibid.) cum epigrapha uersus cuiusdam militis sorani, in m (ontepessulano: ibid.) cum titulo Epytaphium Sorani militis || 1 horis b1p || 3 Adriano codd.; Traiano Fabricius || 4 danuuii in danubi corr. m. 2 u; danubii ceteri codd. | transnare u || 5 tel || um b || 6 ex alto Schraderus | sagittas (corr. m. 2) u || 7 neque barb. bp: nec barb. ceteri | unquam Imp || 8 miles] Medus aut Maurus con. *Burm.* || 9 hoc mori (ubi moriens m. 2 corr.) u | notauit I || 10 anne ex nne corr. u | mea m. 2 ex me corr. u | sequetur bpu || 11 qui primus I

126 (B. IV 399, M. 211) primus edidit Pithoeus, qui in *Addendis ad p. 121 scribit*: uidetur esse Hadriani Imp. In usteri tamen scida sine auctore est, innisus scilicet Dionis Cassii LXIX 10 de Borysthene equo ab Hadriano sepulto uersibusque honorato narrationi. Pithoeo autem spectatae fidei uiro in uetere codice hos uu. se reperisse testanti non credere friuolum est, non credere proum est antiquariis, qui post Pithoeum contenderunt carminis partem a. 1604 in lapide Aptae Iuliae repertam esse (cf. et Schraderus praef. *Anth. Burm.* p. LXXX); neque materiam ab Hadriano esse alienam ut c. 125 ita et Spartianus c. 20 et Apuleius apol. c. 11 docent. quod ad metrum, cf. poema simile apud Buecheler. *mus. Rhen.* XXVII p. 145 || 1 Boristhenes Pith.

Caesareus ueredus,
 Per aequor et paludes
 Et tumulos et ocres
 Volare qui solebat
 Pannonicos in apros
 (Nec ullus insequentem
 Dente aper albicanti
 Ausus fuit notare),
 Sparsit ab ore caldam
 Vel extimam saliuam,
 Ut solet euenire;
 Sed integer iuuentam,
 Inuiolatus artus,
 Die sua peremptus
 Hoc situs est in agro.

127

De Hermaphrodito

Cum mea me mater grauida gestaret in aluo,
 Quid pareret, fertur consuluisset deos.

4 et ocres scripsi: Hetruscos *Pith.* (cf. eius *Addenda*) et ruscus *Masdeus* || 6, 7 Pannonicos nec ullus apros insequentem *Pith.* cum corruptionis ante apros signo, corr. *Gassendius* (uaria coniecere, ut Pannonicus *Gudius*, Apros eum insequentem *Scriuerius* Per agros *Opitius* insequentum *Meyerus*) || 9 Ausus respuit metrum; fortasse Valens | notare scripsi: nocere *Pith.* || *uu. qui sunt apud Pith.* 10 et 11 metro flagitante transposuit *Riesius* || 11 caldam *Casaubonus*: caudam *Pith.*, qui ipse cauda coniecit || 10 Vel pro Et accipe | extima saliuam *Scriuerius* || 12 intellege de naturae necessitate || 13 iuuentam *Burm.*: iuuenta *Pith.*

127 (*B. III 177, M. 1538*) extat in u(indobonensi 2521: praef. p. 16) fol. 37 cum titulo Ermafroditus, l(audiano l. 86: *ibid.*) inscribente uersus androgeni siue hermofroditi, p(arisino 3761: *ibid.*) et n (parisino 7596 A. *ibid.*) aliisque (ut *S. Audomari* in codice 115 *Hilbertum et Odonem continentis saec. XI—XII.* fata carminis exposui l. l., noua fata subiit postea, cum et *Pulici de Custozza* (unde *Riccardianus* 2939 saec. XV inscribit *Pulicii* antiqui poetę) adscriberetur et ab *Antonio Panormitano* tanquam res nullius inter sua poemata reciperetur; unde extat in plurimis codd. saec. XV, quorum sordes afferre plane inutile

Phoebus ait 'puer est', Mars 'femina', Iuno 'neutrum':
 Iam, quom sum natus, Hermaphroditus eram.
 Quaerenti letum dea sic ait 'occidet armis',
 Mars 'cruce', Phoebus 'aquis': sors rata quaeque fuit.
 Arbor obumbrat aquas: ascendo; labitur ensis,
 Quem tuleram, casu: labor et ipse super;
 Pes haesit ramis, caput incidit amne, tulique
 Vir mulier neutrum flumina tela crucem.
 Nescio quem sexum mihi sors extrema reliquit,
 Felix, si sciero cur utriusque fui.

1 Cum pu: Dum In | aluo ex aruo corr. p || 2 Consuluit superos quod paritura foret 1 || 3 ad neutrum cf. *Birtius mus. Rhen. XXXIV p. 6* || 4 Iam quom scripsi: Iam quod 1 Ex quo p Iam qui nu | ermafroditus n pu hermofroditus 1 || 6 aquis 1 aquis (*suprascr. t a super is*) u: aqua n p || 7 conscendo u || 8 casu tuleram 1 || 9 anne n annę p || 10 Femina uir p || 11, 12 habet p: om. ceteri codd. (*num recte?*)

Rure morans quid agam respondi pauca rogatus.
 Mane deos oro famulans, post arua reuiso
 Partitusque meis iustos indico labores.
 Deinde lego Phoebumque cio Musamque lacesso.
 Hinc oleo corpus fingo mollique palaestra
 Stringo libens. animo gaudens et fenore liber

Hoc fere loco Octavianus syllogae suae inseruit ampla ex Martialis et spectaculorum libro et epigrammatis excerpta. quae cum hic exhibere a nostro proposito alienum sit, duo carmina 128 et 129, quae casu quodam postea in Martialiana inrepsere (neque enim ea agnoscunt integri Martialis codd.), iam exhibebo. possunt ea esse Senecae (cf. praef. p. 38).

128 (B. III 59, M. 280) in S post c. 215 extat cum titulo supra exhibitio, in T in libri V Martaliani excerptis sic inscriptum Poeta de sese ad librum suum, item in V ita inscribente Inep ex. VI. poeta ad liberū suū; praeterea habetur in aliis codicibus haud paucis (s), ex quibus Reginensis 2078 saec. IX, Bruxellensis 10717 saec. XI, Parisinus 8093 saec. X fere inscribunt Avieni uē ad amicos de agro (num ex Annei Sen. ortum?), ita ut Par. aliique subiungant Avieni fabulis, ad quas medio scilicet aevo poemation rettulerunt || 1 Rare T | agis S | respondi T s: respondis S V s respondeo s responde Heinsius || 2 Mane S s: Luce T V s | deum exoro s | famulans S: famulos ceteri, quod uulgo male ad seqq. trahunt | aruaque uiso s || 3 iudico V || 4 Deinde S s: Inde T V s | fēbumq; S || 5 fīnga V frico s | pallestra S T palaestra V || 6 an. gaud. V s: gaud. an. S T | et S V: ac T s g. animoq; ac s | nonne moenere?

Prandeo poto cano ludo lauo ceno quiesco.
 Dum paruus lyncnus modicum consumit oliui,
 Haec dato nocturnis elucubrata Camenis.

EIVSDEM

129

Nec uolo me summis Fortuna neque adplicet imis,
 Sed medium uitae temperet illa gradum.
 Inuidia excelsos, inopes iniuria uexat:
 Quam felix niuit, quisquis utraque caret.

VERGILII

130

De quodam cum cruribus obliquis nato

En dat aperturam crurum flexura recuruam
 Et patet oblicus inter utrumque locus,
 Quo praegnantis equae calcaribus urgeat aluum
 Curuato et tutum crure sit intus onus.

7 Prandeo S | poto s: puto T V. puto S | cano ludo lauo T s: ludo lauo (om. cano) V ludo ludo ceno (in cano corr. m. 1) S | ceno T s: caeno V, et sic ex canto corr. (m. 1?) S || 8 et 9 om. S (s ex parte maiore); non recte poetae abiudicat G. Loewius (act. soc. phil. Lips. VI p. 356); nam quiesco u. 7 ad meridiationem referas || 8 lyncnus V | consumit s || 9 dato scripsi: dat T V s | elucubrata T (nox lucubrata s pauci)

129 (om. B., M. 200). In S post c. 430 primo sub titulo Martialis legitur Mart. epigr. I 57, deinde cum inscriptione Eiusdem nostrum carmen; haec duo etiam coniungit Y nostros uersus Item Martialis inscriptos cum aliis pannis contaminans (praef. p. 17); extat denique in L (praef. p. 10) sub titulo De mediocritate uitae || 1 Non L Y | fort. ex furt. corr. S | applies ≡ (alt. p supra lin.) Y || 3 excelsus Y | uexat ex uexit corr. S || 4 utroque codd., corr. Lessingius

130 et 131 extant in codice Regio (praef. p. 10), qui ad 130 (fol. 90) in margine adscribit Virgī (cf. nota ad c. seq.) || 1 flexura Regius, corr. Th. Oehlerus || 4 fit Regius, corr. idem

131 EIVSDEM de imagine in somno

Pulchra comis annisque decens et candida uultu
 Dulce quiescenti basia blanda dabas.
 Si te iam uigilans non umquam cernere possum,
 Somne, precor, iugiter lumina nostra tene.

131. In Regio fol. 99 post *Martialis* c. I 19 (Virgilius de sua nutrice *inscriptum*) extat sub titulo Item idem [i. e. Virgilius]. de imagine et somno, aperte alius poetae fetu ad Vergilium relato; eademque confusio apud Aldhelmum, qui de metris [p. 293 *Gil.*]: 'bassias bassiant, ut Ouidius: dulce — dabas' (= u. 2). habetur etiam in L (praef. p. 10) ita ut praecedant *Martialiana* et sequantur cc. 213 et 129, ubi *inscribitur* Ad puellam quam in somnis uiderat || 2 Dulce Regius cum *Aldhelmo*: Dulcis L | bassia *Aldhelmus* || 3 unquam *Regius* || 4 Somne *Regius*: me L | posterioris aevi poetam monstrat illud iugiter.

CARMINA DUODECIM SAPIENTUM
DE DIUERSIS CAUSIS

I De ratione tabulae singuli uersus senis uerbis 132
 et litteris

PALLADII

Sperne lucrum: uersat mentes insana cupido.

ASCLEPIADII

Fraude carete graues, ignari cedite doctis.

EVSTHENII

Lusuri nummos animos quoque ponere debent.

POMPILIANI

Irosi uictos minime placet, optime frater.

De codd. cf. praef. p. 19; inscribunt BTV: Incipiunt uersus sapientum (-tium TV) de diuersis causis (d. d. c. om. TV). Hoc est Basili. Asmeni. Vomani. Euforbi. Iuliani. Hylasi. Palladi. Asclepiadi. Eust(h)eni. Pompeliani (Pompeani V m. 1.) Maximini (Maximi B, V m. 1.) Vitalis (de diuersis causis hic addit T); Y autem sic inscribit: Monostica que scripta sunt a duodecis sapientibus. id est Palladii. Asclepiadii. Fusteni. Pompeliani. Maximini. Vitalis. Basili. Asmenii. Vomanii. Euforbi. Iuliani. Hylasi de diuersis rebus

132 (B. III 75, M. 445 sqq.) Inprimis singuli uersus senis uerbis et litteris (notantur add. B) de ratione tabulae (tabula. e: pido Y) inscribunt BTYs, om. V; u. 1—12 uno tenore omissis nominibus Y || 1 cupido] sic Y quoque || 2 fraude] u supra lin. V || 3 nummos ex -mus corr. T || 4 Irosi Y

MAXIMINI

Ludite securi, quibus aes est semper in arca!

VITALIS

Siquis habens nummos uenies, exhibis inanis.

BASILII

Lusori cupido semper grauis exitus instat.

ASMENII

Sancta probis pax est: irasci desine uictus.

VOMANII

Nullus ubique potest felici ludere dextra.

EVPHORBII

Inicio Furias: ego sum tribus addita quarta.

IVLIANI

Flecte truces animos, ut uere ludere possis.

HILASII

Ponite mature bellum, precor, iraque cesset.

133 II Epitaphia P. Vergilii Maronis disticha

<Thema>

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope: cecini pascua rura duces.

ASCLEPIADII

Tityron ac segetes cecini Maro et arma uirumque
Mantua me genuit, Parthenope sepelit.

5 in arca recte B || 6 Siquis T: Si quis ceteri || 10 Inicio B || In-
to V || 11 Flecte Palat. 487, s: Flecte codd. mei (-to Y) | utuere T recte
133 (B. II 198, M. 433 sqq.). II Distichium epitaphia Vir-
gillii B || Disticha Y (uterque themate carens; Y hic c. 164 inserit)
II Epitaphium uergilii maro Mantua — duces Itē idē ipse de
titulo eiusdē hoc — epitaphio binis uersibus V; titulo et themate
caret in unius lineae spatio T; addidi Thema (Vergilii epita-
phion habet etiam ante uersus Palatinus 487) || 1 Tityron Y | hac Y
a V | segites V m. 1 || 2 genuit BY: generat TV s | partinope B

EVSTHENII

Vergilius iacet hic, qui pascua uersibus edit
Et ruris cultus et Phrygis arma uiri.

POMPILIANI

6 Qui pecudes, qui rura canit, qui proelia uates
In Calabris moriens hac requiescit humo.

MAXIMINI

Carminibus pecudes et rus et bella canendo
Nomen inextinctum Vergilius merui.

VITALIS

Mantua mi patria est, nomen Maro, carmina siluae
10 Ruraque cum bellis, Parthenope tumulus.

BASILII

Qui siluas et agros et proelia uersibus ornat,
Mole sub hac situs est: ecce poeta Maro.

ASMENII

Pastorum uates ego sum, cui rura ducesque
Carmina sunt. hic me pressit acerba quies.

VOMANII

15 A siluis ad agros, ab agris ad proelia uenit
Musa Maroneo nobilis ingenio.

EVPHORBII

Bucolica expressi et ruris praecepta colendi,
Mox cecini pugnas. mortuus hic habito.

3 Verg. sic ubique V: Virg. ubique BTY s | edidit V ||
4 Vt Y | ruri TY | phrygis Y frigus BT frugis V || 6 hic T | re-
quieuit V || 8 inextinctus Y | meru (i add. m. 2) V || 10 parti-
nope B parthenoque (corr. m. 1) V || 11 pr(a)elia BY || 12 ac
V || 14 acerba ex -ua corr. T || 15 plia V prelia B | ueni Y || 16
maroneo B || 17 Bucolica B | expressit et T

IVLIANI

Hic data Vergilio requies, qui carmine dulci
Et Pana et segetes et fera bella canit.

20

HILASII

Pastores cecini, docui qui cultus in agris,
Proelia descripsi. contegor hoc tumulo.

PALLADII

Conditus hic ego sum, cuius modo rustica Musa
Per siluas, per rus uenit ad arma uirum.

134

III Disticha de unda et speculo

EVSTHENII

Redditur effigies liquida uisantis in unda,
Qualis in aduerso speculorum cernitur orbe.

POMPILIANI

Formas pura refert oculis spectantibus unda,
Quales obiectu speculi fulgere uidentur.

MAXIMINI

Fontis aquae reddunt simulacra imitantia uerum,
Qualia leue refert speculi, cum cernimus, aequor.

5

19 uerget V | carmina T || 22 hoc BV (sic): hic T en Y ||
24 musia (a m. 2 ex corr.) V

134 (B. V 101 sqq., M. 517 sqq.) Item (om. III) disticha de
eqs Y De duobus heroicis uersib; V (nil aliud); titulo caret T ||
Eusthenii ante 1 om. V || 1 uisantis V (Palat. 487): currentis
BTY ζ cernentis recentes ζ || Pen ante 3 V || 4 obiectu (-ti V)
codd. omnes: obiecto uulgo (Qualis in oblectu Palat. 487) |
spec.] laterum Y | fulgere scripsi: fulgore codd. omnes || 5 Fontis
ex -tes corr. T | aqu (u ex corr., ζ suprascr.) V | imitantiauerum
(sic, e ex i m. 1 corr.) V || 6 leue B |

VITALIS

Exprimit oppositas immobilis unda figuras,
Leuati quales speculi nitor ipse remittit.

BASILII

Apparet mendax inlimi fonte figura,
10 Qualem reiectat speculi nitidissimus orbis.

ASMENII

Vnda quieta refert alto de gurgite formas
Ac uelut est speculum nitido splendore coruscans.

VOMANII

Spectantis faciem nitidissimus adsimulat fons,
Sicut in opposito speculi solet aequore cerni.

EVPHORBII

15 Forma repercussus liquidarum fingit aquarum,
Qualis purifico speculorum ex orbe relucet.

IVLIANI

Fontibus in liquidis simplex geminatur imago,
Vt solet a speculo facies splendente referri.

HILASII

Effigies liquido resplendet ab aequore fontis,
20 Qualis et a speculo simulatrix umbra resultat.

PALLADII

Effingit species purissimus umor aquarum,
Plana uelut speculi uiuas imitantia formas.

7 obpos. V | imm. codd. praeter B || 8 Leuati Y Leciatu V ||
9 inlimi in V (Palat. 487) || Ast ante 11 V (pro Asm) || 12 uelut
est scripsi: uelutas V ueluti ceteri | spec.] nitidum Y | coruscans
codd.: coruscat uulgo || 13 Spectaris V m. 1 | assimilat Y || 14
opposito V | solet] debet Y || 16 lucet V m. 1 || 18 plendente B ||
ante 19 Päl (= Palladii) pro Hilasii V || 19 Effugies T | re-
splendet Scriuerius: respondet codd. || 20 Qualis Y | unda BTY
(sic) || 21 humor Y (in T h supra lin.) || 22 Plana V ζ : Plena BTY ζ
| uelud V | forma B uerum Y

ASCLEPIADII

Fonte repulsatur depicta tuentis imago,
Ceui leui in speculo solet apparere figura.

135

IV Disticha de glaciali aqua

<Thema>

Puppibus illa prius patulis nunc hospita plaustris

POMPILIANI

Qua ratis egit iter, iuncto boue plaustra trahuntur,
Postquam tristis hiems frigore iunxit aquas.

MAXIMINI

Sustinet unda rotam patulae modo peruia puppi,
Vt concreta gelu marmoris instar habet.

VITALIS

Quas modo plaustra premunt undas, ratis ante secabat, 5
Postquam brumali deriguere gelu.

BASILII

Vnda rotam patitur celerem nunc passa carinam,
In glaciem solidam uersus ut amnis abit.

ASMENII

Quae solita est ferre unda rates, fit peruia plaustris, 10
Vt stetit in glaciem marmore uersa nouo.

24 Cul eu i V | aparere figura = B
135 (B. V 89 sqq., M. 505 sqq.). Item disticha de glaciali aqua Y De glacie pentametris uersib; V; titulo carent BT; solus Palatinus 487 pro titulo habet Puppibus illa frius p. n. h. plaustris, in quo agnosco thema Vergilianum (Georg. III 362) || 1 Quadratis Y Quasitis (suprascr. ratis) B | cogit Y || 2 hiemps BYV | iungit Y uinxit BTV (sic) fixit Palat. 487 || 3 patulando p. pupim Y || 4 et 6 inter se transponit Y || 4 Et Ys || 5 unda Y || 6 dirig. codd. mei || 7 nunc (n̄ = non V) codd.: modo edd. | passam Y || 9 fit om. B || 10 Et Y | glaciem B || 11 Semitat fit B | quia pupis Y

VOMANII

Semita fit plaustro, qua puppis adunca cucurrit,
Postquam frigoribus bruma coegit aquas.

EVPHORBII

Orbita signat iter, modo qua cauus alueus ibat,
Strinxit aquas tenues ut glacialis hiems.

IVLIANI

15 Qua puppes ibant, hac ducunt plaustra iuueni,
Pigrior ut cano constitit unda gelu.

HILASII

Amnis iter plaustro qui dat, dedit ante carinae.
Duruit ut uentis unda, fit apta rotis.

PALLADII

18 Plaustra boues ducunt, qua remis acta carina est,
20 Postquam deriguuit crassus in amne liquor.

ASCLEPIADII

Vnda capax ratiū plaustris iter algida praebet,
Frigoribus saeuis ut stetit amnis iners.

EVSTHENII

Plaustra uiam carpunt, qua puppes ire solebant,
Cum rigidus Boreas obstupefecit aquas.

12 om. Y || ante 13 Eūs (pro Euph.) V || 13 caus aluas V | glat. B | hiemps BYV || 15 et 16 om. Y, post 24 ponunt uulgo || 15 ac V || 16 constetit T, V m. 1 || 17 sq. Iuliano, 19 sq. Hilasio, 21 sq. Palladio, 23 sq. Euphorbio dat Y || 17 dat om. V | carin(a)e BVTs (sic): carinis Y solus || 18 Duruit ut uentus Y || ante 19 nomen om. V || 19 carine (om. est) V || 20 deriguuit Palat. 487, s: diriguuit codd. mei || 22 inhers V || 23 pupes Y || 24 Cum rigidus V: Cum frigus BTY Frigidus ut uulgo

V Tristicha de arcu caeli

MAXIMINI

Thaumantis proles uarianti ueste refulgens
Multicolor picto per nubila deuolat arcu
Iris et insigni decorat curuamine caelum.

VITALIS

Cum sol ardentis radios in nubila iecit
Cumque colorifico nimbos fulgore repleuit,
Apparet uariis distincta coloribus Iris.

BASILII

Clara sub aetheriis fulget Thaumantia proles
Nubibus, ut radiis pluuium sol attigit imbrem,
Et picturato caelum uelamine cingit.

ASMENII

Discolor aetheriis apparet nubibus Iris,
Postquam flammiferi rapuerunt lumina solis,
Et caelum uariis miranda coloribus ornat.

VOMANII

Imbriferas nubes radiis ubi contigerit sol,
Luce sub aduersa uarios iacit unda colores.
Dicitur haec Iris picto spectabilis arcu.

136 (B. V 17 sqq., M. 469 sqq.) Tristicha de arcu celi Y
De arcu caelestiae triplicis uersiculis V De arcu T mgo; om.
B || 1 Thaumantis (Tau supra lin.) Y || 2 Multi tolcor B | pictu
BV || aruamine V || ante 4 lüt (pro Vfit) V || 4 iecit uulgo: fecit
codd. || 6 uariis V: radiis ceteri | distancta (sic, prior a in i
corr.) || 7 aetheriis B | taumancia Y amantia V | 8 adtigit V
attigit B || ante 10 Ast V || 10 aetheriis BY, V m. 2 | iris ex
atris corr. Y || 11 Postque Y | flamif B || 12 uariis V: radiis ce-
teri || 13 Imbriferas V || 3 Ducitur TY (sic) | spectabilis Palat.
487, s: spectaculis codd.

EVPHORBII

Cum tetigit nubes radiis fulgentibus atras
17 Phoebus et aduerso lumen respenderit imbri,
21 Tunc Iris uario circumdat nubila cinctu.

IVLIANI

19 Mirifico nubes ambit Thaumante creata,
20 Quas cum ex aduerso tetigit rota fulgida solis,
18 Tum iacit insignis per nubila densa colores.

HILASII

22 Nuntia Iunonis uario decorata colore
Aethera nubiferum conplectitur orbe decoro,
Cum Phoebus radios in nubem iecit aquosam.

PALLADII

25 Nubila cum Phoebus perfudit lumine claro,
Tum fit ut umor aquae subfulgeat atque colores
Sub uaria specie iaciat mirabilis arcus.

ASCLEPIADII

Cum radiis imbres et aquarum pendulus umor
Tangitur, existit, quam Graecia nominat, Iris
30 Multorum insignis uario splendore colorum.

EVSTHENII

Iris habet uarios subiecta luce colores,
Quam sol imbrifera fulgens de nube creauit,
Cum pepulit radiis obstantia nubila claris.

17 Pheb' Y Foebus TV | aduersis B || uu. 18 et 21 in codd.
traiecit Scaliger || 21 nub.] cingula Y || 19 Mirifice libri ab Is.
Vossii collati | taumante Y (nte m. 2 in ras. V) || 20 ex et solis
om. Y || 18 Tu B Tunc iacet Y || 22 Nuncia et uaria Y || 23
E&hera T Aetherea Y | nubiferum Y quoque; nubificum uulgo
(expectes nubigerum) | ore Y || 24 foebus TV (sic et 25) |
aquosam V || 25 lum.] nubila V || 26 Tunc Y | humor YV, T m.
2 || 27 speciae B | iaciat Y (sic), B ex corr.: iaceat ceteri || 28
humor Y, T m. 2 || 29 quod Y | gratia (e supra at) B gretia T ||
32 inbrifera (b ex corr.) B || 33 obstantia lumina Y | charis V

POMPILIANI

Luce repentina cum sol impleuit aquosas
 Aduersus nubes, effulget protinus Iris,
 Picta ueste decens et multicoloribus alis.

35

137

VI Tetrasticha de Vergilio

VITALIS

Prima mihi Musa est sub fagi Tityrus umbra.
 Ad mea nauus humum iussa colonus arat.
 Proeliaque expertos cecini Troiana Latinos;
 Perque meos cineres inclita Parthenope.

BASILII

Hoc iacet in tumulto uates imitator Homeri,
 Qui canit Ausonio carmine primus oues,
 Ad cultos hinc transit agros, Aeneidos autem
 Non emendatum morte reliquit opus.

5

ASMENII

Bucolica Ausonio primus qui carmine feci,
 Mox praecepta dedi uersibus agricolae,
 Idem cum Phrygibus Rutulorum bella peregi:
 Hunc mihi defuncto fata dedere locum.

10

ante 34 Vom̄ (= Vomanii) TV || 34 aquosus V || 36 uestae
 T | dec.] lucens Y

137 (B. II 197 sqq., M. 421 sqq.). T. d. uirgilio Y Item
 epitaphium uerḡ quattuor uersibus V, om. BT; *Palatinus* 487
 ante 1 praebet: Nostras ille suo tuetur numine uitas Protegat
 ille tuum rusticiane genus, *desumpta ex carmine christiano*
Andreas de Maria uirgine || 1 tytyrus B titirus Y tityris V
 nauus TV: nauis C gnauus B || 3 Praelia=que B | que] qui Y ||
 4 Perque *scripsi*: Ferque TYε Fertque BVε | inelyta BV || 5 ho-
 neri Y || 7 hic TVY (sic) | aeneidis *codd. mei (etiam Y)* || 9 reli-
 quid VY || 9 Bucolicā B Bucolica Y Buculica T | ausonia Y | fe-
 cit T feci= B || 11 phrig. Y frig. ceteri

VOMANII

Tityre, te Latio cecinit mea fistula uersu
 Praeceptisque meis rusticus arua colit.
 15 At ne Musa carens uitii Aeneidos esset,
 Inuida me celeri fata tulere nece.

EVPHORBII

Romuleum Sicula qui fingit carmen auena
 Ruricolasque docet, qua ratione serant,
 Quique Latinorum memorat fera bella Phrygumque,
 20 Hic cubat, hic meruit perpetuam requiem.

IVLIANI

Qui pastorali peragrauit Maenala Musa
 Ruraque et Aeneae concinit arma Maro,
 Ille decem lustris geminos postquam addidit annos
 Concessit fati et situs hoc tumulto est.

HILASII

25 Haec tibi, Vergilius, domus est aeterna sepulto,
 Qui mortis tenebras effugis ingenio,
 Maenaliu[m] carmen qui profers ore Latino
 Et cultus segetum bellaque saeua ducum.

PALLADII

Primus ego Ausonio pastorum carmina uersu
 30 Composui et quo sint rura colenda modo;

13 Tytire T Titire Y | latio Y || 15 At *Burmamus*: Ac
codd. | uiciis Y | anaeidis V || 16 Inuida ε: Infida *codd. mei* |
 nece V: neci ceteri || 18 serant (et serent) ε: secant *codd. mei*
 (sant V m. 1) || Quique *uulgo*: Quis *codd.* | frigūq; ex frigatq;
corr. B: frigaque TV phrigaque Y frigisque ε || 21 musam Y ||
 22 concinnit V || 23 postque Y | addit T m. 1 || 25 Vergilius
 (uergili) *uulgo*: uergili V uirgili (-li ≡ B) ceteri Vergilio
Francius || 30 quē Y | modo] humo Y

Post, quibus Aeneas Rutulos superauerit armis:
Vatis reliquias haec pia terra fouet.

ASCLEPIADII

Sicanus uates siluis, Ascreus in aruis,
Maeonius bellis ipse poeta fui.
Mantua se uita praeclari iactat alumni,
Parthenope famam morte Maronis habet.

35

EVSTHENII

Quisquis es, extremi titulum lege carminis, hospes.
Hac ego Vergilius sum tumulatus humo,
Qui pecudum pastus, qui cultum fertilis agri,
Mox Anchisiadae bella ducis cecini.

40

POMPILIANI

Vergilii mihi nomen erat, quem Mantua felix
Edidit. hic cineres uatis et ossa iacent.
Cuius in aeternum pastoria fistula uiuet,
Rustica mox, eadem Martia Calliope.

MAXIMINI

Carmine bucolico nitui, cultoribus agri
Iura dedi, cecini bella Latina simul.
Iamque ad lustra decem Titan accesserat alter,
Cum tibi me rapuit, Mantua, Parthenope.

45

32 Vatis *ex -tas corr.* B | reliq. BY (*sic*): reliq. TV | haec *etiam* T hic Y *solus* || 33 silius (uis *supraser.*) B | ascreus (arcr. V) *codd.* || 37 ospes Y || 38 Hac *ex* Haec *corr.* B || 39 pecodum T *m. 1* | partus V | cultum *codd.* (*etiam* Y): cultus *uulgo* || 40 caecini V cecini B || 41 Virgilii ξ : Vergilio V ξ Virgilius (-lis Y) *ceteri* || 42 hinc T || 43 uiuit *in* uiuet *m. 1 corr.* V manet Y || 44 marcia Y || 45 Carmina TVY | bucolica T bucolica Y || 47 decim Y

VII Tetrasticha de quattuor temporibus

138

<Thema> Ouidius:

Verque nouum stabat cinctum florente corona,
Stabat nuda Aestas et spicea sarta gerebat,
Stabat et Autumnus, calcatis sordidus unis,
Et glacialis Hiems, canos hirsuta capillos.

BASILII

Vere sinum tellus aperit floresque ministrat.
Tempore solis ager messis fert pinguis opimas.
Fecundis, autumnne, lacus de uitibus implet.
Vis hiemis glacie currentes alligat undas.

ASMENII

5 Frigoribus pulsus nitidum uer aethera mulcet.
Scindit agros aestas Phoebis ignibus ardens.
Autumno dat hiems mixtum uicina teporem.
Labentes haec durat aquas et flumina nectit.

VOMANII

Ver pingit uario gemmantia prata colore.
10 Ignea uestit agros culmis Cerealibus aestas.

138 (B. V 52 *sqq.*, M. 493 *sqq.*) Tetrasticha (*om.* V) d. q. t. (*anni add.* V) YV, *om.* BT | Thema *addidi* | Ouidii (*ex* Ouidii *corr.*) V, *et Palat.* 487: Eüs* T Bäs. Y (*deinde* 1—4 *Asmenio et sic porro*, 45—48 *iterum Basilio tribuens*), *om.* B | *in Ouidii (met. II 27 sqq.) uersibus*: 1 circum Y cinctum florentē coponā (*or supra op m. 2*) V || 2 aestas *om.* T || 3 autumnum Y (*ut et postea*) autumnum T (*ferē semper*) | calcatis (= -tus) V | sordibus TY || 4 glaciē. B | hiemps B V Y (*ferē semper*) | hirs. B | capillis V 2 messes B V || 3 Fecundis *Palatinus* 487: Fecundus *codd. mei* (-dos B, V *m. 2 corr.*) | uitibus V | implet B: implet *ceteri* || 4 Vis gemis glacies V | algidat *Palat.* 487 || 5 nitidus Y || 6 aestas es phoebos (*u supra o*) V || 7 mixtus Y (*ut ceteri* V) | tepore T || 9 pingit *ex -get corr.* Y | calore V

Vitibus autumnus turgentes detrahit uuas.
Frigidus hiberno est graubus niue nubibus aether.

EVPHORBII

Vere Venus gaudet florentibus aurea sertis.
Flaua Ceres aestatis habet sua tempore regna.
Vuifero autumnus summa est tibi, Bacche, potestas; 15
Imperium saeuus hiberno frigore uentis.

IULIANI

Vere grauis fundit tellus cum floribus herbas.
Frugiferas aruis fert aestas torrida messes.
Pomifer autumnus tenero dat palmite fructum.
Mox humus hibernis albescit operta pruinis. 20

HILASII

Vere nouis laeto decorantur floribus arua,
Et riget aestiuus hirsutus campus aristis.
Labra per autumnum musto spumantia feruent,
Et ponunt frondes hiemali frigore siluae.

PALLADII

Ver placidum uario nectit de flore coronas. 25
Spicea sarta ligat calidissima solibus aestas,
Temporaque autumnus cingis tua, Bacche, racemis.
Tristis hiems montis niueo uelamine uestit.

11 turgentis T || 12 Frigib; † | hiberno (= hieme) *codd.*,
nisi quod hib non Y: hiberna *uulgo* | grauidus (*et* nubilus)
uulgo grauidis *Heinsius* | niue *ex igneue corr.* B || 13 sertis
terris V || 14 Flaba cerer V | bacee Y bache V || 16 hibero Y ||
19 Pomiferas Y | frutū V fructus Y *solus* || 21 nobis V nouus
Y | laeto s: loeto B lecto Y laeta T laeto iacto V || 22 friget
B | hyrs. BV | campis V cāpus *ex captis corr.* B || 23 spumantis
V -cia Y || 25 placidus Y | comas V || 27 Temporeq; Y | autumnus
codd.: autumnus *Lindenbrogius* | cingis *scripsi*: cingit *codd.*
(cingit V) | bacee Y bache V || 28 montes B | moueo V *m. 1* |
uertit Y

ASCLEPIADII

Ver agros nitidum gemmis stellantibus ornat
30 Et feruens aestas pinguis frugibus arua.
Mox autumnali redolet uindemia fetu.
Fronde nemus male nudat hiems amnesque rigescunt.

EVSTHENII

Purpureos flores humus effert uere comanti,
Et Cereris donis horrescunt arua per aestum.
35 Bacche, tuo tempus fuit autumnale liquore.
Obtegitur tellus per frigora ueste niuali.

POMPILIANI

Vere tepet picto Zephyris spirantibus aer.
Decrescunt celeres aestiuus ignibus amnes.
Temperies, autumnus, fuit tua nectare dulci,
40 Perque hiemem lentus caelo niuis aduolat imber.

MAXIMINI

Veris honos tepidi flores, uere omnia rident.
Arua sub aestiuus undant horrentia flabris.
Vite coronatas autumnus degrauat ulmos
Decutit ipse rigor siluis hiemalis honorem.

VITALIS

45 Flore solum uario depingit odoriferum uer,
Falciferamque deam messes remorantur in aestu.

29 geminis BY | stellantibus *uulgo*: stillantibus *codd.* || 30
frigib; V || 35 uindemia T *m. 1* | foetu Y, *et ita ex foeta corr.*
T || 32 hieps V || *ante* 33 Euf T || 33 Purpureos V Purpureas
Y | effert *uulgo*: adfert (*aff.*) *codd.* | comante B || 34 cereris
B s: ceteris TVY (*sic*) || 35 Bache Y | autumnali V autumnusq;
Y || 37 zephyris BVY zephyrus T || 38 cereres Y | aestiuus
V || 40 aduolat B | ymber Y || 41 honus V | tepidi BV s | flores
Tollius: florent *codd.* floret *Scaliger* || 42 flabris V flagris T ||
43 Vitae et ulm' os (= ulmus et ulmos) V || 44 honores Y ||
ante 45 nomen *om.* V || 45 solus et odoriferus Y

Dat musto grauidas autumnus pomifer uuas.
Sithonia glacialis hiems niue cana senescit.

139 VIII <Tetrasticha> de aurora et sole

ASMENII

Aurora Oceanum croceo uelamine fulgens
Liquerat et biugis uecta rubebat equis.
Luce polum nitida perfudit candidus orbis
Et clarum emicuit sole oriente iubar.

VOMANII

Roscida puniceo Pallantias exit amictu,
Astrigerum inficiens luce rubente polum.
Sol insigne caput radiorum ardente corona
Promit, ab aequoreis Tethyos ortus aquis.

EVPHORBII

Extulit Oceano caput aureus igniferum sol:
Fugerunt toto protinus astra polo.
Concessere deo tenebrae, rebusque colores
Lux iterum cunctis reddidit alma suos.

IVLIANI

Tithoni coniunx roseo sublime rubore
Infecit caelum lutea sidereum,
Cum sol igniferos currus e gurgite magno
Sustulit et claris astra fugauit equis.

47 auct. p. ūbras V || 48 Sithonias et caua Y | senescat V m. 1
139 (B. V 2 sqq., M. 467 sqq.) De aurora et sole Y De ortu
solis IIII heroicis uersibus V, om BT || ante 1 nomen om. V || 1 ocea-
nus Y | crocea (o supra a) T || 2 rubebat V || 3 polum et perfudit
Y || 4 clarus et sol V || 5 Pallantias uulgo: pallantius codd. || 6
Astrigerus Y || 8 thitios B thetyos artus T thetio fortis Y ||
ante 9 Eūs BT V || 9 capud aureos (o in u corr. m. 2) V || 10
protenus B || 11 deo om. V in ras. 1 litt. || 12 Luā (= Luxit),
sic V || 13 coniunx BV, T m. 1 | iubare BY rubare (o supra a)
T || 15 Quum B; Tum coni. Riesius || 16 aequis TY

HILASII

Nox abit astrigero uelamine cincta micanti
Et redigit stellas, exoriturque dies.
Emicat Oceano Phoebi rota clara relicto
20 Inlustratque nitens lumine cuncta suo.

PALLADII

Lutea fulgebat roseis Aurora capillis
Et matutino rore madebat humus.
Tethyos undiuago tum prosilit aequore Titan,
Flammiferos uultus ore micante gerens.

ASCLEPIADII

25 Exoritur Phoebus perfundens luce nitente
Et maria et terras stelliferumque polum;
Astraque cesserunt fulgentia crinibus aureis
Et nox sidereas occulit atra faces.

EVSTHENII

Sol oriens currusque suos e gurgite tollens
30 Oceani claro reddidit orbe diem.
Flammiferumque iubar terraeque poloque reduxit
Et pepulit radiis astra repente suis.

POMPILIANI

Memnonis ut genetrix infecerat umida caelum
Et roseis manibus sidera dispulerat,

17 Mox T | abit ex hab& corr. B: habet codd. | astrigero
Wakefieldus: astrifero codd. (hastr. V) | cuncta Y | micanti V quo-
que (nt ligatae); micantis Heinsius || 18 reddidit T || 19 phoe-
bus V | claro T || 20 Ill. Y | nitentis V; Illustrata nitent Sea-
liger || 21 roseis V || 22 hiemps Y || 23 Thytios B Thethyos T
Tethios Y | undiuago scripsi: undiuaga BT undifuga V undi-
uagos Y undiuagae uulgo | cum uulgo || 24 gerens V (sic): ferens
ceteri || 25 phebus Y foebus ceteri (ut saepe) || 28 syd. BT side-
rias V || ante 29 Eūf T || 30 Oceano codd., corr. Tollius | clarum
Burmannus || 33 genetrix Y | umida B: humida ceteri

Phoebus Atlanteis ec fluctibus aureus orbem
Sustulit igniferum luxque diesque redit.

35

MAXIMINI

Praeuia flammiferi currus Aurora rubebat
Extuleratque alto gurgite Phoebus equos
Noctiuagosque simul radiis flagrantibus ignes
Depulerat caelo reddideratque diem.

40

VITALIS

Vix Aurora suo rubefecerat aethera curru
Summaque canebat roribus herba nouis:
Prosilit e mediis candens rota Tethyos undis
Et uaga cesserunt sidera solis equis.

BASILII

Surgit ab Oceano Tithoni fulgida coniunx
Et neste ab rosea subrubet ipse polus,
Cum Phoebus radiis rutilum cingentibus orbem
Depellit tenebras noxque peracta fugit.

45

140 IX Pentasticha de duodecim libris Aeneidos

Lib. I

VOMANII

Aeolus inmittit uentum Iunone precante
Troianis Libycasque uagos expellit in oras.

35 ec *Riesius*: et *codd.* (et atlanteis Y) e *uulgo* || 37 Praemia Y | rudebat V || 38 Extoleratq; V m. 1 || 39 Noctiuagoxque B || 41 Aurora uix Y | suo BV (*sic*): sub TY | athera V || 42 canebant Y || 43 rotha V | tythius B thethyos T thor V thetio fundis Y || 44 aequis V || 45 tithonis V § titonis Y thitonis T tythonis B | coniunx V, T m. 1 || 46 subrubet *Palat.* 487, *Scaliger*: subruit *codd.* || 48 om. T *hic desinens* | fugit Y: fuit BV (*unde ruit Heinsius*)

140 (B. II 195, M. 409 sqq.) Pentasticha de XII libris aeneid Y De XII lib uergilii V, om. B || 1 imm. B | uentos V || 2 Troianos BY -ni V, *corr.* *Buechelerus* (Troianosque uagos Lib. *uulgo*) | libicasque *codd.*

Solatur Venerem dictis pater ipse dolentem.
Aenean recipit pulcra Carthagine Dido,
5 Cui Venus Ascanii sub imagine mittit Amorem.

EVPHORBII

Lib. II

Cogitur Aeneas bellorum exponere casus
Graiorumque dolos et equum fraudemque Sinonis
Excisamque urbem Priamique miserrima fata,
Utque patrem impositum forti ceruice per ignes
10 Extulerit caramque amiserit ipse Creusam.

IVLIANI

Lib. III

Post casum Troiae fabricata classe superstes
Vela dat Aeneas urbemque in litore Thraces,
Mox aliam pulsus Cretaeis condidit oris.
Cedit et hinc Helenumque uidet praeceptaque sumit
15 Et caecum Cyclopa fugit sepeliturque parentem.

HILASII

Lib. IV

Ardet amore graui Dido. soror Anna suadet
Nubere. iunguntur nimbo cogente sub antro.
Incusat precibus patrem contemptus Iarbas.
Nauigat Aeneas iussu Iouis; illa dolore
20 Inpatiens et amore necem sibi protinus infert.

PALLADII

Lib. V

In Siculas iterum terras fortuna reducit
Aenean tumuloque patris persoluit honorem.

3 nentrem Y || 4 Aeneam Y | pulchra BV | cartag. Y charthag. V || 5 immagine B || ante 6 Eüs V || 6 aneas V | causas Y || 7 synonis B sinonis in iunonis *corr.* V || 8 facta B || 10 claramque B clarūq; V || 11 troie ex troiang B *corr.* | fabrica V m. 1 || 12 tracis Y || 13 cretis V || 14 Cedit et hinc (n *supra lin.*) V | elenumq; Y, V m. 1 | discit *uulgo* || 15 Et caecum V (Aetnaeum *uulgo*) | cicl. V | fuit et potentem Y || 16 Annaque *uulgo* || 17 sub atro V sub astra Y || 18 contemptus B: contentus VY, qui et hiarbas || 20 amorē V || protenus B || 22 Aeneam Y

Tum cogit naues incendere Troadas Iris.
Troes ibi linquunt socios. Venus anxia placat
Neptunum. somnus Palinurum mergit in undas. 25

Lib. VI

ASCLEPIADII

Sacratam Phoebō Cumarum fertur in urbem
Rex Phrygius uatisque petit responsa Sibyllae.
Misenum sepelit. post haec adit infera regna,
Congressuque patris discit genus omne suorum
Quoque modo casus ualeat superare futuros. 30

Lib. VII

EVSTHENII

Tandem deueniunt Laurentia Troes in arua
Et pace accepta laeti noua moenia condunt.
Nocte satam Iuno Furiam euocat: illa Latinos
Inter et Aeneadas bellum serit et ciet arma.
Protinus auxiliis terra instruit Itala Turnum. 35

Lib. VIII

POMPILIANI

Vidit ut Aeneas summa ui bella parari,
Arcadas Euandrumque senem sibi foedere iungit
Dardanioque duci sociatur Etruria tota.
Arma petit genetrix, dat Mulciber, in clipeoque
Res fingit Latias et fortia facta nepotum. 40

Lib. IX

MAXIMINI

Ad Turnum propere Iunoni mittitur Iris
Instigatque animos. aciem mouet ille Phrygasque

23 Tunc Y || 24 sibi linquunt (sic) sotios Y, qui et anxia ||
25 sumtus B | undis cod. Menagii || 27 phrig. Y frig. BV | uatis
quae V uatesque B | sybille Y sibille V || 28 Mys. B || 29 Con-
gressusque codd., correxi | patri uulgo || 30 Quoque uulgo:
Quoue codd. | caseus Y || 31 laencia Y | arma V, et u supra
m posita B || 32 menia Y || 33 satum V || 34 serit ex serat corr.
B || 35 protenus B || ante 36 nomen om. Y Pom V || 37 Archades
(sic) Y | que om. B || 39 mulcifer BVY | clipeoq; V | 40 pingit
codd., corr. Heinsius | lacias et forcias Y || 41 iunoni in -nis m.
rec. corr. B; Iunonia uulgo || 42 Instatque Y | acies uulgo |
phrig. Y frig. BV ||

Obsidet. in nymphas uersa est Aeneia classis.
Euryalus Nisusque luunt nece proelia noctis.
45 Vi Turnus potitur castris, ui pellitur inde.

VITALIS

Lib. X

Placat et uxoris dictis et iurgia natae
Iuppiter. auxiliis instructus Troius heros
Aduenit. occurrunt Rutuli atque in litore pugnant.
Occidit a Turno Pallas uictorque superbus
50 Aeneae eripitur. Mezentius interit acer.

BASILII

Lib. XI

Occisis proprium pars utraque reddit honorem.
Supplicibus Calydone satus negat arma Latinis.
Cum Drance alterno iurgat certamine Turnus.
Aeneas equitem praemittit, et obuia uirgo
55 Excipit. extincta Rutuli dant terga Camilla.

ASMENII

Lib. XII

Troianis Rutulisque placet coniungere foedus.
Id Rutuli rumpunt. nato Venus alma medetur
Dictamno Rutulique luunt periuria uicti.
Cogitur Aeneae Dauni concurrere proles.
60 Pallantea necem misero dant cingula Turno.

X <Hexasticha> de titulo Ciceronis

141

EVPHORBII

Hic iacet Arpinas manibus tumulatus amicis,

43 nymphas Y nimfas V | aeneia Y aenea V | classis B ||
44 Euryalus codd. (i ex e corr. B) | praelia B || 45 ui pell.] im-
pell. Y || 46 uxorem Francius | et iurgia] saturnia Y || 49 super-
bos V || 50 mezentis Y || ante 51 nomen om. Y || 52 calidone
codd. || 55 Excipit V | extinctam — camillam codd. || ante 56
Alm V || 58 Dictamni B || 59 aenea Y | proles V || 60 cingulo V
141 (B. II 158 sqq., M. 397 sqq.) De cicero post mortem
millius Y De titulo Ciceronis senis uersib; V, om. B (thema
fortasse uerba Vellei II 66: nihil tamen egisti, M. Antoni eqs)
|| 1 amici BY

Qui fuit orator summus et eximius,
 Quem nece crudeli mactauit ciuis et hostis.
 Nil agis, Antoni: scripta diserta manent.
 Vulnere nempe uno Ciceronem conficis, at te 5
 Tullius aeternis uulneribus lacerat.

IVLIANI

Corpus in hoc tumulo magni Ciceronis humatum
 Contegitur, claro qui fuit ingenio,
 Quique malis grauis hostis erat tutorque bonorum,
 Quo paene indigne consule Roma perit. 10
 Sed uigili cura deiectis hostibus urbem
 Supplicioque datis praestitit incolumem.

HILASII

Vnicus orator, lumenque decusque senatus,
 Seruator patriae, conditor eloquii,
 Cuius ab ingenio laude illustrata perenni 15
 Culmine praeclaro lingua latina uiget,
 Occidit indigne manibus laceratus iniquis
 Tullius ac tumulo subditus exiguo est.

PALLADII

Quicumque in libris nomen Ciceronis adoras,
 Aspice, quo iaceat conditus ille loco. 20
 Ille uel orator uel ciuis maximus; idem
 Clarus erat factis, clarior eloquio;

2 et om. B | eximis Y || 3 ciues V, B m. 1 | hortis V, corr. m. 2 || 4 antonis ripta Y | deserta V, et (e pr. in i corr.) B || 5 cicenorem B | confocis (cumfocis m. 2 corr.) V | a te Y || 6 Tullis Y | aeternis ex -nus corr. B || 8 clarus Klotzius || 11 deiectis Y: detectis BV deuictis s | urbem V: urbe BY || 12 incolumem BV || ante 13 Hyl Y || 14 aeloquii Y || 15 ingenio] o ea corr. B | laude Iacobsius: tandem codd. (tamdem B) | perhenni B; perenne Buechelerus || 16 Culmine scripsi: Lumine codd. | uiget] uocetur V nitet Iacobsius || 17 inique Y || 18 ac] hoc Chr. D. Beckius || 20 quod V || 21 ciues BV || 22 eloquius Y

Ac, ne quid Fortuna uiro nocuisse putetur,
 Viuus in aeternum docta per ora uolat.

ASCLEPIADII

25 Marcus eram Cicero toto notissimus orbe,
 Cuius reliquias occulit urna breuis.
 Dexteram me patriae nuper ciuilibus ademit,
 Eripui patriam qui prius exitio.
 Si quis in hoc saxo Tulli legis, aduena, nomen,
 30 Non dedigneris dicere: Marce, uale!

EVSTHENII

Tullius Arpinas ex ordine natus equestri,
 Sed uirtute sua consul in urbe fuit.
 Quem Catilina malus coniuratique nocentes
 Senserunt uigilem ciuibus esse suis.
 35 Hunc tamen (o pietas!) tres occidere tyranni;
 At Lamia ille pio subposuit tumulo.

POMPILIANI

Qui tenet eloquii fastigia summa Latini,
 Qui consul patriam caedibus eripuit,
 Quique trium saeuo uitam dedit ense uirorum,
 40 Tullius en hac est ipse sepultus humo.
 Sed uitae breuitas pensatur laude perenni:
 Quod mors eripuit, gloria restituit.

MAXIMINI

Tullius hic situs est, uenerabile nomen in aeuum,
 Clarus honore simul, clarus et ingenio,

24 num cuncta per ora? || ante 25 As Y || 25 erat codd., corr. Fabricius || 26 reliquias V || 27 ademitur V || 28 Eripuit B | exitio Y exitia (sic) V || 28 tullii B || 30 Ne Broukhusius || 31 natur V || 33 catillina V || 36 Ad V | supp. B || 39 seuum Y || 40 en hac est Y: in hac est B n hac em V | ille Heinsius | homo (u supra prior. o) V || 41 Si Beckius | psatur Y || 42 Quod B: Quo VY Quam Oudendorpius || 43 nū (u supra prior. n) aeuum V

Quem scelerata neci crudeliter arma dederunt, 45
 Quod patriae uindex ille fidelis erat.
 Sed nihil infandus profecit caede tyrannus:
 Ingenium uiuit, corpus inane perit.

VITALIS

Romani princeps populi, decus ordinis ampli,
 Maximus orator, ciuis et egregius, 50
 Coniuratorum uindex hostisque malorum
 Proscriptus perit a tribus ille uiris.
 Qui caesus grauiter, qui detruncatus acerbe
 Hoc Lamiae debet quod iacet in tumulo.

BASILII

Doctrinae antistes, rerum mirabilis auctor, 55
 Tullius existens nobilis ex humili,
 Cui dedit excellens ars oratoria nomen,
 Virtute ingenii uenit in astra sui.
 Sed fortuna nocens miserando funere raptum
 Carpsit et hoc uoluit membra iacere loco. 60

ASMENII

Eloquio princeps, magnis memorabilis actis,
 Tullius indigna caede peremptus obit.
 Sed terras omnes inpleuit nomine claro:
 Ingenium caeso corpore morte caret.
 Viuit et ingenti pollet cum laude per orbem, 65
 Cuius in hoc tumulo membra sepulta iacent.

45 dedertus V || 47 nil V | infandus B: infandos Y infanda
 V | profecit V | tyrannos Y || 49 princeps Y | | decus V || 50 ciues
 BV || 51 hostisque] hostipi V || 52 pscriptus V || 53 caesus V ||
 54 tumulo (i in u corr. m. 2) V || ante 55 Bū V || 55 antistes
 ex -is corr. V || 56 Tullius (u supra o) V || 58 ingenui V m. 1 ||
 59 funere V | raptus B || 60 oc V | membra i. solo B || ante 61
 Arm V || 61 Eloquii V | princeps Y || 62 indigne B | peremp-
 tus (p ex corr.) V | o-bis Y obid V || 63 Sed terrā om̄ipotens Y |
 impl. B: impl. VY || 64 mort- V || 65 et V: en BY | ingenti B:
 ingentio V ingenii Y

VOMANII

Inclitus hic Cicero est Lamiae pietate sepultus,
 Quem fortuna neci tradidit inmeritae.
 Maximus eloquio, ciuis bonus, urbis amator,
 Perniciesque malis perfugiumque bonis. 70
 Qui sexaginta completis ac tribus annis
 Seruitio pressam destituit patriam.

XI <Hexasticha> de duodecim signis 142

IVLIANI

Primus adest Aries Taurusque insignibus auro
 Cornibus et Fratres et Cancer, aquatile signum,
 Tum Leo terribilis Nemeaeus et innuba Virgo,
 Libra subit caudaque animal quod derigit ictum,
 Armatusque arcu Chiron et corniger Hircus, 5
 Fusor aquae simul et fulgenti lumine Pisces.

HILASII

Proditor est Helles et proditor Europaeus
 Et Gemini iuuenes et pressus ab Hercule Cancer,
 Horrendusque Leo sequitur cum Virgine sancta
 Libraque lancea pari et uiolentus acumine caudae, 10
 Inde sagittiferi facies senis et Capricornus
 Et qui portat aquam puer urniger et duo Pisces.

ante 67 V6l V || 68 imm. Y || 69 eloquio BV: ingenio Y
 (sic) | ciues BV cuius Y || 70 profugiumq; V || 71 compl. B || 72
 Seruicio Y | pressam B; oppressam Heinsius | distituit V

142 (B. V 29 sqq., M. 481 sqq.) De XII signis Y De XII
 signis caeli heroicis uersibus V, om. B || 1 que om. Y || 2 et
 alterum om. B || 3 nemeus et codd. (Nemeas atque Aldina) ||
 4 dirigit codd., correxi || 5 chyron et hircus VY (sic semper) ||
 6 Furor V || 7 elles Y thelles B et (h supra t) V || 9 sanctam
 V || 10 uiolento Y uiolentis V || 11 sagiferi (ti supra if) V | faties
 Y || 12 E Y | portat V

PALLADII

Signorum princeps Aries et Taurus et una
 Tyndaridae iuvenes et feruida brachia Cancri
 Herculeusque Leo, Nemeae paucor, almaque Virgo, 15
 Libra iugo aequali pendens et Scorpius acer
 Centaurusque senex Chiron et cornua Capri
 Et iuuenis gestator aquae Piscesque supremi.

ASCLEPIADII

Laniger astrorum ductor Taurusque secundus,
 Tum sidus geminum et Cancri fulgentis imago, 20
 Truxque Leo et Virgo, quae spicea munera gestat,
 Et Libram qui Caesar habet, Chelaeque minaces
 Atque arcu pollens et salsi gurgitis Hircus
 Vrnaque nimbiferi Piscesque, nouissima forma.

EVSTHENII

Dux Aries et frons Tauri metuenda minacis 25
 Et Ladae soboles et Cancri torridus ignis
 Terribilisque Leo, species quoque Virginis almae,
 Momentumque sequens, caudaque timendus obunca,
 Hinc tendens arcum, liquidi Caper aequoris inde,
 Troiadesque puer geminique sub aethere Pisces. 30

<POMPILIANI>

* * *

13 princeps Y || 14 Tind. Y || 15 om. B || 16 Libraque Y |
 scorpius Y scorpius V || 19 Corniger uulgo || 20 imago Y || 21
 spiceam munere V | gestant Y || 22 qui codd.: quam uulgo
 Caesar] sacer B | chelaeque B || 23 falsi Y || 24 nimbiferi Y |
 ante 25 Eustō V Vit Y (sic hic iterum ante 37) || 25 ariens V |
 minacis (ci ex u m. 1) V || 26 laede B | soboles] o prior m. 1
 ex u corr. V || 27 deo V | sp&ies Y || 28 timend Y -dis ex -tus
 m. 1 corr. V | obunca Heinsius: abunca BY abrunca V adunca
 uulgo || 29 Hic VY | inde V || 30 Troiadasq; Y | geminisque B ||
 nulla lacuna in codd., nisi quod Y mgo rubris litteris ordineque
 inuerso: ersus pompeliani desunt

MAXIMINI

Nubigenae iuuenis uector Taurique trucidis frons
 Et proles duplex Iouis et Nepa torrida flammis,
 Aestifer inde Leo iusta cum Virgine fulgens,
 Quam sequitur Libra et uiolenta cuspidis saeuus,
 35 Semiuir Arcitenens subit et Capricornus aquosus
 Et cui nomen aquae faciunt, Piscesque gemelli.

VITALIS

Corniger in primis Aries et corniger alter
 Taurus, item Gemini, sequitur quos Cancer adustus,
 Terribilisque ferae species et iusta puella,
 40 Libra simul nigrumque gerens in acumine uirus,
 Centaurusque biformis adest pelagique Capella
 Atque amnem fundens et Pisces, sidus aquosum.

BASILII

Lanigeri ductor gregis, Europae quoque uector
 Et duo Tyndaridae, tum Cancer sole perustus
 45 Herculeaque manu pressus Leo et optima Virgo,
 Hinc Trutinae species uenit armatusque ueneno
 Scorpius atque Sagittifer aequoreique Capri frons,
 Quique urnam gerit et Pisces, duo signa sub uno.

ASMENII

Principium signis ouium pater, inde Iuuenus,
 50 Progenies duplex, et aquarum Cancer alumnus,

31 iuuenis V | crucis B | frons B corr. m. 1: fons codd. ||
 32 torridam Y thorida V || 34 uiolencia Y | cuspidis euis (com.
 m. 1) V || 35 Semifer codd., corr. Burmannus | arcitenens Y |
 aquosus V || 37 ari es (ri ex corr. m. 2) V || 39 speties Y || 40 Libra
 ex Rubra corr. B | nigrumque simul B | gerens BV (sic): ferens
 Y | in BV: om. Y | uirus V || 41 capella] puella Y || 42 amnem
 frundens B | sidus] id Y || 43 Cornigeri uulgo | europae (u supra
 o) B | queq; Y || 44 cum B perustus Y perustas B || 45 Her-
 culaeaq; V | optima Y || 46 trutinae B | sp&ies Y || 47 Scorpius
 Y Scorpius V | frons ex fons corr. Y fros (n m. 1 suprascr.) V ||
 49 sator uulgo || 50 et om. V

Pressa sub Herculeis manibus fera, iustaque Virgo.
 Libra subest, caudaque gerens letale uenenum.
 Tum geminus Chiron et Corniger aequoris alti
 Dilectusque Ioui puer et, duo sidera, Pisces.

VOMANII

Dux gregis et placidum pandens subit aethera Taurus 56
 Germanique pares et Cancro iam comes aestas
 Atque Leo, primus labor Herculis, et pia uirgo.
 Libra comes sequitur minitans et Scorpius ictu
 Et qui tela gerit Centaurus et aequoris Hircus,
 Deucalionis aquae et Pisces, postrema figura. 60

EVPHORBII

Velleris aurati fulget pecus aureaque Io,
 Zethus et Amphion Cancricae figura calentis.
 Insequitur Leo saeuus et almae Virginis astra,
 Hinc aequale iugum caudaque uenenifer unca,
 Centaurusque minax areu et Neptunia Capra 65
 Quique refundit aquas, et Pisces, ultimus ordo.

XII <Polysticha>

143 HILASII dodecasticha de Hercule

Oppressit Nemeae primum uirtute leonem.
 Extincta est, anguis quae pullulat, Hydra secundo.

51 fero V m. 1 || 52 laetale BY || 55 greġ Y | subit athera
 thaurus V sub aethera taurus Y subiacet heraturus B || 56 canero
 in corona m. 2 corr. V | aestus uulgo || 58 herculi V | scorpius Y
 scorpiyictus V || 60 priscis BY || 61 Valleris V m. 1 | io ≡ (erasa
 n) V || 62 Zetus BY (sic) | anfion B amphion Y arion (orion
 m. 2) V || 63 saeuus | seutis Y | alma V | astrum uulgo || 65 Nept.
 proles uulgo || 66 refudit codd. | pisces in -cis m. 2 corr. V

XII. Polysticha om. codd., add. Riesius || 143 (B. I 42, M. 598)
 Duodecasticha de hercule Hyl Y de XII labor (laboribus 5) her-
 culis Hyl V Hilasii titulo omisso B De hercule Fuerstenfeldensis
 De XII uirtutibus herculis magni Vossianus l. q. 33 fol. 133* ||
 1 Compressit uulgo | nimiae B | primum nemeę Y || 2 qu (u ec
 corr., ę suprascr.) V | populat ydra Y

Tertius enectus sus est Erymanthius ingens.
 Cornibus auratis ceruum necat ordine quarto.
 5 Deicit horrisono quinto Stymphalidas arcu.
 Abstulit Hippolytae sexto sua cingula uictae.
 Septimus Augei stabulum labor egerit undis.
 Octauo domuit magno luctamine taurum.
 Tum Diomedis equos nono cum rege peremit.
 10 Geryonem decimo triplici cum corpore uicit.
 Vndecimo extractus uidit noua Cerberus astra.
 Postremo Hesperidum uictor tulit aurea mala.

PALLADII de Orphee

144

Threicius quondam uates fide creditur canora
 Mouisse sensus tristium ferarum
 Atque amnes tenuisse uagos, sed et alites uolantis,
 Et surda cantu concitasse saxa,
 5 Suauisonaeque modos testudinis arbores secutae
 Umbram feruntur praebuisse uati.
 Scilicet haud potuit, quae sunt sine, permouere, sensu
 (Finxere docti fabulam poetae),
 Sed placidis hominum dictis fera corda mitigauit
 10 Doctaque uitam uoce temperauit;

3 Teratius V | enectus B, qui om. sus est in lacuna |
 herimantius B herymant' V erimantis Y || 4 negat Y | hordine
 B || 5 Deicit B | aerisonas Heinsius | stimfal. V stimfall. V || 6
 (h)ypopolite VY ippolitae B | cingula Heinsius: uincula codd. ||
 7 Augei stab. Y Voss.: aegaei stab. Fuerstenf. Augeis tab. B
 anguis tabulum V | undis ex -das Y || 9 domidis V | nono ex
 nonu V | perempto Y || 10 Gereonem Y Gerionē B Geriorem V |
 decimum V || 11 abstractus uulgo || 12 Post tremo Y

144 (B. I 136, M. 263). De orphee Päl Y Palladii titulo
 om. B De Orphee F (uerstenfeldensis); non habet carmen V || 1 Tre-
 tius (i supra et) B Treicius F | canora BY: an ≡ cię F || 2 trist-
 ium scripsi: trium codd. mei (atrium ex Petauiano Y simillimo
 affertur, acrium uulgo) || 3 uago BY | alite BF | uolantes Y ||
 5 Suaue sonaeq; modos (o alt. ex u) B || 6 Umbrā B: Umbra
 Y Umbras F || 7 aud B || 8 Finxere Y Einaere F | docti BF:
 doctam Y || 9 mitigant Y

Iustitiam docuit, coetu quoque congregavit uno
Moresque agrestes expoliuit Orpheus.

145

ASCLEPIADII de Fortuna

O Fortuna potens, at nimium leuis,
Tantum iuris atrox quae tibi uindicias,
Euertisque bonos, erigis improbos,
Nec seruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus,
Fortuna innocuos cladibus adfcit.
Iustos illa uiros pauperie grauat,
Indignos eadem diuitiis beat.
Haec aufert iuuenes ac retinet senes,
Iniusto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignis adimit, transit ad inpios.
Nec discrimen habet rectae iudicat:
Inconstans fragilis perfida lubrica
Nec quos clarificat, perpetuo fouet,
Nec quos deseruit, perpetuo premit.

146

EVSTHENII de Achille

Pelides ego sum, Thetidis notissima proles,
Cui uirtus clarum nomen habere dedit,

11 Iustitiam Y | quos *Duebnerus* || 12 Moresque a m. rec.
in B | egrestes B | expoliuit *uulgo*: expoliauit *codd.*

145 (B. III 104, M. 540) om. V De fortuna. Asci Y Descriptio
fortune B (om. nomine), sine inscriptione F (*Aecursius in co-*
dice Vaticano, si dis placet, Caelio Firmiano Simphosio adscrip-
tum inuenit: cf. praef. p. 50) || 1 at *Francius*: ac F et BY | ni-
miūq; F | leuis BF: l&us Y laetus s || 2 uiris F | tibi *add.*
uulgo: om. *codd.* || 3 eligis *codd.*, *corr. Pithoeus* || 6 cladibus
ex gladiis corr. F | aff. FY || 7 illos Y | pauperiae B || 8 diui-
ciūq; F || 10 In multo F || 11 *delet Buechelerus binorum uersuum*
strophas restituens | dignos F | transdit *Cannegieterus* | imp. FY ||
12 rectae *uulgo*: rectaq; BF recteq; Y rectane iudicet *Heinsius*

146 (B. I 98 M. 1614). Eūs epitaphiom (v *supra* o)
achillis B Epitaphiū achillis (om. nomine) V Eūs Y, qui *titulum*
hic omissum adponit ad 148, 10 (De achyl); Super achillem F
(cuius lectiones non adfero) || 1 thetydis B tethidis Y | noctiss.
B nouiss. Y

Qui strauit totiens armis uictricibus hostes,
Inque fugam solus milia multa dedi.
5 Hectore sed magno summa est mihi gloria caeso,
Qui saepe Argolicas debilitauit opes.
Ille Menoetiadae soluit me uindice poenas;
Pergama tunc ferro procubuere meo.
Laudibus immensis uictor super astra ferebar,
10 Cum pressi hostilem fraude peremptus humum.

POMPILIANI de Hectore

147

Defensor patriae, iuuenum fortissimus, Hector,
Qui murus miseris ciuibus alter erat,
Occubuit telo uiolenti uictus Achillis:
Occubuere simul spesque salusque Phrygum.
5 Hunc ferus Aeacides circum sua moenia traxit,
Quae iuuenis manibus texerat ante suis.
O quantos Priamo lux attulit illa dolores!
Quos fletus Hecubae, quos dedit Andromachae!
Sed raptum pater infelix auroque repensum
10 Condidit et maerens hac tumulauit humo.

MAXIMINI de Y littera

148

Littera Pythagorae, discrimine secta bicorni,

3 statui Y | uictricibus *uulgo*: uictoribus *codd.* | hostes] h
supra lin., s *ex corr. m. 2* V || 5 Haectore V || 6 Quis B | debil.
ex deuil. V || 7 Illae V | menoetaade (a *prior in i corr.*, *alt. a*
ex corr.) V manu eacide Y || 10 Compressi Y

147 (B. I 102, M. 241) De nectore Poñ Y Māx Epitaphiom
(v *supra* o) haectoris B Epitaphiū hectoris V (om. nomine) Su-
per hectorem F || 1 haector B || 2 ater Y || 3 uiolenti uictus
uulgo: uiolentis ictus *codd.* (uiolent̄ [= -ter] hictus V); an
uiolenti fietus (= fixus)? || 4 frygū V frugū F frigum *ex figrum*
B || 5 caeides Y eacides (e *prior ex i*) V || 6 traxerat BF || 7 illa
BFV: ista Y || 8 hecubę Y haecube V hecubę F, om. B *in ras.* |
andromache *codd.*, *corr. Francius* || 10 Condi=dit (i *pr. ex*
corr.) V | hac tum. (c *ex corr.*) V ac tum. F acum. B

148 (B. V 140, M. 1086) Māx Y *titulo omissio*; in B *nomen fuit*,
sed dispici nequit (tit. om.) De y y littera (*prior y attrita*) F;
carmen non extat in V, liberrime est mutatum in Parisino 2773 saec.
XI *adiectis alienis (cf. mus. Rhen. XXXI p. 468)* || 1 pitag. Y pit-
tag. F | discrimina F

Humanae uitae speciem praeferre uidetur.
 Nam uia uirtutis dextrum petit ardua callem
 Difficilemque aditam primo spectantibus offert,
 Sed requiem praebet fessis in uertice summo. 5
 Molle ostentat iter uia lata, sed ultima meta
 Praecipitat captos uoluitque per aspera saxa.
 Quisquis enim duros casus uirtutis amore
 Vicerit, ille sibi laudemque decusque parabit.
 At qui desidiam luxumque sequetur inertem, 10
 Dum fugit oppositos incauta mente labores,
 Turpis inopsque simul miserabile transiget aeuum.

149 VITALIS de libidine et uino

Nec Veneris nec tu Bacchi tenearis amore;
 Vno namque modo uina Venusque nocent.
 Vt Venus eneruat uires, sic copia Bacchi
 Attemptat gressus debilitatque pedes.
 Multos caecus amor cogit secreta fateri: 5
 Arcanum demens detegit ebrietas.
 Bellum saepe ciet ferus exitiale Cupido:
 Saepe manus itidem Bacchus ad arma uocat.
 Perdidit horrendo Troiam Venus inproba bello:
 At Lapithas bello perdis, Iacche, graui. 10

2 proferre F || 3 uia BF: una Y || 6 uialata B: uiolata FY
 uia laeua *Riesius* | sed *om.* Y || 7 puto raptos || 8 duro F || 11 figit
 et laborem Y || 12 transiet F (transfugit *cod. Huydecooperi, qui
 et u. 9 pararit*) | aeuum *om.* Y

149 (B. III 85, M. 535) Vj (Bās. B) de libidine (libri dine
 Y) et uino BY De aebrietate (e *alt. supra lin.*) et libidin V De
 uenere et uino F Versus de cauenda uenere et uino *Modenensis*
 (*bibl. capit. o. I 17*) saec. IX *mihī a Goetzio et Loewio con-*
latus, qui 9-14, 1-4 (5-6 om.), 7-8 ponit (om. 15 sq.) || 1
 bachi FV (*ut semper*) uini Y *Moden., Erlangensis* || 2 namque
 eodemque *Moden.* || 4 Attemptat scripsi: Et temptat *codd.* ||
 6 Archanum *codd.* | hābr. B || 7 Sepe ciet bellum *Moden.*
 ciet] oet B (i *m. rec. suprascr.*) petit *codd. recentes* || 8 tadem
 Y | uocat] mouet (o *ex corr.*) *Moden.* || 9-10 *om.* V || 9 impr.
codd. praeter B || 10 At] *ita codd. mei* | laphitas *Moden.* laphy-
 tas F laphidas Y laphydas B | iache Y bāche F

Denique cum mentes hominum furiauit uterque,
 Et pudor et probitas et metus omnis abest.
 Conpedibus Venerem, uinclis constringe Lyaeum,
 Ne te muneribus laedat uterque suis.
 15 Vina sitim sedent, natis Venus alma creandis
 Seruiat: hos fines transiluisse nocet.

BASILII de XII libris Aeneidos

150

Primus habet, Libycam ueniant ut Troes in urbem.
 Edocet excidium Troiae clademque secundus.
 Tertius a Troia uectos canit aequore Teucros.
 Quartus item miserae duo uulnera narrat Elissae.
 5 Manibus Anchisae quinto celebrantur honores.
 Aenean memorat uisentem Tartara sextus.
 In Phrygas Italiam bello iam septimus armat.
 Dat simul Aeneae socios octauus et arma.
 Daunius expugnat nono noua moenia Troiae.
 10 Exponit decimus Tuscorum in litore pugnās.
 Vndecimo Rutuli superantur morte Camillae.
 Vltimus imponit bello Turni nece finem.

11 furauit VY furiauit *Moden.* || 12 habest V || 13 Conped.
 ex Conpid. B | linenū V || 14 a m. 2. scriptus in V | Nete *Mo-*
den., Erlang. N&e V: Nec te Y Ne&e B Ne (*om. te*) F | uul-
 neribus *Moserus* || 15 sq. *om.* V | sedant Y || 16 Seruiat Y | fides
 (*nes supra des*) B | transsil. Y

150 (B. II 190, M. 532) non habent BY (*in hoc tamen hic
 titulus Prim' habet De XII libris aeneid bās. libicam require
 in principio eneid, ut tamen ibi carmen non reperiatur*) De sin-
 gulis libris uergilii aeneidos (-dis m. 2) V Versus. XII. super
 eneiden F Asmenii super XII libros Aeneidorum incipiunt *in-*
scribit Parisinus 7927 saec. X (Asmenio tribuit etiam Petauia-
mus) Versus Ouidii Nasonis *Monacensis* 305 saec. XI fol. 65
 aliique recentiores || 1 troies F || 4 helise V clysse F || 5 anchise
 V anchyse F: ad tumulum *Monacensis aliique* | quinte V || 6
 Aeneam F || 7 frigas FV | italia bellum V || 8 heneae V || 9 op-
 pugnat V || 11 mortae V || 12 necae V, qui finem *om.*

151

ASMENII de laude horti

Adeste Musae, maximi proles Iouis,
 Laudem feracis praedicemus hortuli.
 Hortus salubres corpori praebet cibos
 Variosque fructus saepe cultori refert,
 Holus suaue, multiplex herbae genus, 5
 Vuas nitentes atque fetus arborum.
 Non deficit hortis et uoluptas maxima
 Multisque mixta commodis iocunditas.
 Aquae strepentis uitreus lambit liquor
 Sulcoque ductus inrigat riuus sata. 10
 Flores nitescunt discolore germine
 Pinguntque terram gemmeis honoribus.
 Apes susurro murmurant gratae leui,
 Cum summa florum uel nouos rores legunt.
 Fecunda uitis coniuges ulmos grauat 15
 Textasue inumbrat pampinis harundines.
 Opaca praebent arbores umbracula
 Prohibentque densis feruidum solem comis.
 Aues canorae garrulos fundunt sonos
 Et semper auras cantibus mulcent suis. 20
 Oblectat hortus, auocat pascit tenet
 Animoque maesto demit angores graues;

151 (B. III 51, M. 533) om. V. De laude horti Asm̄ Y Laus orti BF (om. nomine), Laus orti mei Monacensis 18895 saec. XV fol. 239 || 1 Adest emuse F || 2 Laudem BF: Laudes Y | ortuli F || 3 corpore B | praebet corpori Y || 4 Variusque (t o supra u) B | fructus Heinsius: cultus codd. (etiam Y) | speculatori F; saepe a saepes deriuat Buechelerus ille con. Klotzius caepe Wakefieldus || 5 Olus Y || 6 foetus Y || 7 desit Y || 8 cōmixta modis Y || 9 Atque C Atq; F | lambit Aldina: ambi (t supra i m. 2 BF) codd. || 10 ductis — riuus con. Buechelerus | irr. FY || 12 gemeis Y (habet terram) || 16 Texta sue F, Textasciae inumbra B | pampinis Monac.: pampinus BFY || 19 canore garrulo F canores garrulos Y sonorae garrulos B canoros garrulos Monac.; nonne canoros garrulae ? || 20 auras Y, Monac.: aures BF || 21 auotat (aduocat corr. m. rec.) B || 22 anguores BF (lang. corr. B m. rec.)

Membris uigorem reddit et uisus capit,
 Refert labori plenior gratiam,
 Tribuit colenti multiforme gaudium. 25

VOMANII de liuore

152

Liur tabificum malus uenenum
 Contactis uorat ossibus medullas
 Et totum bibit artubus cruorem.
 Quo quisquis furit inuidetque sorti,
 Vt debet, sibi poena semper ipse est. 5
 Testatur gemitu graues dolores,
 Suspirat fremit incutitque dentes;
 Sudat frigidus, intuens quod odit.
 Effundit mala lingua uirus atrum,
 Pallor terribilis genas colorat, 10
 Infelix macies renudat ossa.
 Non lux, non cibus est suauis illi;
 Non potus iuuat aut sapor Lyaei,
 Nec si pocula Iuppiter propinet
 Atque haec porrigat et ministret Hebe 15
 Aut tradat Catamitus ipse nectar;
 Non somnum capit aut quiescit umquam:
 Torquet uiscera carnifex cruentus.
 Vesanos tacite mouet furores

23 uisum uulgo | rapit Christianus || 24 gratiam Y

152 (B. III 92, M. 534) om. V De interno labore Vom̄ Y Descriptio inuidiae B (om. nomine) De liuore F Incipit de liuore Monac. 18895 || 1 malus Heinsius: malis codd. || 2 Contactis scripsi: Intactis codd. Infectis Oudendorpius || 3 bibit Monac.: bibet BFY || 4 Quo Barthius: Quod codd. | quisq; Monac. (non Y) | furit Monac.: fuerit BFY | forti codd., corr. Pithoeus (forte Buechelerus) || 5 ipsi Francius || 7 gemit Y || 9 aratrum Y || 11 maties B || 12 illi suauis B || 13 Non codd. (etiam Y): Nec uulgo | lygei F li(a)ei ceteri || 14 iuppiter propinet (-nat F) BF: porrigat iuppiter Y || 15 Atque] Aut uulgo | ministrat (e supra a) Y || 16 radat Y || 17 Nons Y Nec F || 19 futuros Y

Intentans animo faces Erinys; 20
 Est ales, Tityi ille uultur, intus,
 Qui semper lacerat comestque mentem.
 Viuit pectore sub dolente uulnus,
 Quod Chironia nec manus leuarit
 Nec Phoebus sobolesue clara Phoebi. 25

153

EVPHORBII de Sirenis

Sirenes uarios cantus, Acheloia proles,
 Et solitae miros ore ciere modos
 (Illarum uoces, illarum Musa mouebat
 Omnia quae thymele carmina dulcis habet:
 Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca queruntur, 5
 Quodque foraminibus tibia mille sonat,
 Quodque leues calami, quod suauis cantat aedon,
 Quod lyra, quod citharae, quod moribundus olor)
 Illectos nautas dulci modulamine uocum
 Mergebant audidae fluctibus Ioniis. 10
 Sanguine Sisyphio generatus uenit Vlixes
 Et tutos solita praestitit arte suos.

20 a^mo Y | faces erinis *Monac.*: face serinus B face ferinus (-nis F) FY || 21 Est ales (tales *Monac.*) *codd.*: Letalis *Aldina* Est illi *Wernsdorfius* | Tityi ille *scripsi*: titiq; Y (*sic*) tryque F titur quae B ticii quod *Monac.* || 22 comestque B: cumest Y comes F comesti *Monac.* | mente Y || 23 uultinus B || 24 Quod *Monac.*: Quo BFY | chi roma Y chironia F | lauerit Y *solus* || 25 subolesue B

153 (B. I 169, M. 277) De sirenis Eāf Y De sirenis V De syrenis F, *titulum nomenque om.* B || 1 Syrenas BFY Sirenos ac V | achiloia BFY acleloia V | 2 miros BV: miseros FY || 4 thymile BF et (-le) V thimile Y || 5 queruntur *vulgo*: fuerunt *codd.* || 6 tybia F || 7 Quodq; *Monac.* 18895: Quod *codd.* (Qui F) | leues et Y | cantata edon B canta taedon F cantat edon V cantat et edon (*sic*) Y || 8 Qui F | cythare fere *codd.* | olor *om.* V || 9 Illectos Y Illector F | modulamine V et (*v supra alt. o*) B | uocum BF: uocem Y uocā V uocis *Monac.* || 10 Marcebant V ionis V yoniis F, *qui post 10 nouum carmen* (de ulixe) *incipit* || 11 sisifio *codd.* (sisypho F) || 12 solida *Monac.*

Inleuit cera sociorum callidus aures
 Atque suas uinelis praebuit ipse manus.
 15 Transiluit scopulos et inhospita litora classis:
 Illae praecipites desiluere freto.
 Sic blandas uoces nocituraque carmina uicit,
 Sic tandem exitio monstra canora dedit.

IVLIANI de die natali

154

Clarus inoffenso procedat lumine Titan
 Laetificusque dies eat omnibus aethere puro,
 Vosque simul iuuenes animis ac uoce fauentes
 Concelebrate diem uotis felicibus alnum,
 5 Prosperus ut semper redeat uatiquē quotannis
 Asmenidae referant alacres sua munera nati.

13 Inleui cera sot. Y || 15 Transiit ut *Heinsius* | scop. *ex scup. corr. V* | unospita (et *om.*) litt. Y || 16 Ille *codd. praeter B* | dissiluire Y || 18 Sit V, *corr. m. 2* | exicio *codd.*

154 (B. V 132, M. 531) De sole Iūl Y De ui diebus (*om. nomine*) V, *titulum nomenque om.* B. (De die natali Hilasii *inscribit Petauianus*) || 3 animis *bis* V, *alterum expunxit m. 2* | facentes Y || 4 Concelebrata B -brare V || 5 q̄t annis BY || Expliciunt uersus -XII- sapiencium Y

<CARMINA VERGILIANA>

155

VERGILII

Nocte pluit tota, redeunt at mane serena.
Commune imperium cum Ioue, Caesar, agis.

156

EIUSDEM

Hos ego uersiculos feci. tulit alter honorem.
Sic uos non uobis mellificatis apes.

De hac collectione Vergilianorum ex uariis particulis composita cf. praef. p. 42 sqq. de codicibus ibid. p. 20 sqq.

155—163 sic uno tenore exhibet S, ex parte TYV (155, 156 praeterea in plurimis extant codicibus)

155 (B. II 68, M. 88) Vergili ST: Vergili V Ipsius (i. e. Vergili) ad augustum Y; ex reliquis codd. notabilis est inscriptio codicis Petropolitani saec. VIII (Venantius ed. Leo p. XII) haec: Virgilius hos duos uersiculos transmisit ad Cesarem, cum staret foris et non mittebant eum intus ministri ignorantes, quis esset (alia explicatio habetur in uulgari Donati uita p. 66) || 1 ad (at uulgo) mane (me T) serena ST: spectacula mane VY Petropolitani alique codd. || 2 adfert Cassiodorus de orth. c. 3 (ut est illud) | Communem (Cumm. S) ST: Diuisum VY Cassiod., Petropol. alique | habes Y Cassiod. habet*V (tibi cum ioue Caesar angustus Petropol.)

156 (B. II 69, M. 88) Eiusdem ST: Item eiusdem Y om. V || 1 fecit talit Y | honores Scaliger || 2 adfert Aldhelmus p. 309 Gilesii (Virgilio in tetrastichis theatralibus) || 2 u. solum habent STV, post cum Y habet Sic uos non uobis uellera fertis oues; denique in aliis codd. praeter quam Y exhibet hae inueniuntur medii scilicet acui uariationes uariis modis cum genuino carmine iunctae:

Sic uos non uobis nidificatis aues
Sic uos non uobis fertis aratra boues

EIUSDEM

157

Pars tibi, Nise, datur Bacchi, pars deinde negatur:
Esse potes liber, non potes esse pater.

EIUSDEM

158

Arretine calix, mensis decor ante paternis,
Ante manus medici quam bene sanus eras!

EIUSDEM

159

Humor alit segetem, segeti contrarius humor:
Quod iuuat, et dulce est; quod cogitur, altera mors est.

EIUSDEM

160

Monte sub hoc lapidum premitur Ballista sepultus:
Nocte die tutum carpe, uiator, iter.

EIUSDEM

161

Si quotiens peccant homines, sua fulmina mittat
Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.

157 (B. III 270, M. 96) Eiusdem S: Versus Virgillii Y || 1 ubi Y | bacchi SY | negatur an necatur in S, dubium

158 (B. III 142, M. 91) Eiusdem STV: Item eiusdem Y || 1 Abietine ST Anietine V Abtetine Y, corr. Scaliger | decorate codd., corr. Scaliger | patentis (r supra prior. t) S

159 (B. III 143, M. 99) Eiusdem ST: Item eiusdem Y om. V || 1 Humor (u alt. in o corr.) S | alet (t supra lin.) segitem segiti S || 2 iubat SV | et addidi: om. codd. (nisi quod est dulce Y); hoc add. m. rec. in S, uulgo | alter T alta Y | est TY: om. SV

160 (B. om., M. 97) extat apud Donatum p. 58 Reiff. || Eiusdem ST Eiusdem V: Disticon uirgillii factū in basilistas latrones Y || 1 Montes S | tegitur Y et Donatus | uallista T balista VY Donatus || 2 Carpet uiator (ex -tur) S

161 (om. B. M.) est distichon Ouidii trist. II 33 sq. || Eiusdem Y: om. S || 1 homines peccant S

- 162 **EIUSDEM**
Dum dubitat natura, marem faceretne puellam,
Natus es, o pulcher, paene puella, puer.
- 163 **SEXTI PROPERTI de Vergilio**
Cedite Romani scriptores, cedite Grai:
Nescio quid maius nascitur Iliade.
- 164 **De uenatore qui cum aprum excepit serpentem
calcauit imprudens**
Sus, iuuenis, serpens casum uenere sub unum:
Hic fremit, ille gemit, sibilat hic moriens.
- 165 **<Aliter>**
Anguis aper iuuenis pereunt ui uolnere morsu:
Sus iaculo extinctus, serpens pede uirque ueneno.

162 (B. III 268, M. 95). Eiusdem ST: Item Y Versus Virgilii V || 1 natura marem dubitat V || 2 es om. T | pulcher S | pene TVY

163 (Prop. II 34, 65 sq.) tit. propertii Y | uirgilio SY || 1 Cedite S

164—171 extant hoc ordine in S inter 346 et 347 (praef. p. 43 sq.)

164 (om. B., M. 871—73) ita STV (tit. excipit T cum apr. exc. et imprudens om. V) || 2 serpens (in mg.) casu — uno (in unum corr.) V || 2 hic moriens] hic om. S ille gemens V || carmen 165 (quod non habent STV extat sic in Lipsiensi (praef. p. 9), Sangallensi (ibid. p. 10), Petropolitano (cf. ad 155), quorum illi De iuene qui aprum occidit et ipse a serpente percussus est, Petropol. autem Hos uersus Homerus de Euandro fratre Alexandri regis errante in silua et pugnante contra aprum et draconem et inuenti sunt postea tres mortui inscribunt, ita ut tres illi libri ad u. 2 addant 220,2 || 1 uoln. Sang.: uuln. Lips., Petrop. || 2 iaculo scripsi: iacet tres illi libri (iacet ex ictu uulgo) | uirque uulgo: ille tres libri || duo autem diuersa carmina cum aperte adsint (quae idem Sangallensis altero loco p. 45 coniungit sine titulo, ubi 164, 2 hic sibilat, recte 165, 2 habet uirque), iam medio aeuo illa in unum confusa sunt, ut in Y inscribente

- EIUSDEM in Achillem** 166
Inprobe distractor, pretium si poscere nosses,
Non traheres, quod pondus erat * * *
- De Troia** 167
Desine, Troia, tuos animo deflere labores:
Romam capta creas, merito tua postuma regnat.
- De iudicio Paridis** 168
Conubii bellique deas superauit amorum,
Cum pastor pulcrum iudicat esse Cyprin.
- <Aliter>** 169
Verticis et thalami pignus sublime Tonantis
Exuperat Paridis laude probata Venus.
- <Aliter>** 170
Extat causa mali malum cecidisse Dionae,
Cur ruerint Graia Pergama pulsa manu.
- <Aliter>** 171
Dat Veneri malum formae pro munere pastor,
Cum Iunone dolens uicta Minerua redit.

Versus uirgilii cum uiderat t audierat iuuenes aprum interficientes ac tunc improuise calcantes serpentem et ponente 164, 1; 165, 1; 165, 2; 164, 2 (ulterius progressus est Rehdigeranus carmen sex uersuum efficiens); quamquam Y eo notabilis quod hoc carmen ad Vergilium relatum esse monstrat, cuius rei uestigium etiam in aliis codd., ut Parisino 8093, Rehdig. similibusque; libere denique effectus est uersus in cod. Bernensi fol. 207 saec. X (cf. Isidori orig. I 16): Anguis pressa perit, fera telo uirque ueneno || 166—171 post 164 in solo S

166 (B. I 93, M. 635) Eiusdem in achillem S, qui tamen 164 certo auctori non tribuit || 1 preciūm S || 2 traheres S | pondus S; funus Burmannus

167 (om. B. M.). 2 regnant S || cf. Ennii sat. 20 V.

168—171 (B. I 121, M. 652) unum in S carmen, separauit L. Muellerus mus. Rhen. 20, 635 || 169, 1 thonantis S || 170, 1 dionē S || 2 Cur ruerint Oudendorpius: Cum ruerit S Cum ruerent uulgo

172 VERGILII ad puerum

Parce, puer, si forte tuas sonus improbus aures
 Aduenit infandumque audens exposcere munus.
 Nam meminisse potes, seruata lege pudicos
 Esse aliquos longumque diu tenuisse pudorem;
 Sed postquam aurata delegit cuspide telum
 Caecus Amor tenuique offendit uolnere pectus,
 Tum pudor et sacri reuerentia pectoris omnem
 Labitur in noxam: dolet heu sic uelle stupetque
 Flammigeros motus et tandem cogitur ipsi
 Succubuisse deo et genua inclinasse tyranno.
 Quare age, care puer, cuius modo forma decorque
 Ingeniumque ferax omni probitate sacroque
 Pieridum cultu renitens et Palladis arte
 Vexant peruigili semper mea pectora flamma:
 Da, precor, auxilium atque ignem lenito furentem.

173 VERGILII de Caesare

Iuppiter in caelis, Caesar regit omnia terris

172—174 ex B (ehdigerano saec. XV: praef. p. 24) *petita, ad quem in c. 172 accedunt A (rundelianus), M (onacensis 454 saec. XV), N (Monacensis 319 saec. XV), F (Riccardianus 710 saec. XV) || P. M. Virgilio ad puerum RA Virgilius ad puerum quendam M Versus sequentes sunt scripti per Virgilium poetam ad quendam adulescentem puerum pulcherrimum N Virgilio carmina pro amante quodam ab eo puero F || 2 infandumque Bucchelerus: infandum codd. || 4 puto sanctumque || 5 postq. R || 6 puto Saeuus | uolnere codd. praeter M || 7 Dum M | sacri AR: sancti FMN | puto omnis || 8 Vertitur F | innoxam R | doles—stupesq; M || 9 Flamigeros AR || 10 Succubuisse R | deo genuaque N | tyranno AR tyranno F || 11 care R chare A: clare ceteri | modo nō N || 12 ferox F | puto animi | sacroque FN satione M || 13 Pireidū M || 14 et uigili M | flama M || 15 igne M | lenire N furentem R furorem M*

173 (B II 67, M. 757) praeter B extat in Arundeliano, Ambrosiano (praef. p. 23), Florentino plut. 91, 19 saec. XV fol. 1 post c. 156 sine titulo; Vergilius de Caesare inscribit R mundo pro terris Florentinus.

VERGILII distichon 174

Littera rem gestam loquitur, res ipsa medullam
 Verbi, quam uiuax mens uidet, intus habet.

VERGILII Paedagogus 175

Carmina si fuerint te iudice digna fauore,
 Reddatur titulus purpureusque nitor.
 Si minus, aestiuas poteris conuoluere sardas
 Aut piper aut caluas hinc operire nuces.

Durum iter et uitae magnus labor.

OVIDII NASONIS EPIGRAMMATA 176

Praefatio

Vergilius magno quantum concessit Homero,
 Tantum ego Vergilio Naso poeta meo.

174 (B. II 265, M. 853) ita Vergilii distichon inscribit Rehdigeranus seu fontem meliorem secutus seu carmen, quod Vergilianis adnexum inuenit, hoc titulo ultro ornans: sine inscriptione extat in codicibus Mellicensi saec. XI opuscula Vergiliana continenti (in fine: cf. studia Vindobon. I p. 66) et Valencenensi 393 saec. IX (cf. Riesius Anth. lat. 663).

175 (om. B. M.), 1—4 extant sine titulo in codicibus Ambrosiano C. 74 sup. saec. X (cf. uol. III p. 210) folio paenultimo et Monacensi 14505 saec. XI fol. 131 teste Usenero (schol. Lucan. I p. 6); adfert Aldhelmus de metr. p. 232 Gil.: Virgilius item libro, quem Paedagogum praetitulauit, cuius principium est 'Carmina — nuces', syllabam elisit dicens 'durum — labor', sine dubio, ut alia carmina, hoc quoque ex nostra sylloge hauriens || 1 digno Ambros. || 2 Reddatur Ambros., Mon.: Reddetur Aldhelmi textus || 3 Sin minus Ambr. | sardas (a supra e) Ambr. || 4 cooperire Ambr.

Carmina 176—179 hoc ordine genuino extant in codice principali E (praef. p. 19) cuius pretio accedunt particulas exhibentes P (p. 20) et Z (ibid.), denique libri deteriores r et s (p. 21) || 176 (B. II 192, M. 862), titulus incipit epigrammatū (ū in ras. m. 2) obidii nasonis in libris eneidarum uergilii (i alt. in ras.?) praefatio E Ouidius Naso Publico Virgilio suo salutē. Praefatio (litt. mai.) P; om. uu. 1—20 Z; Carmen (uel Versus) ovidii nasonis similiterue s (1—10 om. r) || 1—2 cf. Ouid. rem.

Nec me praelatum cupio tibi ferre: poeta
 Ingenio si te subsequor, hoc satis est.
 Argumenta quidem librorum priua notavi, 5
 Errorem ignarus ne quis habere queat,
 Bis quinos fecique omni de carmine uersus,
 Aeneidos totum corpus ut esse putent:
 At firmo probitate mea, me crimine nullo
 Linioris titulos praeposuisse tibi. 10

I Vir magnus bello, nulli pietate secundus,
 Aeneas odiis Iunonis pressus iniquae
 Italiam quaerens Siculis errauit in undis;
 Naufragus et tandem Libyae est aduectus ad oras
 Ignarusque loci, fido comitatus Achate, 15
 Indicio matris regnum cognouit Elissae.
 Quin etiam nebula saeptus peruenit ad urbem.
 Abreptos socios undis cum classe recepit;
 Hospitioque usus Didus per cuncta benignae
 Excidium Troiae iussus narrare parabat. 20

am. 395 sq. (et trist. III 3, 74) || 1 Virg. P (et u. 2) || 3 ferre poeta (-tam s unus) uulgo, correxi || 2 subsequar P (tantum si sequor s pauci) || 5 priua L. Muellerus: prima codd. || 7 fecique omni de exempli gratia in loco corruptissimo dedi: feci legerent E s felice gerent P (legerent uel legere ut feci s pauci) || 9 At firmo scripsi (cf. u. 5 quidem): Adfirmo codd. | probitate Burm.: grauitate codd. | mea m. 2 in meae corr. E | crimine nullo Tollius: carmine (r m. 2 supra lin. E) nullum codd. || 10 Liboris E Laboris P | titulum codd., corr. Tollius || Liber primus in tactu et iterum I in marg. (postea tantum numeri in marg.) E Lib I marg. (ut et postea) P || 11 uello E m. 1 || 12 praesusus r || 14 Naufragus et EP: lactatus r s | libiae E | est aduectus EP: peruenit r s || 15 achatae Pr || 16 helissae E || 17 septus perbenit in E || 18 Adreptosque undis socios r s || 19 Hosp.] s supra lin m. 2 E | benigne EP || 21-40 Z a m. 2 in spatio uacuo

Conticuere omnes. tunc sic fortissimus heros II
 Fata recensēbat patriae casusque suorum:
 Fallaces Graios simulataque dona Mineruae,
 Laucontis poenam et laxantem claustra Sinonem,
 25 Somnum, quo monitus acceperat Hectoris atris,
 Iam flammās caeli, Troum patriaeque ruinas
 Et regis Priami fatum miserabile semper
 Inpositumque patrem collo dextraque prehensum
 Ascanium, frustra a tergo comitante Creusa,
 30 Ereptam hanc fato, socios in monte repertos.

Post euersa Phrygum regna ut fuga coepta moueri III
 Utque sit in Thracen primo deuectus ibique
 Moenia condiderit Polydori caede piata,
 Regis Ani hospitium et Phoebi responsa canentis,
 35 Coeptum iter in Creten, rursus noua fata reperta,
 Naufragus utque foret Strophadas compulsus ab undis;
 Inde fugam et dirae praecepta horrenda Celaenus,
 Liquerit utque Helenum perceptis ordine fatis,

21 tum r || haeros E || 22 patriae FPr s: troie Z (m. 2) s pauci || 23 donata (ta expuncta) E || 24 Laucoontis E Laocoontis Pr (sic uel Laocontis s) Laccontis Z | et PZr: om. E s | laxantis - sinonis P || 25 somnium Pr | monitis P | acceperit Pr (s pauci) | hae ctoris E ectoris P | atris P atrum Z s || 27 regnum priami fato r || 28 Imposit. r s Imposit. Z lam posit. P | patrum colla P | prae-hensū E praehensū r || 29 a (at m. 2 corr.) E: om. PZr s | comitata P | creusa] e in ras. r || 30 Ereptum (a supra u) P | sociosque Z | repertos EZ: receptos Pr s || 31-40 om. r || 31 Postq (q deleta) Z || phrygi EZ frygum P | ut E: om. PZ s | cepta E || 32 Ut quae sint intrate P | thrachen E thiacē Z | primum E uento P | ubique P || 33 oderat Z | polydori EZ | morte P || 34 Ani Ribbeckius: anii E in P et Z ad s ut uulgo | ospitium et phebi E | canentis scripsi: canenti P canebat E s canebant Z || 35 Certum Z | cretā E | rursus] supra ult. u erasa uirgula E || 36 strophadum P | comp. PZ s | ab undis E: ad undas (-dam P) ceteri (ad udas Heinsius) || 37 et dirae praecepta horrenda (orr. E) celenus (celenum P) EP: atque iter enarrat praecepta celenus Z et sic fere (et irae uel atque itē narrat) s || 38 elenum E | perc. uulgo: pr(a)ec. codd. e u. priore

Supplicem Achaemeniden Polyphemo urgente receptum
Amissumque patrem Drepani. sic deinde quieuit. 40

IV At regina graui Veneris iam carpitur igni.
Consultitur soror Anna; placet succumbere amori.
Fiunt sacra deis, onerantur numina donis.
Itur uenatum, Veneris clam foedera iungunt.
Facti fama uolat. monitus tum numine diuum 45
Aeneas classemque fugae sociosque parabat.
Sensit amans Dido, precibus conata morari.
Postquam fata uidet nec iam datur ulla facultas,
Conscenditque pyram dixitque nouissima uerba
Et uitam infelix multo cum sanguine fudit. 50

V Nauigat Aeneas. Siculas defertur ad oras.
Hic manes celebrat patrios. una hospes Acestes.
Ludos ad tumulum faciunt, certamina ponunt.
Prodigium est cunctis ardens adlapsa sagitta.
Iris tum Beroen habitu mentita senili 55
Incendit naues, subitus quas uindicat imber.
In somnis pater Anchises, quae bella gerenda

39 achemeniden (c *supra lin.*) E -dem P achemonidon Z | poli-
femo PZ po=phemo (i m. 2 *supra* lp) E | urgente P | recep-
tum *Aldina*: receptus E receptos P recepit Z5 || 40 que *om.* E
dripanis hic d. q. E drep(h)anis hic d. q. Z5, *corr. Aldina*;
siculis errauit in undis P || 41 capitur E || 42 anne (*sic*) E ||
43 de his E diis Z | honer. EZ || 44 uenatu P | federa Z ||
45 Factum f. notat E | tunc s *partim* || 47 Sentit PZ | praeci-
bus r || 48 uidet E: iubent *ceteri* | facultas E5 *pauci*: uolup-
tas PZ loquendi s || 49 Conscenditq; puram (piram m. 2) E |
prius que *om.* r || 50 fudit *om.* E m. 1 || 51—60 *om.* r || 51 siculis P
horas Z || 54 *post* 56 *ponit* P | Prodigio *Heinsius coll. Aen.* V
522 *sq.* | elapsa Z || 55 Iris tum *Ribbeckius*: Iris item E Nutri-
cem P Iris nutricem Z5 (Iris tunc s) | = abutum (h *supra ras.*,
uirgula supra u *erasa*) E || 56 Incenditque P || *inter* 56 et 57
inserit Z Tunc natum anchises solatum noctis in umbris, *hoc*
ipsum pro 57 *habet* P (salatur, *sed o supra pr. a*); *similia* s
ex parte

Quoque duce ad manes possit descendere, monstrat.
Transcribit matres urbi populumque uolentem
60 Et placitum Aeneas Palinurum quaerit in undis.

Cumas deinde uenit. fert hinc responsa Sibyllae. VI
Misenum sepelit: mons seruat nomen humati.
Ranum etiam diuum placato numine portat
Ad uatis tecta atque una descendit Auernum.
65 Agnoscit Palinuron ibi, solatur Elissam
Deiphobumque uidet lacerum crudeliter ora;
Umbrarum poenas audit narrante Sibylla;
Conuenit Anchisen penitus conualle uirenti
Cognoscitque suam prolem monstrante parente.
70 Haec ubi percepit, graditur classemque reuisit.

Hic quoque Caietam sepelit, tum deinde profectus VII
Laurentum uenit ac uerbis cognoscit Iuli
Fatalem terram: 'mensis iam uescimur' inquit.
Centum oratores pacem ueniamque petentes

58 Quoq; (d *supra* oq m. 2) E | duces P | mōstrat, *sic* E
m. 1; narrat P || 59 mores urbis P || 60 placitum P: placidum
Z5 placida E | unda E || 61 Cymas r | petit Z | deinde
offert hinc P | sibilla E sibille Z || 62 mons] nunc P |
seruans r || 63 diuum] uiuum r (ante deum *uel* ante diuum s
nonnulli) | *punctum uulgo post* portat *positum deleui coll. Aen.*
VI 211 || 64 Ad uatis tecta adque E: At uates tacita atque Z
Ad uates longeva P At uates longaeua r (*partim sic, partim*
ut E habent s) | disc. P | Auerno *Francius* || 65 palinuron ibi E:
palinurum et ibi *ceteri* (p. ubique hortatur Z) | helissā E elissam
PZ || 66 Deifob. P Deipheb. Z | laterum r || 67 Umbraramque P |
audit] discit s | sibilla EZ || 68 Conspicit Z | anchisem P |
penitusq; r5 patrisque P | conualle E: cum ualle Z in ualle
Pr5 || 69 Cogn. E: Agn. *ceteri* | narrante Pr5 *ex parte* | paren-
tem P || 70 sociosque s *ex parte* || 71 Hoc — caletam P | tumulto
dat *L. Muellerus*: tumult E sepeliuit *ea* sepelit m. 1 *corr.* Z
sepelitur P sepelit tum r5 || 72 Laurentum EZ: Lauinium P
Laurentumq; r5 | petit Z | ac P: hanc Er5 hic Z *om.* s *ex*
parte | uoces Z | agnoscit Z cognouit Pr || 63 iam E: hic P
en r5 (mensas consumimus Z) || 74 ueniāq; *ex -niāt corr.* E |
petentem (s *supra* m) P

Ad regem mittit Latii tunc forte Latinum, 76
 Qui cum pace etiam natae conubia pactus.
 Hos furia Allecto Iunonis distrahit ira:
 Rex cedit fatis, quamuis pia nota repugnet.
 Belli causa fuit uiolatus uulnere ceruus.
 Arma ferunt gentes sociae, flat bella iuuentus. 80

VIII Dat belli signum Laurenti Turnus ab arce,
 Mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem,
 Qui petat auxilium et doceat, quae causa petendi.
 Aeneas diuum monitu it sibi iungere regem
 Euandrum Arcadia profugum noua regna tenentem. 85
 Accipit auxilia: huic natus socia agmina iungens
 Euandri Pallas fatis comes ibat iniquis.
 Iamque habilis bello et maternis laetus in armis
 Fataque fortunasque ducum casusque suorum
 Miratur clipeo, diuina intentus in arte. 90

75 mittunt Prs | latii E: licū Z laeti Prs | tum Prs | forte P et (ex fonte corr.) E: sorte rs deinde Z || 76 nata r | pectus (a supra e) Z || 77 Hos furia Z: Hic furiam E Hoc forte Prs (furiam s pauci) | distrahit Z: distruit E dissipat Prs | iram s || 78 Rexedit (c supra xe) E: Resedit Z Concurrunt ceteri | fatis scripsi coll. Aen. VII 594: furiis EZ dictis ceteri | ita Z | nota L. Muellerus: fata codd.; an pacta? | repugnant Z || 80 sic E (nisi quod sociadat bella [m. 1 ex uella], quod correxi): Tum gentes sociae (-cia P) arma parant fremit arma iuuentus Prs (quod ex 177, 48 est interpolatum) Tunc g. s. a. fremunt fremit ipsa i. Z || 83 ausiliū E | et om. Z | q; P | petentis Z || 84 monitu diuino Z | monitus (s deleta) P monitis s ex parte | it sibi iungere suppleni: adit arcada codd. (-de E arch. Z) inepte simul uitioseque (cf. u. seq.) || 85 arcadia E: arcadiae ceteri (arch. Z) patria L. Muellerus | tenētē E: petentem ceteri || 86 Qui parat Z | auxilium Prs | huic natus Z: hic natus E huic (om. P) natum et ceteri | iungens scripsi: iungit codd. praeter Z querens praebentem || 87 Euander Prs | fati E (sic) | c. i.] compressus Z || 88 habiles b. m. ibat i. a. P (et om.) | et maternis om. spat. rel. Z | lautus Z || 89 Factaque Z || 90 Miratur EZ: Sortitus ceteri | diuina intentus in arte Z: diuinā natus in artem E diuina intentus in arte est ceteri

Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur, VIII
 Iunonis monitu festinat Turnus in hostem.
 Teucrorum naues Rutulis iaculantibus ignem
 Nympharum in speciem diuino numine uersae.
 95 Euryali et Nisi coeptis fuit exitus impar.
 Pugnatur: castra Aeneadae nallumque tuentur.
 Audacem Remulum leto dat pulcher Iulus.
 Fit uia ui. Turnus Bitian et Pandaron acrem
 Deicit et totis uictor dat funera castris,
 100 Iamque fatigatus recipit se in tuta suorum.

Concilium diuis hominum de rebus habetur. X
 Interea Rutuli portis circum omnibus instant.
 Aduenit Aeneas multis cum milibus inde.
 Mars uocat et totis in pugnam uiribus itur.
 105 Interimit Pallanta potens in proelia Turnus
 Caedunturque duces, cadit et sine nomine uulgius.
 Subtrahitur pugnae Iunonis numine Turnus.
 Aeneas instat Mezentii caede cruenti;
 Lausus fata patris praesenti morte redemit,
 110 Mox ultor nati Mezentius occidit ipse.

91 Utque Z Adque r | haec E || 92 turnus festinat Prs | ostem E hoste P || 93 Teucorum Z | in naues E | nauis PZ || 94 Nymph. EZ | specie E | nomine uertit Z || 95 Euryali EZ | coeptis E phatorum Z | impar codd. praeter Prs paucos || 96 Pugnatur Zrs | bellumque P baellūq; E || 97 romulum Zr (s ex parte) | leto dat EZ: dat leto ceteri | pulcher E || 98 uia qua Z | bician Z betiā E nitian E P bitiam rs | padoron E pandaron Z pandarum ceteri | acrem E: una Z altum ceteri || 99 Deficit Z | notis P || 100 recipet r | tuta EZ: castra ceteri (e. u. priore) || 101—110 om. Z || 102 hōnib; E || 103 inde E: heros Prs || 104 pugnis P || 105 Interimit Prs | pallnta E || 106 Ced. E | cadet P || 107 Subtrahitur E | pugna P || 108 instat E: perstat rs praestat P | mezzenti r | cruenti scripsi: cruentus E piata Prs || 109 sic E (nisi quod presenti): Et lausum inuicta peremit (inuicta sternit P) per uulnera dextra Prs || 110 uictor codd., corr. Burm. | mezzentius r

- XI Constituit Marti spoliolum ex hoste tropaeum
 Exanimemque patri feretro Pallanta remittit.
 Iura sepulturae tribuit tempusque Latinis.
 Euander patrios affectus edit in urbe.
 Corpora caesa uirum passim disiecta cremantur. 115
 Legati referunt, Diomedem arma negasse.
 Drances et Turnus leges aequante Latino
 Concurrunt dictis. Aeneas imminet urbi.
 Pugnatur. uincunt Troes. cadit icta Camilla.
 Dein reduces castris nocti cessere minanti. 120
- XII Turnus iam fractis aduerso Marte Latinis
 Semet in arma parat pacem cupiente Latino.
 Foedus percutitur, passuros omnia uictos.
 Hoc Turni Iuturna soror confundit et ambos
 In pugnam populos agit ementita Camertem. 125
 Aenean uolueri tardatum membra sagitta
 Anxia pro nato seruauit cura parentis.
 Vrbs capitur. uitam laqueo sibi finit Amata.
 Aeneas Turnum campo progressus utrimque
 Circumfusa acie uita spoliauit et armis. 130

111-130 a. m. 2 habet Z || 111 mortis P | spoliatum E |
 tropeum E tropaeum Z tropea P || 112 Exanimemq; (ex Examin.) E:
 Exanimumque (que om. P) ceteri | feretro E: natum ceteri ||
 114 adf. r affectu sedet P | aedit E || 115 caesa ≡ P | disiecta
 E: digesta ceteri | clemantur Z || 116 Ligati r | diomede; Z ||
 117 Dranceset P || 118 imminet (m prior ex n, i alt. ex corr.
 m. 2) E, r s iminet Z || 119 icta Z s: ipsa E (inter s et a litura
 fortuita) E ictu P iacta r acta s pauci || 120 Dein reduces *Muellerus*:
 Deinde duces *codd.* | nocti E: donec ceteri | minati (*uirg. a m. 1*)
 E: minantur ceteri (cesserem inanem P) || 121 fractos—latinos P ||
 123 Fedus E | passurus—uictus Z r s | honia E || 124 turni interea
 iuturni Z | confundit P contundit E || 125 agit populos Z | ait P |
 mentita E || 126 Aenean Pr Aeneâ E: Eneas Z s plurimi | tar-
 datur P Z r || 127 Anxia Z | natum P | serbabit E || 128 uitam-
 que P | sibi ex siui E || 129 turno P | progr. E: congr. ceteri ||
 130 om. P | spoliauit]t m. 1 supra lin. E

SVLPICII CARTHAGINIENSIS 177

Hexasticha in Aeneidis libris.

Praefatio

- Carmina Vergilius Phrygium prodentia Martem
 Secum fatali iusserat igne mori.
 Tuca negat, Varius prohibet, superaddite Caesar,
 Nomen in Aenean non sinis esse nefas.
 O quam paene ignis geminauit funere funus,
 Troia, bis interitus causa futura tui.

- Arma uirumque canit uates Iunonis ob iram I
 Et totum Aeolis turbatum flatibus aequor,
 Disiectas classes summersaque corpora ponto,
 Hospitium Didus, casus quae gestit et athla 10
 Aenean Troiae fatumque et uela referre.
 Quorum pars terra, pelago pars addita famae est.
- Conticuere omnes intentique ore loquentis II
 Ora tenent. ac tum dolus introducitur hostis
 Et fallacis equi damnosum munus in armis 15

177, 178 extant in solo E (*Vossiano F.* 111: praef. p. 20) post
 176 || 177 (B. II 175, M. 286) Item exasticha sulphicii cartaginiensis in
 eiusdem libris E || praefationi huic simile est carmen 184, quod tam-
 quam *Sulpicii Carthaginiensis profert Donatus in uita Vergiliana*
 [p. 63 *Reiff.*]; cf. praef. p. 44 sq. || 1 frigiū E || 2 Secū, sic E ||
 3 proibet E || 4 aenea E, correxi; Aeneae L. *Muellerus* | num
Oudendorpius || 5 ignis geminauit scripsi: iterum geminasti E |
 funere funus, sic clare E || 6 futuri E, corr. m. 2 || ante u. 7
 Liber primus et in margine I, mox tantum numeros in margine
 habet E || 8 tubatum E | fluctibus uulgo || 10 cas ≡ us E | quae
 gestit et athla scripsi: quo gentis et annos E || 11 Aeneas—
 referret uulgo | uela (cf. errores *Aen.* 1 755) scripsi: uella (bella
 corr. m. 2) E || 12 terrae E, corr. *Francius* || 13 ingentiq; E ||
 14 Danaum d. i. hosti (uel urbi) *Francius* || 15 aequi E | malim
 ab armis = armatis (in aruis *Riesius*)

Perfidia notusque Sinon amissaque coniunx,
Per medios ignes ablatus saeuaque tela
Anchises umero facilis pietate ferentis.

III Postquam res Asiae disiectaque moenia Troiae,
Dant pelago classes. Polydori funera discutunt
Atque Heleni praecepta, fidem cui fecerat usus,
Quae non accessu uia sit temptanda: Cyclopes
Et Scyllae rabies et ineluctabilis unda
Erroresque maris; labor in contraria uersus.

IV At regina graui pectus succensa dolore
Ardet amore uiri. clauso uenatur amore
Dumque capit, capitur: sentit quos praebuit ignes.
Aeneas altum sociis et classe petiuit.
Extracta regina pyra penetralibus instat,
Morte fugam pensare; orsae nec defuit hora.

V Interea medium Aeneas tendebat in aequor,
Moenia respiciens causa flagrantia amoris.
Mox Siculae tenet arua domus manesque parentis
Ludorum exequiis celebrat. quibus additur Iris
In facie Beroes classem flammare iubentis,
Iunone inmittente: dolos namque illa mouebat.

17 alatus E, corr. Tollius || 18 umero Riesius: honor E oneri Scatiger | pietate E || 20 polydori E || 21 husus (h per lin. deleta) E || 22 accessus (cc ex corr.) E, corr. L. Muellerus | cyclo- pas E; Cyclopes uel Cyclopus Oudendorpius || 23 scyllae E || 24 Errorisque E || 25 successa, n supra pr. s m. 2, E; succussa L. Muellerus | calore Schraderus || 26 clausum — amorem E, correxi | ueneratur E, corr. Burmannus || 29 pira E || 30 Mortem, m per lin. deleta, E | pensare scripsi: praestare E | orsae scripsi: more (-re m. 2) E || 33 sicula E, corr. Oudendorpius; malim Sicula arua tenet. cineres m. || 35 faciem E, correxi | beroes, x per lin. deleta, E || 36 Iunonem mentita dolo n. i. monebat E, correxi; Iunonis uulgo mutata Heynius

Sic fatur lacrimans. Cumarum adlabitur oris
Descensusque parans adiit praecepta Sibyllae;
Qua duce non fastum mortali limen aditur.
40 Hic primum maestos uidet inter cetera Troas;
Tum patrem agnoscit, discit reditura sub ortus
Corpora Romanosque duces seriemque nepotum.

Tu quoque litoribus nostris, Caieta, manebis:
Seruat honos nomen, pietas testatur honorem.
45 Causa opus insequitur; bellum namque incipit esse,
Tyrrhique et iuuenum quod tunc conflauerat ira.
Turnus adest, *monet, arma sibi contraria sumat*.
Tum gentes sociâ arma ferunt, fremit arma iuuentus.

Vt belli signum cecinit sociosque uocauit
50 Turnus, it in uarias turbatus pectora partes
Aeneas. Euandron adit, facit hospitis usum
Atque operum causas, urbis cognoscit honores.
Arma uirum Cytherea rogat, mox accipit heros.
Utque opera adspexit, fati fauor efficit acrem.

55 Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur,
56 Iris adest, monet, arma sibi contraria sumat.

37 fatur, sic E | oris in horis m. 2 corr. E || 38 obiit Schraderus; num audit? || 39 fastum E; faustum Burmannus; an patulum? || 41 sub] ub E || 43 n̄sis cateta E || 44 Serbat E | amorem L. Muellerus || 45 prima uerba atrociter corrupta; Causam Riesius | uellū E | esse; num acre? || 46 Tyrride iuuenum (sic) E, quod correxi; Tyrrhidae uulgo pessime (saltim Tyrrhidum) || 47 uerba monet arma s. c. sumat e u. 56 interpolata puto || 50 it in scripsi: et in E tum uulgo | partes scripsi (cf. Aen. VIII 21): mentes E || 51 euandron E || 53 Arma rogat cithera rogat E e dittographia, correxi praecunte L. Muellero (Cytherea iam uulgo) || 54 Utque opera adspexit scripsi: Tuque opere ars piget E Tumque opera ipsa stupet Burmannus Cumque opera adspiceret Riesius | facti laor efficit artem E, correxi; factis labor addidit artem uel fabri labor efficit acrem Burmannus || 56 Iris uulgo: Ins E | num adest Turno, arma? || u. qui est in E 57 post 60 traieci (fratres intellege Bitian et Pandarum)

- Nisus et Euryalus, morte et pietate fideles, 58
 Dum quaerunt laudem, iungunt contraria fata.
 Audacem Remulum leto dat pulcher Iulus. 60
 Caedantur uigiles et mutua corpora fratrum. 57
- X Panditur interea caelum sedesque Tonantis; 61
 Alternos questus Venus ac Saturnia promunt.
 Illa dolos, haec bella mouet, sed uincitur ira
 Mater. at Aeneas bello non segnior instat.
 Vulnere Mezenti Lauso nam fecerat iram. 66
 Quem tetigit uirtus, superat per fata periculum.
- XI Oceanum interea Phoebus superauerat ortu.
 Extruit Aeneas dextra quaesita tropaea.
 Condit humo socios, fatum quos condidit ante.
 Legati responsa ferunt ueniamque petitam 70
 Non negat. et contra pugnat secura Camilla,
 Femina caede potens, casu temeraria tanto.
- XII Turnus ut infractos uidit cecidisse Latinos,
 Instat atrox pugnaeque uices sibi percipit hostis; 74
 Sed sua fata uirum traxerunt quaerere Martem. 78
 Foedere decreto uiolatur uulnere teli 76
 Aeneas; causa est belli Iuturna. nec ante
 Adfuit obsequium quam mors finiuerat iram. 77

58 Euryalus E | *nonne* pietate in morte f.? || 59 Dum quaerunt *scripsi*: Dumque petit E petunt *Meyerus* | iungunt *scripsi*: uincunt E || 60 laeto dat pulcher E || 61 seditque E, *corr. Burmannus* || 62 questus E || 65 Lauso (*uel* Lausus) *Oudendorpius*: ladaem, u *supra* ad, E || 67 hortu E || 68 q; sita tropea E || 69 humi E, *corr. Muellerus* || 71 at contra *Riesius* || 74 pugnaeque uices *Oudendorpius*: pugnae neces E | hostis *uulgo*: hos (tes *add. m. 2*) E || u. qui est 78 in E post 74 *traieci* | Martem *scripsi*: mortem E || 75 Foedere decreto *scripsi*: Pectore secreto E P, sed recto *Oudendorpius* || 76 belli—nec ante *Muellerus*: illi—negante E neganti *uulgo* || 77 obsequio E, *correci* | quam E: cum *uulgo*

Tetrasticha in cunctis libris Vergilii.

178

Praefatio.

Qualis bucolicis, quantus tellure domanda,
 Vitibus arboribusque, satis pecorique apibusque
 Aeneadum fuerit uates, tetrasticha dicent:
 Contineat quae quisque liber, lege carmina nostra.

Bucolica.

- 5 Tityrus agresti modulatur carmen auena,
 Formosum per quod Corydon dilexit Alexin;
 Silenumque senem sertisque meroque ligauit,
 Pastorumque melos facili deduxit auena.

Georgica.

- Sidera deinde canit, segetes et dona Lyaei
 10 Et pecorum cultus, Hyblaei mella saporis.
 Principio breuiter uentura uolumina dixit;
 Intercidit opus coepitque referre secunda.

Aeneis

- Arma uirumque canit mira uirtute potentem, I
 Iunonisque odio disiectas aequore puppes,

178 (B. II 189 et 193, M. 836 et 863) Tetrasticha in cunctis libris Vergilii. *préf. E. uu. 1—4 habet Z (cf. p. 20) sub titulo* Incipit carmen tetrasticon ouidii nasonis in libra bucolicon, et similiter *inscribunt* ξ , qui *uu. 1—8 praebent* (p. 21) || 3 fuerint Z | uatis E | tetrasticha Z -sticha E || 4 carmina nostra Z ξ : munera nostra E carmine nostro *Ribbeckius* munere nostro L. *Muellerus* || Buc ante u. 5 E || 5 Tityrus E | modulatus ξ | carmen auena E: carmine ruris ξ || 6 per quod ξ : pastor E | coridon E ξ || 8 melos facili deduxit auena E: sonos faciles duxere cicuta ξ || 9—12 (*ut et sequentia*) in solo E extant; eorum loco ξ (*et Zr*) habent quatuor in singulos Georgicorum libros tetrasticha, quae in E non tam omisa quam incunte medio aeuo a grammatico quodam conficta puto, ut singulis possent praeponi libris; dedi infra in *appendice* sub n. 551 || Geor ante u. 9 E || 9 liai E || 10 hylaei E || 11 ureuiter E || ante 13 JAen habet E; latet in prima littera numerus I, quem hic in margine om. E || 14 Iunonis odio E, *correci* (*studio Buchelerus*)

- Hospitium Didus, classem sociosque receptos, 10
Vtque epulas inter casus regina requirat.
- II Conticuere omnes. infandos ille labores
Deceptamque dolis Troiam patriaeque ruinas
Et casus Priami docet et flagrantia tecta,
Ignibus e mediis raptum deque hôte parentem. 20
- III Postquam res Asiae deceptaque Pergama dixit,
Tum, Polydore, tuos tumulos, tum Gnosia regna,
Andromachen Helenumque et uasta mole Cyclopas
Amissumque patrem Siculis narrauit in oris.
- IV At regina graui Veneris iam carpitur igni 25
Venatusque petit. capitur uenatibus ipsa
Et taedas, Hymenaeae, tuas ad funera uertit,
Postquam Anchisiades fatorum est iussa secutus.
- V Interea Aeneas pelagus iam classe tenebat 30
Ludorumque patris tumulum celebrabat honore.
Puppibus ambustis fundauit moenia Acestae
Destituitque ratem media Palinurus in unda.
- VI Sic lacrimans tandem Cumarum adlabitur oris
Descenditque domus Ditis comitante Sibylla.
Agnoscit Troas caesos, agnoscit Achiuos, 35
Et docet Anchises uenturam ad sidera prolem.

16 epulas E || 19 priami ex prima m. 1 corr. E | tecta
Heynius: regna E || 20 remediis (r del. m. 2) E || 22 polidore E
23 cicl. E || 26 ipsa Burmannus: ipsis E || 27 himenee E ||
28 anchisiades (h delata) E | sequutus E || 29 pelagus] plagas,
e supra pl (sic), E || 31 aceste E || 34 domum Buechelerus | sibilla E
35 trohas—achibos E

- Tu quoque litoribus famam, Caieta, dedisti. VII
Impetrat Aeneas Latium regemque Latinum
Foedus agens. saeuit Iuno bellumque lacessit
40 Finitimosque uiros, Turnumque in proelia mittit.
- Vt belli signum Turnus Mezentiaque arma VIII
Conciuitque duces, tum moenia Pallantea
Aeneas adit Euandri socia agmina quaerens.
Arma Venus portat proprio Vulcania nato.
- 45 Atque ea diuersa dum parte, hic diua Cybebe VIII
Puppes esse suas Nympharum numina iussit.
Euryali et Nisi caedes et fata canuntur,
Fecerit inclusus castris quae funera Turnus.
- Panditur interea caelum coetusque deorum. X
60 Iam redit Aeneas et Pallas sternitur acer.
Eripuit Iuno Turnum, Lausoque parentem
Adiecit comitem mortis Cythereia proles.
- Oceano interea surgens Aurora uidebat XI
Mezenti ducis exuias caesosque sodales
65 Et Latium proceres Diomedis dicta referre,
Tum qualis pugnae succedat Etrusca Camilla.
- Turnus ut infractos hos uidit et undique caesos, XII
Vltro Anchisiaden bello per foedera poscit;

38 Impereat (sic) E | regemque Latinum scripsi; regumque
Latinis E Latini Riesius (sed quid regnum Latini post Latium
sibi uult?) || 41 Fedus E | bell. ea uell. corr. E || 42 Consciuit-
que E, corr. Heynius || 44 propere Oudendorpius || 45 huic
(Aeneae) Burmannus | cibebe E || 46 esse] es E | nympharum E ||
47 Euryali E || 51 Lausique E, corr. Heynius || 52 cith. E ||
53 Oceanum E || 56 Etrusca] Volsca Muellerus || 57 infractos,
supra lin. m. 1 E | hos Buechelerus: om. E | uidit et] uidisset
ita ut set supra lin m. 1 extet E | cesos E || 58 phedera E

Quae Iuturna parat conuellere; set tamen armis
Occidit et pactum liquit cum coniuge regnum. 60

179

Monosticha in libris Aeneidos.

Aeneas primo Libyae compellitur undis.
Funera Dardaniae narrat defletque secundus.
Tertius errores pelagi terraeque recurrit.
Uritur in quarto Dido flammisque crematur.
Quintus habet ludos, quos concelebrabat Aestes. 5
Quaeruntur sexto manes et Tartara Ditis.
Septimus Aeneam reddit fatalibus aruis.
Praeparat octauos bellum quosque armet in hostes.
Nonus habet pugnam nec adest dux ipse tumultu.
Occidit Aeneae decimo Mezentius ira. 10
Undecimo uicta est non aequo Marte Camilla.
Duodecimo Turnus diuinis occidit armis.

59 iuturna in diuturna corr. m. 2 E || 60 liquid E

179 (B. II 191, M. 860) Item monosticha ectr. E; ad quem accedunt Z (p. 20) sic inscriptus Epigramma ovidii nas XII con uer super XII libros aeneidorum et P (ibid.) titulo Duodecim librorum capitula instructus, porro alteram peioremque formam exhibentes r et s (p. 21) || EZ ante singulos uersus habent numeros I, II, XII, quos supra adponere nil opus duxi || 1 libie E libie Z | compellitur (comp.) undis E Z P: depellitur oris r s Libyes adp. oris uulgo || 2 defletque E Z P: fletaeque r fletusque s | sed s Z: secundo E P r s || 3 om. r | erroris (e supra i) Z | recurrit L. Muellerus: requirit codd. (-ret P) || 4 flammisque fatetur r || 5 om. r | quos concelebrabat aestes Z: qos (v supra qo) concelebrat ceteris erasis E quis concelebratur aeste P et classem corripit ignis s || 7 aenean P (s pauci) || 8 octauos L. Muellerus: octauo P Z r s hoctabo E | quosq. scripsi: quos E P Z r s et quos Heynius | armet in hostes (-te P) Z P: armat in ostem E mittat in hostis r s || 9 pugnas r s | dux r s: rex E Z P | tumulti E || 10 aegnae E | mezzentius r || 11 morte P || secuntur in E carminis 183 uu. 25 sqq., ut lacunae in illius exemplari casu factae non sine iure carmina tria sequentia inserere mihi uidear.

◀ Monosticha in cunctis libris Vergilii ▶

180

Pastorum Musam uario certamine promit.
Ruris item docili culturam carmine monstat:
Arboribus uites et prolem iungit oliuae
Pastorumque Palen et curam tradit equorum;
5 Tunc apium seriemque et mellis dona recenset.
Aeneas profugus intrat Carthaginis oras;
Continuo series narratur Troica belli,
Tertius et complet narrantis in ordine gesta;
Ardet amans Dido fatum sortita supremum;
10 Quintus habet tumulis uaria spectacula patris;
Infernos Manes et Ditis regna pererrat
Aeneas, laetus Italas simul intrat in oras;
Intonat hic bellum tecti de culmine Turnus;
Euryalum et Nisum deflet cum matre iuuentus;

180 (B. II 188, M. 859) hic placuit inserere, cum P illius communionem quandam cum ceteris demonstrat. uu. 1—6 extant in P (cf. p. 20); totum carmen in solo b (codice musei Britannici Add. 16562 a. 1460: praef. p. 24) inueni; legitur typis expressum primo in edit. Vergilii Romana a. 1469 (cf. Naekius Val. Cat. p. 377: r significauit; contulit mihi L. Delisle) indeque saepius repetitum est || titulo caret P Argumentu generale totius poematis p. v. maronis rubr. b Summa Virgilianae narrationis in tribus operibus Bucolicis Georgicis et Aeneide r || ad u. 1 bucolica, ad 2—5 numeratos georgica, ad 6—17 itidem numeratos Aeneis rubr. add. b || 2 docili P: docilis b dociles r || 3 uites et prolem scripsi: uites prolem et P uitem prolem quoque br || 4 palē P palem br || 5 Tum b | seriemque et mellis Aldina: seriem (cer. r) mellis et Pbr || 6 profugus intrat Pbr: intrat profugus edd. | cartaginis horas P hic desinens; arces Burm. || 7 Continuo b: Conuiuio r Conuiuis Aldina | facies Burm. || 8 at Aldina | puto palantis siue errantis | in Aldina: om. br || 9 supremū b || 10 tumuli br, correxi; tumulo Tollius | uaria r; uana b (uaria in tumulo Burm. uaria ad tumultum Francius) || 11 Infernosque br | ditis manes et regna br, corr. Schraderus || 12 (A)eneas latium italas b r, correxi (In Latium Aeneas uulgo) || 13 tecti de r: et belli b

Multorum exitium Turnus deluditor orsus
Euanderque simul Pallantis funera deflet;
Turni uita fugit infernas maesta sub umbras.

181 <Hemistichia in libris Aeneidos>

Primus habet pelagique minas terraeque secundus.
Tertius errores et amores quartus Elissae.
Quintus habet ludos. sextus deducit ad umbras.
Septimus Ausonios, Aenean proximus armat.
Nonus Hyrtaciden, decimus Pallanta peremit.
Undecimus Tarchon damnat, pars ultima Turnum.

182 <Summa Vergilii>

Doctiloqui carmen ructatum fonte Maronis
Bis senis numero florens se milibus explet

15 Multorum *scripsi*: Pallantis b Pallanti r (cf. 16) | Turnus *scripsi*: et turni br || 16 Euander urbsq; simul r | Pallantis *scripsi*: multorum br (cf. u. 15) || r post 16 hos habet uu.: Mezentii interitus canitur: post funera lausi Ultaque dehinc fertur telo mactata Camilla (Volsca dehinc L. Muellerus) ob uu. 15 et 16 diffiditates interpolatos || 17 mesta b

181 (om. B. M.), quod in E intercidit (cf. ad 179 in fine), hic adicere visum est, cum et res ipsa (quippe a decastichis ad hemistichia descensum est) et codices hos uu. praebentes ostendant olim collectionis nostrae fuisse; sunt autem codd. hi: Vaticanus 1574 saec. XII Vergilium continens, qui fol. 133 sq. post c. 183, c. 176, 1—10 (ipsa huius carminis argumenta singulis praeposita libris) et c. 178, 1—4, c. 155 sq. iam in fine sub titulo Versus Asmenii super XII Virg. libros nostros uu. praebet (Asmenii nomen scilicet ex XII sapientibus petitum); porro Parisinus 9344 saec. XI (cf. praef. p. 25) inscriptus Versus ovidii nasonis; denique Sangallensis 397 saec. IX, qui (post c. 176, 1—10) habet sub titulo Item eiusdem (scil. Ovidii) de exulibus enedarum || 1 pelagique Vat.: pelagi Par., Sang. || 2 Tercius Vat. || 4 aenean proximus Sang.: eneam (aneā Par.) octauus et ceteri || 5 hirt. Vat. (H pro consona ualet) || 6 tarchon Par.: tarchoun Vat. drancem Sang. | dampnat Vat. || secuntur in Par. c. 150, in Sang. (Item eiusdem) c. 176, 11 sqq.

182 (om. B. M.) extat in cod. Parisino 13026 fol. 75 (praecedunt c. 133 et 137, 1—12, ut hoc carmen antiquitus syllogae nostrae infuisse hinc quoque eluceat) sine titulo; primus edidit Quicheratius (bibl. scol. cart. II p. 129) || 2 numeri cod.

Et super hos octingentis septem quadraginta
Versibus adiunctis concluditur omne uolumen,
5 Quod cecinit quodam uariato lumine linguae:
Pastores, Cererem, Bacchum, pecus et bona mellis;
Naufragium, flammam, errores, funera, ludos,
Tartara, post Latium, sic Teucros bella frementes,
Hostibus Ascanium Rutulis in castra relictum,
10 Proelia post reditum, deuictam Marte Camillam,
Et sua cedentem profugo conubia Turnum.

OCTAVIANI CAESARIS AUGUSTI

183

Ergone supremis potuit uox improba uerbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes
Magnaue doctiloqui morietur Musa Maronis?
A, scelus indignum, soluetur littera diues,

5 quondam Quicher. | lumine *scripsi*: fulmine cod. flumine Buechelerus || 8 sic accipe pro 'tum, deinde' ex usu serioris latinitatis || 11 tornum cod. || simile praecedentibus carmen, quod nescio an antiquum sit, hic saltem placet addere; extat in codice Meermanniano, nunc Phillipico 1694 saec. XIII fol. ultimo post uariae medi aevi carmina (B. II p. 726, M. 861):

Summa Virgilii in his uersibus continetur:
Feruēt amore Paris. Helenam rapit. utitur armis
Graecia. pugnatur. diruta Troia iacet.
Exul at Aeneas fugit. aequora circuit. intrat
Italiam. Turnus uincitur. Alba manet.

ubi u. 3 Exulat uulgo, quod correxi; melius inscribi Summa Iliados et Aeneidos recte monet L. Muellerus mus. Rhen. XIX p. 124

183 (B. II 184, M. 858). De tribus codicum familiis (optima ZC, media PE, pessima B) cf. praef. p. 22 || Item uersus octauiani cesaris augusti de laudanda et confirmanda arte librorum Publii Maronis post mortem illius Z Epigramma Aug. Caesaris quod Aeneidos Vergi cremare uetuit P Item epigramma a. cesaris in confirmatione eorundem librorum E a uersu 25 incipiens Octauiani cesaris augusti uersus de laudanda ac adfirmanda arte uirgilii post mortem illius incipiunt B (carent fere titulo C) || 2 in ZCB: ad P || 4 A P Ha ZC: At B | indignum] hoc dignum B | diues] ab igne Klotzius diui! Heynius

Et poterunt spectare oculi nec parcere honori 5
 Roma suo ductumque operis seruabit amorem?
 Pulcher Apollo ueta! Musae prohibete Latinae!
 Liber et alma Ceres succurrite! uester in aruis
 Miles erat, uester docilis per rura colonus.
 Nam docuit quid uer ageret, quid cogeret aestas, 10
 Quid pater autumnus, quid bruma nouissima ferret.
 Munera telluris largae ratione notauit,
 Arbuta plantauit, sociauit uitibus ulmos,
 Curauit pecudes, apibus sua castra locauit. 14
 Illum, illum Aenean nesciret fama perennis, 16
 Docta Maroneo caneret nisi pagina uersu: 17
 Haec dedit ut pereant ipso, si dicere fas est? 15
 'Sed legum est seruanda fides: suprema uoluntas 18
 Quom mandat fierique iubet, parere necesse est'.
 Frangatur potius legum reuerenda potestas 20
 Quam tot congestos noctuque dieque labores
 Auferat una dies supremaque uerba parentis

5 Et ZCB: Nec P (unde Haec ego olim) | poterint Z; an poterit sp. oculis? | parcere honori ZCB: parceret hiatu P || 6 Roma. Klotzius: Flamma codd. | suo ZCB: pio P | ductumque ZCB: tantūque P (unde tantoque ego olim) | operis ZC: operi PB | seruauit PB | amorem ZB: honorem C honore P || 8 aruis scripsi: armis codd. || 9 uester docilis] docilis etiam P || 12 solus hic habet P, post 27 Z: om. CB | Munera P: Totaque Z (num Dona que?) | large P: larga Z | nouabit P || 13 plantauit ZC: formauit PB. || 14 locauit ZP: dicauit CB || 16 et 17 om. B. 15, 16, 17 ponunt ZCP, quod ante me iam unus ex C correxit || 16 illum ZC: ipsum P | (a)eneam C | nesciret fama ZC: nescisset (sset obscura) roma P | ennis euaniada in P || 15 ipso scripsi: ipsum codices || 18 fides et B | suprema (suprema P) uoluntas PBC: reuerenda potestas Z e u. 20 || 19 Quom scripsi: Quo PB Quod ZC | fierique ea pararique corr. P | parare P || 20 Frangatur ZCB: Rumpatur P | ueneranda C || 21 tot congestos ZC: totum gestos P tot post congestas B (cuius adseclae omittunt post) | noctuque dieque ZC: noctisque diesque P noctesque diesque B | laboris B || 22 Auferat ZCP: Hauserit B | dies] ie euaniada in P, qui supremaque — 24 piger omittit, pro quibus exhibet cruciataque pec====a frustra Id cinerem ferut ora nocens (cf. u. 34)

Amittant uigilasse suum. si forte premente
 Errauit sub morte piger, si lingua locuta est
 25 Nescio quid titubante animo non sponte, sed altis
 Expugnata malis odio languoris iniqui,
 Si mens caeca fuit: iterum sentire ruinas
 Troia suas, iterum cogetur reddere poenas?
 Ardebit miserae narratrix forma Creusae?
 30 Sentiet appositos Cumana Sibylla uapores?
 Uretur Tyriae post funera funus Elissae
 Et iurata mori, ne cingula reddat, Amazon?
 Tam sacrum soluetur opus? tot bella, tot enses
 In cineres dabit ira nocens et perfidus error?
 35 Huc huc, Pierides, date flumina cuncta, sorores:

23 Amittant ZC: Amittat B | uigisse (la suprascr. m. 2) Z; num uiguisse? | premente scripsi: superbum ZB superba C supremum Heinsius (at cf. u. 22) soporus Buechelerus || 24 sub Z: in CB iam Oudendorpius | piger supra lin. m. 2 Z | loquuta est P || 25 incipit E | titubante animo ZCB: fugiente anima PE | sed] & P || 26 languoris Z | iniquis P || 27 et 28 om. PE; inter 27 et 28 Z habet 12 || 28 p(o)enas ZC: uoces B || 29—32 sic habent ZC: 31, 30, 32 (om. 29) PE, 31 (om. 29, 30, 32) B || 29 forma C: fama Z (unus ex C); cf. mus. Rhen. XXXI p. 609 || 30 appositos ZC: applicitos E applicator P | cumana ZC: turbata PE | sibylla ZE | uapore P || 31 Uretur ZC: Unitur P Infertur E Ardebit B | tyri(a)e uel tiri(a)e ZCPE: miserae B (qui scil. ab Ardebit miserae u. 29 ad u. 31 aberrauerit) | funera ZC: uulnera PEB | funus Wakefieldus: uulnus codices | elise Z helissae E alissae B || 32 ne ZC: nec PE | singula E | amator Z mazon E, corr. m. 2 || 33 et 34 om. PE || 33 ignes, suprascr. t enses, Z || 34 ira Z: ora B (et P supra ad u. 22), inter ora et hora (sic uulgo) fluctuant C || uu. 35—38 omittunt EP, qui eorum loco praebent:

Dii meliora date ac sensu reuocate parentem,
 Pace uiri liceat tanti, nec commoda linguae
 Diuitis intereant, per quam romana iuuentus
 Aeternum florere potest uerum quod iusserat ille

(1 Dii om. P — sensum nocentem E; 3 Diuites et iuuenta P;
 4 Aeternam P — forere E); quae apparet interpolata esse, cum in classis EP archetypo uu. 35—38 euaniadi essent || 35 cuncta CB: uestra Z

Expirent ignes, uiuat Maro doctus ubique
 Ingratusque sui studiorumque inuidus orbis
 Et factus post fata nocens! quod iusserat ille,
 Sit uetuisse meum. satis est: post tempora uitae
 Non taceat, meritum aeterna resonante Camena 40
 Carmen, et in populo diui sub nomine numen
 Laudetur placeat uigeat relegatur ametur!

184

<SERVII VARI>

Iusserat haec rapidis aboleri carmina flammis
 Vergilius, Phrygium quae cecinere ducem.
 Tucca uetat Variusque; simul tu, maxime Caesar,
 Non sinis et Latiae consulis historiae.
 Infelix gemino cecidit prope Pergamon igni, 5
 Et paene est alio Troia cremata rogo.

36 Expirent **ZC**: Et spirent **B** | doctus **ZC**: ductus **B** ||
 37 Ignarusque **Z** | num sibi? | orbis **Z**: orbi **CB** || 39 Sit **E**
 (errore felici): Si **ZCPB** | uetuissem ista **P** | satis est post **ZCB**:
 nam post sua **EP** sacer est post uulgo | interpunctionem post
 uitae uulgo positam deleuit Burmannus || 40 Non taceat meritum
 aeterna scripsi: Non taceat mecum aeterna **ZC** Non taceat
 immo aeterna **EP** Immo sit aeternus **B** | resonantiae **P** reso-
 nate **E** || 41 om. **EP** | nomine numen scripsi: nomine nomen **Z**
 numine nomen **B**, fluctuant inter utrumque **C** (numine numen
 unus) || 42 placeat uigeat **Z**: placeat uiuat **EP** (duo. ex **C**) uigeat
 placeat **B** (tres ex **C**)

184 (B. II 174, M. 222) inter 185 et 183 extat in codicibus
 recentibus (praef. p. 22 sq.); Seruii Vari esse dicit Probus in uita
 Vergilii; ex errore tamquam Sulpicii Carthaginensis carmen ad-
 fertur a Donato p. 63 Reiff.; cf. praef. p. 44 sq.; inscribit unus ex
 codd. rec. Supplicat idem ualerius martialis uel ut dicitur
 Sulpitius Kartaginensis, omittunt ceteri || 1 malim rabidis ||
 2 Virgilius codd. rec. || 3 uariusque codd. Donati: uarusque
 codd. rec., Probus || 4 Non tibi sed Probus || 5-6 om. Probus ||
 6 cremata codd. rec., codd. Donati plerique: cremata sepulta
 Donati Sangallensis, unde sepulta Hagenus

Vnde supra

185

Temporibus laetis tristamur, maxime Caesar,
 Non uno amisso (quod gemo) Vergilio,
 Sed uetuit relegi, si tu patiere, libellos,
 In quibus Aenean condidit ore sacro.
 Roma rogat precibusque isdem tibi supplicat orbis,
 Ne pereant flammis tot monumenta ducum.
 Anne iterum Troiam, sed maior, flamma cremabit?
 Fac laudes Italum, fac tua gesta legi
 Aeneidemque suam fac maior Mincius ornet:
 10 Plus fatis possunt Caesaris ora dei.

De equis aeneis

186

Quae manus hos animauit equos, quibus aere rigenti
 Currere uelle dedit et in aethere quaerere cursus?
 Spirant aérias inuoluere cursibus auras,
 Arte citi sed mole graues properante metallo.

185-187 hoc ordine extant in **S** inter 411 et 412
 185 (B. II 176, M. 869) praeter **S**, qui ad carmen in se
 perditum (ut puto, c. 184) spectans ita ut dedi inscribit, habent **Z**
 (praef. p. 20) cum titulo Decasticha cornelii poetae praefecti
 egipti uirgilii maronis amici ad octavianum augustum et eidem
 qui c. 184 praebent codices recentes, sic uel similiter inscribentes
 Supplicat Cornelius Gallus ad Augustum ne comburatur Aeneis ||
 2 Non scripsi: Hoc **SZ** codd. rec. | amisso **Z** codd. rec.: amis-
 sum **S** | quod **S**: quem **Z** codd. rec. | Vergilio Francius: uir-
 gilium **SZ** codd. rec. || 3 relegis si **S** | patiere **S**: patiare **Z**
 codd. rec. || 4 aeneam codd. rec. | condecondedit **S**, corr. m. ant. ||
 5 precibusque isdem **S**: precibusq; idem **Z** (sic uel precibus
 totus codd. rec.) || 6 monumenta **Z** | ducunt (t expuncta inc.
 qua m.) **S** || 7 Anne Barthius: Adq; **S** Atque **Z** (sic uel Nempe
 codd. rec.) | cremauit **S** || 8 gesta **S**: facta **Z** codd. rec. ||
 9 Aeneidemque (En.) suam codd. omnes: Aeneamque suam edd.
 aliquot uett.; puto Aeneadesque suos | maior num ex u. 7 irrep-
 sit? | mincius **S**: mitius **Z** nuntius (nuncius) codd. rec. || 10 fatis
 puto uetitis (scil. Vergilii) | diei **S**
 186 (B. V 175, M. 1105) in solo **S** || 1 quis sepe **S**, corr.
 Salm. || 2 uellit dedit **S** || 3 erias **S** || 4 sed] puto nec

187

Thema: Turne, in te suprema salus

Turne, o spes Italum, custos fortissime regni,
 Si properes! muros arces ciuesque Latinos
 Non solitis urguet Troianus uiribus hostis.
 Sed potiora premunt. quare mi ignosce fugaci:
 Nec pugnae inferior nec belli, crede, relictor 5
 Adserar, armatus metuendo fulmine miles.
 Nec culpam discrimen habet; nam bella minatus
 Nunc gerit Aeneas: reuerendi fulgor Olympi
 Ex umbone tonat, caelestes concita flammās 10
 Hasta iacit, oculis elatusque ingerit ensis
 Fulgura, progeniesque dei testata uigorem
 Numinis antiqui spoliauit fulmine caelum
 Et tulit arma Ioui. quod felix turba deorum
 In saeuos quondam potuit conferre Gigantes,
 Aeneas nunc solus habet urbisque ruinam 15
 Saeuo Marte parat; Italasque euertere turres
 Ariete non crebro, non torti turbine saxi
 Disponit (spernit belli tormenta magister),
 Set memor, exitio Troiam sic esse sepultam,
 Iam torres, non tela, iacit: scit quippe tyrannus, 20
 Iliacas sine torre domus stetisse per aeuum.

187 (B. I 175, M. 1612) in solo s || tit. Tema et supr. ex
 subr. s (cf. Aen. XII 653) || 1 o *Burm.*: om. s | fortissimi s ||
 3 urguet (u *alt. supra lin.*) homanus s || 4 mi *scripsi*: nun s
 nunc *uulgo* (quae nunc *Burm.*) | ignosce fugaci s || 5 pugna
Burm., qui et bello cr. relicto || 6 metuendo *Burm.*: timendo s |
 fulmina s, *correxi* | post miles *interpuncti* || 7 discrimen *scripsi*:
 nec crimen s | abet s | minatus *Burm.*: mutatus s || 8 Dum
uulgo | reuerendo s | fulgor *scripsi*: fragor s | olimpi (y *supra*
prior. i) s || 9 concida s || 10 elatusque *scripsi*: flatus s elatus
Burm. adflatusque *Oudend.* | ingeret (i *supra alt. e*) s || 11 Ful-
 gora s || 13 tullit s | puto bellax || 14 saeuus s || 16 Saeuo (o ex u) s |
 uertere s || 17 Ariete non crebro *scripsi*: Non ariete graui s
 18 Dissponit s | tormenta s || 19 Set (uel At) *scripsi*: Et s
 exitii s, *correxi* || 20 torres *scripsi*: faces s | iacit] it in ras. s
 tyrannus s || 21 Iliacas s | torre *scripsi*: face s | stetisse *cor-*
rumpit; num superesse?

Heia age, curre, precor: te mater rexque Latinus,
 Turba senum, lacrimans Lauinia uirgo requirit.

Thema Vergilianum: nec tibi, diua parens 188

Dedecus o iuuenum turpisque infamia Teucrum,
 Qui segnis per bella iaces, mens perfida et amens,
 Non uirtute potens, non belli maximus auctor,
 Ignauus tu semper eris semperque fuisti,
 5 Naufragus atque miser segnisque in praelia ductor!
 Nec non est aliud, quod maius crimen obibis.
 Iamque tuo generi quia semper perfidus extas,
 Non equidem miror. non est ex tempore natum:
 Antiquos imitaris auos, periuria patrum.
 10 Nec, fama ut, Veneris pulchrae de stirpe crearis
 Nec pater Anchises uestraeque est Dardanus auctor
 Gentis, sed durae tigres lapidesque sinistri
 Te genuere uirum, siluae montesque profani;
 Ubera quaeque tibi et potum admouere malignum,
 15 Quae tibi perfidiam mixtam cum lacte dederunt.

De libris Vergili ab asino comestis 189

Carminis Iliaci libros consumpsit asellus.
 O fatum Troiae, aut ecus aut asinus!

22 precor s: puer *uulgo* | rexque] x et u *supra lin.* s ||
 23 labinia s

188 (B. I 174, M. 1611) in solo s post 421, ante 155 habe-
 tur || in tit. Tema uirg. s (cf. Aen. IV 365 sqq.) || 2 signis s |
 iaces *scripsi*: foris s | mens *Oudendorpius*: gens s || 3 uelli s ||
 4 Ignab; tus s || 5 adq; s || 6 obibit s, *corr. Oudend.* || 7 quod
uulgo || 9 abos s || 10 fama ut *scripsi*: non aut s | pulchra s,
correxi | creatus *Oudend.* || 11 ancises s | est *scripsi*: aut s ||
 12 durae] daret (t *puncto notata*) s | lapidisq; s || 14 quaeque
Burm.: que s || 15 mixtam *scripsi*: myxtū (ū in o *corr.*) s mixto
uulgo | dederant s

189-190 in s extant inter 399 et 400

189 (B. II 183, M. 835) in STV || tit. uergili T: uirgili s
 uergili V | comesti s; in V litterae sino comestis ante De libris ||
 1 illiaci s T | consumpsit T consumpsit (t *supra s*) V || 2 equus TV

190 CORONATI locus Vergilianus:

Viuo equidem uitamque extrema per omnia duco
 Aspera diuerso laxatur uita dolore
 Et morti uicinus eo uiuitque dolori
 Aegra salus: nostras cruciant dum flamina mentes,
 Vitae flatus abit. quantos post Pergama casus
 Vidit item praeclara manus, quos saepe dolores 5
 Pertulit atque iterum quas sensit Troia ruinas!
 Plus cecidit post fata Phrygum: tunc ipsa cremata est
 Ignaris incensa suis reciduaque morti
 Iuncta est et casum meruit miseranda malignum:
 Traditur infestis semper noua praeda procellis 10
 Et flammam habet ipsa suas taedasque ministrat
 Sola sibi; non lucis eget, non ignibus umquam:
 De facibus micat ipsa suis lumenque nigellum
 Possidet infelix semper. quas aequoris iras,
 Quas caelique aethraeque lues miserabile uulgu 15
 Pertulit, errantes saeuus Tritonis in undis!
 Atque domus mihi pontus erat Phrygiique penates
 Et quasi iam pirata fui; lacrimisque profusas
 Inter aquas *siccabat homo nostroque profecto*

190 (B. I 176, M. 549) in ST || tit. T(h)ema incip locus uergilianus (uirg. S) uiuo eqs uiri clarissimi (uc T) coronati ST; pergit S ursus XXIII habetque in marg. XX rubro col. (cf. praef. p. 6); locus sumptus ex Aen. III 315 || 1 lassatur Burm.; malim iactatur || 2 moriti T | uiuiq; T || 4 abiit ST | quantus S | ergama T || 5 Viditem S Vidit idem T, correxi (enim uulgo) || 6 Pertullit adq; S | qua T || 7 facta S | frigū S frigoco T | tunc scripsi: nunc ST || 8 Ignatis ST, correxi; In natis uulgo || 9 est bis S | casum codd.: caesum uulgo | malignum scripsi: maritum codd. || 10 noua ex nouā corr. S | praeda scripsi: nupta codd. || 11 flamas T || 12 egit S || 15 caeliq; aethraeq; scripsi: caeli terraeq; S et (q; omittens) T | uulnus T || 16 Pertullit S | saeuus Burm.: sepius codd. | erit onis T || 17 Atq; T: Ad S (Adq; Salm.); puto lamque | frigiūq; S fruguq; T || 18 perata T | lacrimiq; T | profusas scripsi: profusus (in -sis corr.) S profusis T || 19 secabat T m. 1 | temptauit Oudendorpius stagnabat humus nostrasque pr. Fl. addebat

20 Fluctibus addebant; fluctus crescebat in astra,
 Et mihi naufragium nostri fecere liquores.
 Iam mulier sibi nauta fuit, iam Virginis astrum
 Vidit uirgo, potens fortes torquere rudentes
 Et remis aptare manus; curaue uigente
 25 Nocte uigil fuerat: non norat femina somnum.
 Sideribus nam docta poli (labor ipse magistram
 Fecerat astrorum) norat uenientia fata.
 Non uer tranquillum fuerat, non mollior aestas;
 Sideribus tempus requiem non denique norat.

<INCERTI>

191

Tristia fata tui dum fles in Daphnide Flacci,
 Docte Maro, fratrem dis immortalibus aequas.

ALCIMI de Vergilio.

192

De numero uatum si quis seponat Homerum,
 Proximus a primo tunc Maro primus erit.
 At si post primum Maro seponatur Homerum,
 Longe erit a primo, quisque secundus erit.

20 fluctus S: fluctibus T | astris codd., corr. Oudend. ||
 22 astri T || 26 nam ego: iam codd. | puto ipse peritam ||
 27 Fecerit T | n̄ erat T || 29 Sederibus T || finem deesse putat
 Riesius; potius totus pannus uu. 22—29 ut obscurus ita fortasse
 hinc alienus

191 (B. II 202, M. 865) sine titulo accedit ex Rehdigerano
 (praef. p. 24) et Ambrosiano (ib. p. 23) || 1 Ristia Rehd. ||
 2 diis Rehd.

192 (B. II 178, M. 256) extat in Y cum titulo Alcimi de
 uirgilio, sine titulo in Laurentiano 39, 23 (praef. p. 23) || 2 tum
 Laur. || 3 seponat Laur. || 4 scds Y

193

<INCERTI>

Maeonium quisquis Romanus nescit Homerum,
 Me legat et lectum credat utrumque sibi.
 Illius immensos miratur Graecia campos,
 At minor est nobis sed bene cultus ager.
 Hic tibi nec pastor nec eques nec derit arator: 5
 Haec Grais constant singula, trina mihi.

194

<INCERTI>

Pastor arator eques paui colui superaui
 Capras rus hostes fronde ligone manu.
 E capris pastis, rure e sato et hoste subacto
 Nec lac nec segetes nec spolia ulla tuli.

193 (B. II 173, M. 254) extat in B(ritannico; praef. p. 10), P(atino; praef. p. 20), L(aurentiano; praef. p. 23), H(auniensi; praef. ibid.), A(mbrosiano; ibid.), qui carent titulo; Vergilius de se ipso inscribit *Rehdigeranus* (ibid. p. 23), Alcimi uel Alcinoi codex Barthii *Aduers.* XIX 24 || 1 romanū H | omerum B || 2 cf. *Ouidii A. A. I 2* | lecto A || 3 miretur H solus || 4 est H quoque | bene ABHLP: mage *Ascensius, cod. Barthii* || 5 Hic tibi nec pastor nec curuus deerit (deherit A) arator codices, quod correxi; bellorum mentionem cum propter illud trina u. 6 requirerent, Itali Non miles, pastor (pastor, miles alii), curuus non (uel non curuus) defit arator *reposuere*; potius uisum est remoto superfluo illo curuus (quod ubi librarius archetypū a nec ad nec aberrauit interpolatum est) restituere id quod commendat comparatum c. 194, 1

194 (B. II 203, M. 249) extat in H(auniensi; praef. p. 23) sine titulo, A(mbrosiano; ibid.) sic inscripto Epitaphiū sup uirgiliū, h(arleiano; praef. ibid.) cum titulo Maro mories h' edidit, l(ansdowniensi 762 saec. XV—XVI; cf. *mus. Rhen. XXXI p. 604*) inscripto epitaphium publici Virgilio maronis, g(othano IV 1047 saec. XV), w (codice *Wattenbachii*; cf. *Anzeiger f. Kunde d. deutschen Vorzeit* 1867 p. 111) || 1 colui] seu Ahw (e u. 3) || 2 Capras, sic cum ceteris H | fronde ligone manu H1: quaeque (quodque w) labore graui Ahgw || 3 et 4 om. Hgw || 3 E scripsi: De Ah Ex 1 | rure e sato et hoste scripsi: rure sato et hoste 1 rure sato hosteque A rureque sato: hoste h || 4 nec spolia ulla Ah: pascua nulla 1

<INCERTI>

195

Aeneas et Amor, pariter locus atque Cupido
 Sunt nati Veneris diuersis patribus orti.
 Anchises primum genuit Mauorsque secundum,
 Vulcanus quartum, Ioue natus tertius astat.
 5 Eloquio primus dulcis; dat amara secundus,
 Tertius illecebras, feruorem denique quartus.

<INCERTI>

196

Cum sua cornua Luna
 Condit in aere prima,
 Signat abunde sequentes
 Imbre madescere soles.
 5 Si dabit ore ruborem
 Virgineum aurea Phoebe,
 Monstrat in orbe futuros
 Flamina fundere uentos.
 Puraque si sit in ortu
 10 Cynthia uespere quarto,
 Totius haec erit index
 Mensis arescere soles.
 Iam maculis ubi mane
 Sol uariauerit ortum,

195 habetur in codicibus *Philippico* 2290 saec. XIV (inter *Aeneida* et c. 183) et *Canoniano* lat. 52 saec. XIV fol. 138 post *Aeneida* sine titulo; primus edidi *mus. Rhen. XXXI p. 96* || 2 partibus codd., correxi || 5 dat amara (olim datque arma) scripsi: dat arma codd.

196 extat in P(arisino 9344 saec. XI) inter alia horum carminum uergilianorum (praef. p. 24 sq.) sine titulo, unde primus edidi *mus. Rhen. l. l. p. 91*. est cento ex Vergilio *Georg. I 351 sqq.*, cuius de metro in talibus descriptionibus usitato cf. *Diomedes p. 560, 24 K.*; ceterum serae est aetatis (saec. V) || uersus in P ita positi ut 2 iuxta 1, 4 iuxta 3 et sic in ceteris conlocentur || 5 Sidabit P || 6 Virgineo P, correxi (cf. *Georg. I 430*) || 8 Flammae P, correxi || 14 ortu P, correxi (*Ge. I 441*)

Fit notus imbre ruenti 15
 Arboribusque sinister.
 Ast ubi pallidus ipse est,
 Crastina uel rubet hora,
 Hinc fluit horrida tectis
 Et ferit omnia grando 20

* * *

Igneus hic notat euros,
 Caeruleus docet imbres,
 Et rutilans maculosus
 Fundere dat mare uento. 25
 Denique si occidet auro,
 Lucidus aut micet ortu,
 Permanet aether amoenus:
 Cede pauescere nimbos.
 Etsi aquilone moueri
 Cernis in arbore frondes, 30
 Te leuis aura docebit,
 Tempora credere clara.

* * *

Dumque polum astra relinquunt
 Flamina terga sinentes,
 Iam male tum sibi curuis 35
 Temperat unda carinis;
 Hinc super ardea nubes,

15 nothus P | imbre ruenti *temptavi*: imbre & uentis P (imbre satisque, quod commendat Ge. I 444, nimis remotum) || 18 hora scripsi (ex Ge. I 425): ortu P || post 20 nulla in P lacuna; at cf. Ge. I 450 sqq. || 23 maculosos P, correxi || 24 uentos P, correxi (Ge. I 455) || 25 auro scripsi: euros P || 26 micet pro micabit, ut saepe apud ultimae aetatis scriptores (cf. u. 5 et 9) || 30 frondes ex forndes corr. P || post 32 nulla in P lacuna || 34 fortasse Flammea | sinentes corruptum (cf. Ge. I 367) || 35 tum sibi scripsi (Ge. I 360): flumina P || 37 ardua P, correxi (Ge. I 364)

Mergus et aequore scandit,
 Hinc fulicaeque marinae
 Littore ludere pergunt. 40
 Si tonat en domus euri,
 Si zephyrique resultant,
 Si boreasque coruscat
 (Maxima turbinis arma haec):
 Vallibus effugit hinc grus 45
 Et lacus ambit hirundo,
 Coruus et agmina confert,
 Garrit et improba cornix,
 Bucula hinc bibit auras
 Naribus ardua spectans, 50
 Hinc canit horrida rana,
 Vermis et efferit oua.
 Ast *potus imbre notaret*,
 Aethera quando serenent,
 Cum bene sidera splendent
 Et micat ore Selena. 55
 Haec tibi signa manebunt
 Omnia tempore tuta;
 Ast tua cura ualebit
 Noscere iura polorum. 60

<CENTONES VERGILIANI>

197

* * *

Ipsa manu patiens immensa uolumina uersat
 Adtolliatque globos. sonuerunt omnia plausu.

38 Mergat et aequora P, correxi (ibid. 361) || 40 Littora P, correxi (ibid. 362) || 42 zepheriq; P m. 1 || 48 Garrizet P, ut uidetur || 53 ptus imbre notaret P corrupte (notus uel polus i. notabit conieci) || 56 Selena scripsi: si luna (i supra u) P; ceterum r (i. e. require) ponitur ante uu. 53 sq. in P || 58 tuto P
 197 (E. I 171, M. 1608). in abrupto hoc carmine incipit fol. 1 S

Tunc Cererem corruptam undis emittit ab alto.
 Septem ingens gyros, septena uolumina traxit,
 Lubrica conuoluens et torrida semper ab igni. 5
 At rubicunda Ceres oleo perfusa nitescit.
 Scintillae absistunt, opere omnis semita feruet.
 Feruet opus redoletque, uolat uapor ater ad auras.
 Instant ardentis ueribusque tremantia figunt,
 Conclamant rapiuntque focis onerantque canistris. 10
 Vndique conueniunt pueri innuptaeque puellae.

198

De alea

Artis opisque tuae, tua si mihi certa uoluntas,
 Expediam dictis donum exitiale Mineruae.
 Tu uatem, tu, diua, mone. nunc ipsa uocat res
 Et furiis agitatus amor; protentus in octo
 Ipse dies agitat festos pro nomine tanto. 5
 Effera uis animi numeros et nomina fecit.
 Ossa minutatim fundo uoluuntur in imo.
 Mille nocendi artes. uarium et mutabile semper
 Artificis scelus, atque inprovida pectora turbat.
 Per uarios casus leuium spectacula rerum 10
 Intenti ludo exercent rapiuntque ruuntque
 Incerti, quo fata ferant, atque aere sonoro
 Insanire libet: duris dolor ossibus ardet.
 Omnibus extemplo magnum dat ferre talentum,
 Qui uocat; adrectae mentes stupefactaque corda 15

2 cerem s | mundis s || 5 torrida s || 6 Ad s | perfusa (ex percusa) nitescit s || 8 Feruet ex -uen s | redolenq; s || 9 ueribus.que s

198 (B. III 81, M. 1613). De alea rubro colore (ut omnes tituli) s || 1 tuae om. s, add. Burm. ex Aen. VIII 377 (opus rarae Salm.) || 2 minuere s, corr. Salm.; an Minerua? || 3 Tu uadē s || 4 furtis s, corr. Salm. || 7 uolu. ex uulu. corr. s || 9 adq; s || 12 adq; here s, corr. Salm. || 12 Insaniret s || 14 exemplo s, corr. Salm.

Vota metu duplicant; tantaest uictoria curae.
 Ergo ubi delapsae, mixto premit agmine turba:
 Consilium ore gerunt: subitus tremor occupat artus.
 Tunc certare odiis. multos alterna reuisens
 20 Lusit et in solido rursus Fortuna locauit:
 Aut doluit miserans inopem aut inuidit habenti.
 Multa uiri nequicquam inter se uulnera iactant
 Et tenues rumpunt tunicas, caecique furore
 Hinc metuunt cupiuntque, dolent gaudentque. quid ultra?
 25 Vidi oculos ante ipse meos me uoce uocantem,
 Contulimusque manus: *experto* credite, quantus
 Corde dolor! quid non mortalia pectora cogis?
 Monstrum horrendum ingens tot sese uertit in ora.
 Tu potes unanimes armare in proelia fratres:
 30 Aere residentis de uita et sanguine certant.
 Tunc duo Trinacrii iuuenes noctesque diesque
 Intenti ludo exercent fulgentiaque aera
 Accipiunt redduntque: remittunt omnia fati.
 Conueniunt, quibus ipsa procul discordibus armis
 35 Fundit humi facilem uictum iustissima tellus,
 Aut qui diuitiis soli incubuere repertis:
 Considunt transtris nati melioribus annis;

16 tanta est s, *correxi* (tantae Salm.) || 17 misso (o supra lin.) s, corr. Burm. ex Aen. XI 880 || 18 ore gerunt *scripsi*: querendum s quaerens Salm.; cf. Aen. IV 477 | subitus s, corr. Salm. | arte s, corr. Burm. || 19 alterna s || 20 Ludit s, corr. Salm. | furtuna s || 21 inuidi s || 23 tunica — forore s || 24 Hic s, corr. Burm. ex Aen. VI 733 | meduunt s | gaudentque s, corr. Salm. | quid (uel neque) add. Burm.: om. s || 26 Contulimusq; s | *experto* Vossius (ex Aen. XI 283): me s || 27 cogis ex cocis corr. (m. 1?) s || 28 Monstrum (s supra lin.) s | tot om. s, add. Salm. || 29 unanimes s (cf. *codd.* Aen. VII 335) || 30 Herenitendi s, corr. Salm. || 31 trinacri s || 32 Intendunt s, corr. Salm. ex Aen. VII 380 | fulgentiaq; s, corr. Salm. || 33 Accipiuntq; s | remittunt *scripsi*: remittunt s; uerba r. o. f. non sunt Vergilii | fati, sic (ti ligatis) s || 34 ista — artis s, corr. Salm. || 36 incub. in incub. corr. s

Multi praeterea, quos fama obscura recondit,
 Stant circum.
 Tunc uero ad uocem celeres miserum inter amorem 40
Experiuntur et in medium quaesita reponunt;
 Pro se quisque uiri summa nituntur opum ui.
 Nec mora: missus adest fati sortisque futurae.
 Scinditur incertum studia in contraria uulgas.
 Hinc atque hinc ardent animi: uox omnibus una est. 45
 Et quamuis socium certent superare priorem,
 Ina petunt: qua umbris facilis datur exitus, inde
 Praecipites pariterque ruunt, non deficit ullus.
 Vos, o Calliope, precor, adspirate canenti,
 Quae loca quique habeant homines, ubi sistere detur. 50
 In summo collem, qui plurimus
 alter ab illo
 Est locus, quem iuxta sequitur, quo deinde sub ipso
 Hic locus est partis semper sublimis: at illum
 Quinque tenent ebuli bacis minioque rubentem.
 Terna tibi haec primum fundo uoluuntur in imo. 55
 Sunt alii, quos ipse uia sibi repperit usus.
 Triginta magnos aduersosque orbibus orbes
 Eloquar, ut primo leuium spectacula rerum,

38 recundit s || 40 uocē ex uoces s | celerem s, corr. *Burm.* |
 morē ex morēs s, corr. *Is. Vossius* || 41 Ludunt s, quod ex
 glossa inlatum intellegens *Burm.* Experiuntur reponerat ex *Georg.*
 IV 157 || 45 adq; s || 47 Iā appetunt s, corr. *Salm.* | qua umbris
 scripsi (cf. *Aen.* VI 894): quamueris s quamuis *Salm.* ueris
Burm. postea umbris pro inde restituens; liberius, ut saepe,
 mutatur *Maro* || 48 runt s | 48 ullus scripsi: tales s alter *Burm.*
 ex *Aen.* VI 143 || 50 homine. subsistere s, corr. *Is. Vossius* ||
 51 plurimus alter ab illo s, lacunam significauit || 52 quem]
 hunc *Salm.* | quo *Burm.* (*Aen.* V 323): quis s || 53 at illum
Burm. (*Georg.* I 242): ab illo s e. u. 51 || 54 epuli uacis
 nimioq; s, corr. *Salm.* || 56 Nunc agequos ipsa uiam s, corr.
Burm. (*Georg.* II 22) | reperit s || 57 Triginta s | altermosque
mauolt *Burm.* ex *Aen.* V 584 | orrib. orbes s || 58 ut (=ut tamen)
 primo scripsi: uel prima s an sileam *Burm.* (*Aen.* III 39) ||

Mores et studia et populos et praelia uictis,
 60 Expediam, sed summa sequar fastigia rerum.
 Primus habet; capit ante locum fremituque secundo
 Prima tenet; ardent animi risuque soluto
 Voce uocant.
 Tunc uero in curas animo diducitur omnis,
 65 Quem petit, obtutuque haeret defixus in uno
 Atque animum nunc huc celerem nunc diuidit illuc
 Spemque metumque inter secumque ita corde uolutat.
 Vt primum discussae umbrae et lux reddita menti,
 Sortitus fortunam oculis sic incipit ore:
 70 'Quae nunc deinde mora est? ueniam, quocumque uocaris;
 Quin age, si qua animo uirtus, et consere dextram:
 Efficiam, posthac ne quemquam uoce lacessas.'
 Dixit et ad bellum magna ter uoce uocauit,
 Terque quaterque simul uox ingeminata remugit.
 75 Tunc uariae comitum facies et pallor in ore;
 Nunc uicti tristes, nil magnae laudis egentes
 Deponunt animos et inania murmura miscent.
 Quondam etiam uictis redit in praecordia uirtus
 Victoresque cadunt, quoniam fors omnia uersat.
 80 Hic victor superans reddi sibi poscit honorem
 Talia uociferans: 'da, non indebita posco.
 Quin age, si quid habes, quo me decet usque teneri'
 Clamat.

59 et studia *Salm.*: estudia s | populum s, corr. *Burm.*
 (*Georg.* IV 5) | praelia uictus s, corr. *Burm.* (praemia maluit
Riesius, sed cf. l. l.) || 61 capitate s, corr. *Burm.* || 62 tenens s,
 corr. *Riesius* (*Aen.* V 338) | ardent om. s, add. *Burm.* (*Aen.*
 II 316) | risuque *I. Vossius* (*Georg.* II 386): rursusq; s || 64 animo
 ex mos s || 65 petis s; correxi || 66 adq; s || 67 inter om. s,
 add. *Salm.* || 69 fortunam s || 70 Quam — quodeūq; s || 71 qua
 nimo s, corr. *I. Vossius* || 72 nequicquam uoces s, corr. *Burm.*
 (*ecl.* III 51) || 73 Dixit et ad bellum scripsi: Dixit adq; cum s
 (et e curru *Riesius male ex Aen.* XII 681) || 74 ingemitata s ||
 76 Nuc s | nihil s || 79 Victores ex *Victures* s || 80 redit sibi
 (bi supra lin.) s || 81 indeuita s || 82 decit s

Tunc uero uictus socios simul increpat omnis,
 Nomine quemque uocans. illi obstipuerunt silentes; 85
 Non ipsi inter se sortem miserantur iniquam,
 Sed grauius uario noctem sermone requirunt.
 Visceribus miserorum atque inter pocula laeti
 Cantantes laetique animos conuiuia curant.
 Ecce autem elapsus, genitor quem miserat urgens, 90
 Vnus natorum longo post tempore uenit.
 Hos aditus iamque hos aditus omnemque pererrat
 Vndique circuitum aditumque per auia quaerit.
 Verum ubi nulla datur dextra exsuperare potestas,
 Constitit in digitos et toto uertice supra 95
 Obnixus latis umeris et robore duro
 Et super incumbens, furiis accensus et ira,
 Talia uoce refert:
 'Quo, moriture, ruis? quae te dementia ducit?
 Non uires alias conuersaque numina sentis? 100
 Cede locis!
 Talia fatus erat pressoque obmutuit ore.
 Ille autem, cui fata parent et Iupiter hostis,
 Deserit *inceptum* conuersaque numina sentit.
 Postquam illum uita uictor spoliavit et auro, 105
 Tunc uero ardentes oculi atque adtractus ab alto
 Spiritus interdum gemitu; furor iraque mentem

84 socios *ex -us* § || 85 silentis § || 87 sermonē § || 88 adq;
 § || 89 laetique animos *non Vergilianum et fortasse corruptum* ||
 90 elapsus *Burm.*: me lapsus § | misera turgens § (*Arcens Aen.*
 IX 583) || 91 natorum § || 92 iamq; huc §, *corr. Burm.* || 93 cir-
 cumitum § || 94 Verumbi §, *corr. Salm.* | dextra] caecum *Aen.*
 VII 591 || 95 digito sed §, *correxi* (digitos sed *Burm.*) || 96 robore
Burm. (*Aen.* XI 893): pectore § pectore firmo uel toto *idem*
Burm. (*Aen.* VI 261, I 717) || 99 moritur. eruisq; te dementia
 dementia ducit §, *corr. Salm.* (cepit *Verg.*) || 100 nomina § ||
 101 Caede § || 103 Illa (*sc. Fortuna*) *Riesius* | facta § | Iupiter § ||
 104 inceptum *Burm.* (*Aen.* IX 694): *om.* § | conuersa numine
 sedent §, *corr. Burm.* (*Aen.* V 466); an conuerso numine cedens? ||
 105 illo § || 106 adq; § || 107 gemitus §

Praecipitant, maestis late loca questibus implet,
 Multa gemens ignominiam plagasque superbi
 110 Victoris, caput et glauco uelatus amictu
 Ardua tecta petit intusque ad limina nota
 Vulnus alit guttisque umectat grandibus ora.

Narcissus

199

Candida per siluam primaeflores iuuentus
 Adsidue ueniebat: ibi haec caelestia dona
 Et fontes sacros insigni laude ferebat
 Insignis facie longumque bibebat amorem,
 5 Intentos uoluens oculos, securus amorum.
 Dum stupet atque animum pictura pascit inani,
 Expleri mentem nequit ardescitque tuendo
 Egregium forma iuuenem, quem nympha creatat:
 Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.
 10 His amor unus erat, dorso dum pendit iniquo,
 Oblitusue sui est et membra decora iuuentae
 Miratur rerumque ignarus imagine gaudet.
 Illicet ignis edax secreti ad fluminis undas
 Ipsius in uultu uana spe lusit amantem
 15 Et praeceps animi collo dare brachia circum
 Ter conatus erat nec, quid speraret, habebat.

108 Praecipitant mestis § || 109 ignominiam *Burm.* (*Georg.*
 III 226): animo retines § || 110 et *Burm.*: *om.* § | clauco § ||
 post 110 § *habet* Et pariter sua rursusque ad limina tendit,
 quod ut *glossema ad u. seq. deleuit Burm.* || 111 intusque (*Aen.*
 VI 726) *scripsi*: irasq; § rursusque *Burm.* *ex Aen.* VII 491 ||
 112 Vulnus alit *scripsi* (*Aen.* II 2): Victus agit § (*abit*
Burm.)

199 (*B.* I 146, *M.* 669). 1 Candida per siluam § | iouen-
 tus § || 3 sacro § || 4 Et insignis § | uiuebat § || 5 securus § ||
 6 adq; § || 8 nymfa § || 10 pendit § || 13 Illicet § || 16 conatus]
 co *supra lin.* § | nec] ne § | abebat §

200

MAVORTI Iudicium Paridis

Pictus acu tunicas et barbara tegmina crurum
 Forte recensebat numerum sub tegmine fagi.
 Horrescit uisu subito et memorabile numen
 Aut uidet aut uidisse putat. 'quo tenditis' inquit
 'Caelicolae magni? pacemne huc fertis an arma?' 5
 Ad quem tum Iuno supplex his uocibus usa est:
 'O lux Dardaniae, Troianae gloriae gentis,
 Quam diues pecoris, niuei quam lactis abundans
 Es proprii, seruent distenta e lacte capellae
 Vbera! nec metas rerum nec tempora pono: 10
 Haec tibi semper erunt, hic inter flumina nota
 Sponte sua sandyx pascentis uestiet agnos.
 Praeterea sceptrum dabitur, Troiane, quod optas.
 Talibus orabat Iuno. Tritonia Pallas
 Orsa loqui, nimbo effulgens et Gorgone saeua: 15
 'Disce, puer, uirtutem ex me uerumque laborem,
 Militiam et graue Martis opus; sit pectore in isto
 Vulnere dirigere et calamos armare ueneno.'
 Has inter uoces, media inter talia uerba
 Sic contra est ingressa Venus, male numen amicum, 20
 Nuda genu, nudos ceruix cui lactea crines
 Colligit in nodum; rosea ceruice refulsit
 Et uera incessu patuit dea. ille repente
 Obstipuit subitaque animum dulcedine mouit

200 (B. I 147, M. 282) Mavortii in tit. s || 1 acus s, corr. Salm. || post 1 Burm. inseri uult 29 || 3 uiso — nomen s, corr. Salm. || 4 pudat s || 5 nonne magnae? || 6 uno suplex s || 8 habundans s || 9 Et proprio s, correxi; Tam propriae Burm. (uerba maiorem partem non Vergilii sunt) | seruent scripsi: fuerint s | distenta s, correxi (distenta ferent tibi Burm.) || 12 sandyx s || 15 Vrsa s || 18 dirigere s (at cf. codd. Aen. X 140) || 20 Sic I. Vossius: Si s | numen male s, corr. Wakkerus (Aen. II 735) || 21 nudos suspectum; num flores? (Aen. XII 605) || 22 Corripit s, corr. Schraderus || 23 illa s, corr. Burm. || 24 dulcedine s

25 Et mentem Venus ipsa dedit. decus enitet ore
 Exultatque animis et se cupit ante uideri.
 'Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos,
 Sic cytiso pastae distendant ubera uaccae:
 Formosi pecoris custos, formosior ipse,
 30 Aspice nos tantum, Lacedaemoniosque hymenaeos
 Coniugio iungam stabili propriamque dicabo
 Reginam thalamis Phrygio seruire marito.'
 Ille deae donis ac tanto laetus honore
 Vltro animos tollit dictis ac talia fatur:
 35 'Iam iam nulla mora est neque me sententia uertit.
 Do quod uis; licet arma mihi mortemque minetur,
 Me tamen urit amor. ueniam quocumque uocaris;
 Tu modo promissis maneas'. ea uerba locutus
 Vendidit hic auro patriam. dux femina facti.
 40 Nec mora, continuo penetrat Lacedaemona pastor
 Ledaeamque Helenam Troianas uexit ad urbes,
 Et si fata deum, si mens non laeua fuisset,

Hippodamia

201

Pandite nunc Helicon, deae, nunc pectore firmo
 Este duces, o si qua uia est, et pronuba Iuno;
 Pallida Tisiphone, fecundum concute pectus!
 Non hic Atridae aut scelus exitiale Lacaenae:

25 ipsam s || 26 Exultatq; (alt. t supra lin.) s || 27 grineas s, corr. Salm. (ecl. IX 30) || 28 citiso s | bacee ex bacchee s, corr. Salm. || 30 umeneos ex -entos s, corr. Salm. || 32 frigio s || 33 hac tantos letos (-tus corr.) s || 35 sententiam s || 36 minetur s, corr. Riesius (Aen. XI 348) || 37 ueniam s || 39 uendedit — femina s || 40 conti=nuo (erasa uidetur m) s || 41 Ledeamq; s | troianas ex -nam s || post 42 Burm. addit Aen. II 54 sq.

201 (B. I 170, M. 1607). Hippodamia s || 1 illicona s || 2 os si s | pronubia s || 3 tissifone fec. (ex sec.) s | concipe s, corr. Salm. || 4 aut Burm.: nec s (cf. Aen. IX 602; et Aen. VI 511) | exitiale lacene s

Hic crudelis amor. nunc illas promitte uires, 5
 Maius opus moueo: quaesitas sanguine dotes
 Et scelerum poenas inconcessosque hymenaeos.
 Vrbs antiqua fuit; fama est obscurior annis.
 Quid memorem infandas caedes et facta tyranni?
 Ausi omnes inmane nefas irasque minasque. 10
 Quis tam crudelis optauit sumere poenas!
 Hic, qui forte uelit currus agitare uolantis,
 Inuitat pretiis animos et praemia ponit.
 Tormenti genus incertum de patre ferebat.
 Fama malum; incautum dementia cepit amantem, 15
 (Horresco referens): rapido contendere cursu
 Conposuit legesque dedit populosque propinquos
 Infelix habuit thalamus. ruit omnis in urbem
 Magnanimus heroum primaueo flore iuuentus.
 Vndique conueniunt et uirginitatis amore 20
 Contendunt petere, dubii seu uiuere credant
Sive extrema pati, miseri, quibus ultimus esset
 Ille dies, uitamque uolunt pro laude pacisci.
 Post, ubi confecti cursus, circensibus actis
 Supplicia expendunt iuuenes ante ora parentum;
 Linquebant dulces animas et corpora patrum. 25
 Pro molli uiola, pro purpureo narcisso
 Ora uirum tristi pendebant pallida tabo
 Vestibulum ante ipsum saeuique in limine regis
 Terribiles uisu formae inposuere coronas.
 Quin ipsae obstipuerunt domus noctesque diesque; 30

5 promitte s || 6 quaesita s || 7 inconcessoq; ymeneus s ||
 9 tyrranni s || 10 inmanes s || 11 obtauit s || 12 uellit s || 13
 ponis s || 14 torm. ex turm. s || 16 curso s || 17 populusq; s ||
 18 thalamus ex - mos s | omnes s || 19 Magnanimi s, corr. *Burm.* || 21
 pedere. dubiis eum uiuere creda s (et dubii *Burm.*) || 21^a om.
 s, add. *Burm.* ex *Aen.* I 219 et II 248 (dubii oppetere seu u.
 cedat ille dies *Walkerus*) || 24 parenti s, corr. *Burm.* || 25 par-
 tu s || 26 purpureo s || 27 pendebat s || 28 nestipulum s | regi
 s || 29 uiso s || 30 stupuere *Burm.* ex *Georg.* IV 481

Vmbrae ibant tenues, odium crudele tyranni
 Saepe queri et longas in fletum ducere uoces.
 O uirgo infelix, iam fas est parcere genti!
 Pestis et ira deum crudeli funere uirgo,
 35 Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.
 Tempore iam ex illo nil magnae laudis egentes
 Deponunt animos scelerata excedere terra.
 Ecce inter sanctos ignis, dum sacra morantur,
 Et iuxta genitorem adstat lasciuia puella,
 40 Cui pater et coniunx, si qua fors adiuet ausum,
 Ora puer prima signans intonsa iuuenta,
 Pictus acu chlamydem et barbara tegmina crurum
 Venit. amor fidens animi atque in utrumque paratus.
Inclusum ut buxo aut Oricia terebintho
 Lucet ebur, tantum egregio decus enitet ore.
 45 Postquam introgressi et coram data copia fandi,
 Rex prior adgreditur dictis atque increpat ultro:
 'Quo, moriture, ruis? quae te dementia cepit?
 Aut quisnam ignarum conubia nostra petentem
 Inssit adire domos? quidue hinc petis?' inquit,
 50 'Poenarum exhaustum satis est miseretque pudetque:
 Pone animos et pulsus abi; miserere tuorum!
 Non fugis hinc praeceps, dum praecipitare potestas?
 Sunt aliae inuptae: thalamis ne crede paratis!
 Ne pete conubiis natam: dabis, inprope, poenas.'
 55 Ad quae subridens paucis ita reddidit heros:

31 tyrranni s || 36 magnim (i ex u, sed e supra im) s | egentē s ||
 37 scelerati excidere s || 38 scos, sic s || 39 iusta s | lasciba s ||
 40 coniunx] n alt. supra lin. s | adiubet s || 41 prima signa.
 signans s, corr. *Salm.* | iubenta s || 42 clamidem s || 43 atque
 om. s, add. *Burm.* (*Aen.* II 61) || 43^a om. s, add. *Burm.* (*Aen.*
 X 136) || 45 cupia s || 46 adq; s || 48 quisquam s, corr. *Schra-*
derus (*Aen.* III 338) || 49 domos ex domus s | inquit s || 50
 exhaustum s | putetque s || 51 Poene s | pulsos abimisere s ||
 52 potestas *Burm.* (*Aen.* IV 565): poetas s || 54 num Neu? |
 pede conubius s | inprope penas s || 55 Adq; s | reddidit s

'Hostis amare, quid increpitas mortemque minaris?
 Ne tantos mihi finge metus tam fortibus ausis.
 Nec mortem horremus, nec nos uia fallit euntis:
 Quo res cumque cadent, nec me sententia uertit.
 Audentes Fortuna iuuat. stat, quidquid acerbi est, 60
 Morte pati; quo fata trahunt retrahuntque, sequamur.
 Talia dicentem iam dudum auersa tuetur
 Causa mali tanti multos seruata per annos.
 Qualis gemma micat, fuluum quae diuidit aurum,
 Inter utramque uiam talem se laeta ferebat, 65
 Ac ueluti Pariusue lapis circumdatur auro
 Arte noua, talis uirgo dabat ore colores
 Insignis facie, oculos deiecta decoros.
 Vritur infelix, subitoque accensa furore
 Stare loco nescit. quis enim modus adsit amori? 70
 Nulla Venus, nulli quondam flexere hymenaei;
 Solus hic inflexit sensus. dum plurima uoluit
 In partisquē rapit uarias, famulumne parentis
 Audeat affari, quae prima exordia sumat,
 Incipit effari, mediaque in uoce resistit. 75
 Versanti potior uix haec sententia sedit:
 Custodem ad sese per noctem plurima uoluens
 Intra tecta uocat funditque has ore querellas:
 'Quis nouos hic nostris successit sedibus hospes?
 Ire iterum in lacrimas misera et tam dira cupido? 80
 En quid ago? aut quae iam spondet fortuna salutem
 Per tot ducta uiros? quo nunc certamine tanto?
 Umbrarum hic locus est, quo me decet usque teneri.

56 minatis s || 57 medos s || 58 morte s | uiam s || 59 sen-
 tentiam s || 60 iubat s | acerui s || 61 morti s | traunt re-
 trauntq; s || 64 migat s | fuluumq; s || 65 utrumque s | talem
 ego: tale s talis uulgo || 66 Hac s | auro ex aurum s || 69 acensa
 forore s || 71 nulli ex nulla s | fexere hymenei (ex -enti) s ||
 73 famulam nec s, corr. *Burm.* (*Aen.* V 95) || 74 effariq; s
 75 in uoca s || 76 sedet s || 77 costodem s || 78 fundetq; s
 81 quemnam—fortunā salute s, corr. *Burm.* (*Aen.* XII 637)
 82 quo *Burm.*: qui s || 83 decit s

Respice ad haec, miserere animi non digna ferentis:
 85 Ora manusque ambas defunctaque corpora uita
 Et funus lacerum, caput et sine nomine corpus.
 Argumentum ingens: currusque rotasque uolucris
 Falle dolo. dolus an uirtus, quis in hoste requirat?
 Accipe daque fidem.' media inter talia uerba
 90 Luctantem amplexu molli fouet; hoc decus illi
 Venturum excidio, uana spe lusit amantem.
 Tandem pauca refert: 'tuos, o regina, quid optes,
 Explorare labor. uincant quos uincere mauis.
 Testor utrumque caput, mihi iussa capessere fas est.
 95 Vnum pro multis dabitur caput.' atque ita fatue
 Ergo iussa parat, spe multum captus inani,
 Scilicet id magnum sperans fore munus amanti.
 Artificis scelus et taciti uentura uidebant,
 Vnius in miseri exitium uentura sub axem.
 100 Oceanum interea surgens Aurora relinquit,
 Iam sole infuso, magnae sub moenibus urbis.
 Graecus erat, fama multis memoratus in oris,
 Nec uisu facilis nec dictu affabilis ulli.
 Vndique uisendi studio turbante tumultu
 105 Conueniunt, quibus aut odium crudele tyranni
 Aut metus acer erat puerique parentibus orbi
 Et trepidae matres et lamentabile regnum.
 Flent maesti mussantque patres, hic cara sororum
 Pectora maerentum, quibus est fortuna peracta.
 110 Hos inter motus stat ductis sortibus urna.
 Tunc loca sorte legunt. extemplo arrectus uterque
 Stat sonipes ac frena ferox spumantia mandit.
 Nec mora: continuo uasto certamine tendunt

89 fide s || 91 amentem s || 95 adq; s | fatur *Burm.* || 96
 spem s || 97 id *Burm.*: hic s || 99 axem *Burm.*: ase s || 100 Oc-
 ceanum s | relinquet (t ex corr.) s || 101 menib; s || 103 effabilis
 s || 104 tumulto ex -tu s || 105 tyrranni s || 106 'sacer s || 108
 mussantq; ex muscantq; s || 109 furtuna s || 110 modus s ||
 111 arr.] r prior supra lin. s || 112 hac s

Custodes lecti atque arrectis auribus adstant
 Orantes ueniam; certatur limine in ipso. 116
 Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur,
 Discessere omnes medii, signoque repente,
 Qua data porta, ruunt. sic densis ictibus heros
 Stridore ingenti atque oculis uigilantibus exit,
 Incumbens umero; sonitu quatit ungula campum. 120
 Dant animos plagae, pronique in uerbera pendent
 Pro se quisque uiri; tunc caeco puluere campus
 Conditur in tenebras, qua proxima meta uiarum,
 Et longum superant flexu caecique furore.
 Illi inter sese de uita et sanguine certant. 120
 Regina e speculis miro proberabat amore
 Omnia tuta timens, quoniam fors omnia uersat.
 Audit equos, audit strepitus, timet omnia secum
 Praescia uenturi. sed spes incerta futuris.
 Et proni dant lora: uolat ui feruidus axis, 130
 Liquitur, in medioque ardentem deserit ictu.
 Carpit enim uires et, haec ut cera liquescit,
 Excoquitur uitium, tum nititur acer et instat.
 Vertitur interea et scelus expendisse merentem
 Matres atque uiri uoces ad sidera iactant. 136
 Dum trahitur curruque haeret resupinus inani,
 Radit iter laeuum interior subitque priorem
 Praeterit et super haec inimico pectore fatur:
 'Istic nunc, metuende, iace uetitosque hymenaeos
 Sume, pater frustra que animis elate superbis. 140

114 Custodes s | adq; s (sic et 116 et 119) || 115 Orantes
 (e ex u) s || 117 mediis. ignoq; s || 118 runt s || 120 sonitum
 quatit s || 122 campus ex -pos s || 123 proximat meta uirū s ||
 125 Inter illis sedent uesano sanguine s, corr. *Burm.* (*Aen.* VIII
 452 et XII 765) || 126 Regin e s || 127 timmens s | uessat (*alt.*
s supra lin.) s || 128 strepitus (*erasa do*) s || 129 futuri *Aen.*
 VIII 580; cf. *Burm.* || 130 uolat ui *Burm.*: uolauit s || 135 adq;
 s | uocesq; s, corr. *Oudendorpius* (*ecl.* V 62) || 136 trahitur s |
 here s || 137 supitoq; s || 139 Isti s | ymeneos s || 140 Summe
 s | superuis s

En qui nostra sibi tot iam labentibus annis
 Seruabat senior, nostrasne euadere demens
 Sperasti te posse manus circensibus actis?
 Hic tibi mortis erant metae: submitte furorem,
 145 Qui iuuenum tibi semper erat! sperauimus ista
 Et tandem laeti sociorum ulciscimur umbras.
 Dixit et e curru saltum dedit; ocius omnis
 Excipiunt plausu, caelum tonat omne tumultu.
 Ipse etiam eximiae laudis cum uirgine uictor
 150 Ibat ouans umeroque Pelops insignis eburno.
 Tunc uero exarsit iuueni dolor ossibus ingens.
 Olli (sensit enim simulata mente locutam)
 Nec latuere doli, caput horum et causa malorum:
 Tunc quassans caput haec effundit pectore dicta:
 155 'Me (adsum qui feci) — merui, nec deprecor' — inquit,
 'Spargite me in fluctus. en haec promissa fides est?
 I nunc, ingratis offer te, inrise, periclis.
 His etiam struxi manibus, deceptus amore.
 Nusquam tuta fides; uarium et mutabile semper
 160 Femina.' sic fatus liquidas proiecit in undas
 Aeternam moriens famam, quae maxima semper
 Dicitur aeternumque tenet per saecula nomen.

Hercules et Antaeus

202

Litus arenosum *ad* Libyae caelestis origo
 Alcides aderat, terrae omnipotentis alumnum
 Caede noua quaerens et ineluctabile fatum.
 Protinus Antaeum uasta se mole mouentem

141 labentib; s || 144 fur. ex for. s || 145 sperauimus] ui
supra lin. s || 146 tandem] t *supra lin.* s || 147 et e *Burm.*:
 ite s | currus altum dedi. tocius s || 148 plausum. cesum s, corr.
Burm. || 155 Me *Burm.*: Meme s | deprecor s || 156 me om. s ||
 157 li s | offerite s | periclis ex periculis s || 158 instruxi s,
 corr. *Burm.* (*Aen.* IV 680) || 161 famamq; s || 162 eternumq; s
 202 (*B.* I 45, *M.* 581). *tit. antheus* s || 1 ad *add. Riesius*
 (*Aen.* IV 257) | libiq; s || 3 et] per *Oudend.* || 4 anteam basta —
 mouentē s

Occupat, ille suae contra non inmemor artis 5
 Concidit atque nouae rediere in praelia uires.
 Adrepta tellure semel uim crescere uictis
 Non tulit Alcides et terra subleuat ipsum.
 Namque manus inter, conantem et plurima frustra
 Corripit in nodum nisuque inmotus eodem 10
 Auxilium solitum eripuit, corpusque per ingens
 Non iam mater alit Tellus uiresque ministrat.
 Verum ubi nulla datur dextra adrectare potestas,
 Illum exspirantem magnum Iouis incrementum
 Executit effunditque solo. ruit ille uolutus 15
 Ad terram, non sponte fluens, uitaque recessit.

203

Procne et Philomela

Aspice ut insignis uacua atria lustrat hirundo!
 Vere nouo maestis late loca questibus implet;
 Foetum infelicem maerens Philomela sub umbra
 Adsiduo resonat cantu miserabile carmen.
 Causa mali tanti coniunx thalamicque cruenti, 5
 Virginis os; notumque, furens quid femina possit.
 Hic crudelis amor: crudelis tu quoque, mater;
 Infelix puer, atque odium crudele tyranni.
 Progeniem paruam curaque iraque coquebant,
 Threicio regi cum iam securus amorum 10
 Coniugis infandae inter deserta ferarum
 Fas omne abrumpit, pariterque loquentis ab ore
 Decidit exanimis uox ipsa et frigida lingua:
 Hanc impune quidem dementia cepit amantem. 14

6 adq; nobe S || 7 Adreptat S, corr. *Burm.* | uicti *Oudend.*
 uicto *Pieronus* || tullit S || 10 inmodus S

203 (*B.* I 168, *M.* 689). Procne et filomela S || 1 hirundo S ||
 2 nobo S || 3 Foetum *Burm.*: Victum S | filomela S | ūbras S,
 corr. *Burm.* || 5 coniuncta. lamig; S || 6 ferens S, corr. *Burm.*
 8 adq; — tyranni (*sic et* 16) S || 10 Treicio S || 11 Coniugi S
 13 Occidit *Burm.* | et *add. Wakkerus: om. S (Georg. IV 525)*
 14 Aut S, corr. *Schraderus* | inpone S || post 14 posui uu. 18 et 19

18 Vulnera siccabat circum praecordia, 'sanguis,
 19 Accipe uocem' ait; ac saeuo sic pectore fatur:
 20 Pectore in aduerso saeui monumenta doloris
 16 Fertque refertque soror, crimenque et facta tyranni
 17 Sanguis ait, solidae postquam data copia fandi.
 20 Heu miserande puer, nunc te fata impia tangunt!
 Regalis inter mensas genitoris et ora
 Polluit ore dapes, quidquid solamen humandi est.
 Dum genitor nati morsu depascitur artus,
 Et soror et coniunx petierunt aethera pinnis.

Europa

204

Vulneris inpatiens hominum rerumque repertor
 Et faciem tauro propior descendit ad undas:
 Europam niuei solatur amore iuueni.
 Dulcibus illa quidem inlecebris in litore sicco
 6 Luserat, insignis facie, candore niuali.
 Saucius at quadrupes saltus ingressus apertos
 Forte fuit iuxta, superi regnator Olympi,
 Obtulerat qui se ignotum uenientibus ultro
 Virginibus Tyriis aurata fronte iuuenicum.
 10 At circum late comites per litora passim
 Diffugiunt uisu exsanguis taurumque relinunt,
 Sola (uouum dictu) contra stetit ora iuueni
 Ante Iouem: nam te uoluit rex magnus Olympi.
 Hunc Phoenissa tenet uasta se mole mouentem
 15 Purpureosque iacit flores omnemque pererrat,

19 ait ac *scripsi*: at S (ait *ante uocem Burm.*) || 16 sor S |
 et *Burm.: om. S* | fata S (*Aen. VIII 483*) || 17 solite S (*Aen. II*
 639) | cupia S || 22 uamdi S

204 (*B.* I 14, *M.* 575). 2 propior S || 3 iubenci S || 5 ni-
 bali S || 6 ad S || 7 superis S, corr. *Burm.* | olympy S || 8 Ob-
 tulerat S || 9 iouenicum S || 10 Ad S || 11 exsanguis S | relinunt
 er-gunt S || 12 nobum dictum S || 13 uoluit (*erata e*) —
 olimpi S || 14 Hun fenissaten, et — mobentē S || 15 Purpureosq;
 iacet S | oculisque *Cannegieterus* (totumque *Aen. IV 363*)

Ille autem spissa iacuit reuolutus arena.
 Inponit regina manum patiensque pericli
 Mollibus intexens ornabat cornua sertis.
 Hunc ubi contiguom summo tenus attigit ore
 Et super incumbens sertis et fronde coronat — 20
 Iam iam nulla mora est — animum labefactus amore
 Accepit uenientem ac mollibus extulit undis.
 Illi (sensit enim tuos, o clarissime, frater)
 Subsidunt undae, strauerunt aequora uenti.
 Nunc pelagi nymphae crinem de more solutae 25
 Suspensum et pariter comitique onerique timentem

 Egregia interea summa sublimis ab unda
 Prona petit maria et pelago decurrit aperto.
 Tunc laeua taurum cornu tenet in scia culpae
 Obliquatque sinus in uentum auramque patentem: 30
 Ille, manum patiens, uero properabat amore,
 Et ductus cornu rex omnipotentis Olympi
 Insuetum per iter tacitis subremigat undis;
 Perfidus, alta petens abducta uirgine praedo.

205

Alcesta

Egregium forma iuuenem pactosque hymenaeos
 Incipiam et prima repetens ab origine pergam,
 Si qua fides, animum si ueris implet Apollo.
 Iam grauior Pelias multis memoratus in oris

19 contiguō in -guū corr. s || 22 Accipit u. hac s, corr. *Burm.* | extullit s || 23 Ille s, corr. *Burm.* || 25 nimfe erimen de moret s | solutae *Oudendorpius*: tenentē s e u. seq. (*Aen.* III 65) || 26 Succedunt pariter *Burm.* | uentē s; timentes *Burm.* || post 26 u. periisse uidit *Riesius* || 27 Europa *Burm.* Regina *Klotzius* || 29 lenat aurum cornū s || 30 aurūq; s || 31 manū s, corr. *Burm.* (*Aen.* VII 490) | miro *Aen.* VII 57 || 33 subremigandis s, corr. *Heinsius* || 34 pedens s | adducta s, corr. *Burm.*

205 (*B.* I 172, *M.* 1609). 1 himeneos s || 3 uerus *Wakkerus* || 4 grauiter s, corr. *Burm.*

5 Rex erat et tantas seruabat filia sedes.
 Illam omnis tectis primaueo flore iuuentus
 Ardebat, sed res animos incognita turbat.
 Iura dabat legesque uiris, sub rupe leonem
 Aut spumantis apri cursum qui foedere certo
 10 Et premere et laxas sciret dare iussus habenas.
 Iamque aderat Phoebus ante alios dilectus amore;
 Ipse inter primos caput obiectare periclis
 Obtulerat, fidens animi fretusque iuuenta.
 Ergo iussa parat, multis comitantibus armis.
 15 Itur in antiquam siluam, stabula alta ferarum,
 Atque hic exultans animis patiensque pericli
 Optat aprum aut fuluum descendere monte leonem.
 Tunc breuiter super aspectans sic uoce precatur:
 'Sancte deum, summi custos Soractis Apollo,
 20 Quem primi colimus, tua si mihi certa uoluntas,
 Ibo animis contra nec me labor iste grauabit.'
 Nec mora nec requies; oranti et multa precanti
 Aethere se mittit auditque uocatus Apollo
 Et iuueni ante oculos his se cum uocibus offert:
 25 'Incipe si quid habes, si tantum pectore robur
 Concipis et si adeo dotalis regia cordi est:
 Mecum erit iste labor, mitte hanc de pectore curam'.
 Per siluam tunc saeuus aper, cum murmure montis
 Tum demum mouet arma leo uastoque sub antro
 30 Asper acerba tuens uasta se mole ferebat,
 Excutiens ceruice toros; ea frena furenti

6 primebo s || 7 turbant s || 8 subrepe s, corr. *Burm.* || 9 afri—fidere s, corr. *Burm.* || 10 lassas—abenas s || 11 foebus—dilectos s || 12 iactare s, corr. *Burm.* (*Aen.* II 751) || 13 Obtulerat—iubenta s || 14 cogitantib; s, corr. *Burm.* || 16 Adq; hinc s | animi s, corr. *Burm.* (*Aen.* II 386) 17 fulbum s || 19 soractes s || 20 uoluntas s || 23 Etere s || 24 iubeni—hi se s || 25 abes s || 27 eret s || 28 silluam s (siluas tum *Georg.* III 248) | seba per s (pro seb; aper) || 31 ea *Burm.* (*Aen.* VI 100): et s

Concutit et stimulos sub pectore uertit Apollo .

 Dat iuueni et tenuis *fugit* ceu fumus in auras:
 Ille autem inpauidus et munere uictor amici
 Emicat in currum et manibus molitur habenas. 35
 Vt uentum ad sedes, reddi sibi poscit honorem;
 Adiungi generum miro properabat amore.
 Tum sic mortalis referebat pectore uoces:
 'Non haec humanis opibus, non arte magistra
 (Accipio agnoscoque libens) tibi ducitur uxor, 40
 Omnis ut tecum meritis pro talibus annos
 Exigat et possit paruos educere natos.'
 Haec ubi dicta dedit, solio se tollit ab alto
 Iam senior mediisque parant conuiuia tectis.
 Interea magnum sol circumuoluitur annum 45
 Parcarumque dies et uis inimica propinquat
 Egregium forma iuuenem iam morte sub aegra:
 Iamque dies infanda aderat et tempora Parcae
 Debita conplerant crudeli morte sodalis.
 Vt primum fari potuit crinitus Apollo, 50
 Multa gemens casuque animum concussus amici,
 Ipsius ante oculos sic fatis ora resoluit:
 'Disce tuum, ne me incuses, uoluentibus annis
 Aduenisse diem; nam lux inimica propinquat.'
 Haec ubi defleuit, caeli cui sidera parent, 55
 Tunc sic pauca refert fatis adductus iniquis:
 'Phoebe, tot incassum fusos patiēre labores?
 Nil nostri miserere? mori me denique cogis?
 Eripe me his, inuicte, malis; miserere tuorum,

32 sup s || *uersum intercidisse uidit Burm. inserens* Vix ea fatus erat, currum geminosque iugalis || 33 fugit *om. s, add. Burm.* (*Aen.* V 740) || 35 Et migat in curru—mollitur abenas s || 37 tenerum s, *corr. Burm.* || 39 non arte *Aen.* XII 427: neque arte s || 40 agnoscoque s || 42 paruos adducere s, *corr. Burm.* (*Aen.* V 413) || 48 aderat] ad *supra lin.* s || 49 Deuita—sudalis s || 51 Multas—casumq; s || 53 uolentib; s

60 Si qua fata sinant, et eris mihi magnus Apollo.'
 Talibus oranti sic ore effatus amico est:
 'Desine fata deum flecti sperare precando.
 Sed cape dicta memor, duri solacia casus.
 Obiectare animam quemquam aut opponere morti
 65 Fas et iura sinunt; prohibent nam cetera Parcae.
 Audiat haec genitor: patet atri ianua Ditis;
 Hactenus indulsisse uacat.' sic fatus Apollo
 Mortalis uisus medio sermone reliquit.
 Tunc uero ancipiti mentem formidine pressus
 70 Obstipuit, cui fata parent, quem poscat Apollo;
 Ire ad conspectum cari genitoris et ora
 Cogitur et supplex animum temptare precando,
 Multaque praeterea longaeuo dicta parenti
 Cum fletu precibusque tulit, ne uertere secum
 75 Cuncta pater fatoque urgenti incumbere uelit;
 Ecce iterum stimulat, sed nullis ille mouetur
 Fletibus aut uoces ullas tractabilis audit.
 Tunc genitor natum dictis affatur amicis:
 'Non, ut rere, meas effugit nuntius auris;
 80 Infelix causas nequicquam nectis inanes.
 Hoc uno responso animum delusit Apollo.
 Stat sua cuique dies, lacrimae uoluuntur inanes.
 Vtere sorte tua: patet atri ianua Ditis.'
 Talia perstabat memorans fixusque manebat.
 85 Egregia interea coniunx in limine primo
 Agnouit longe gemitus (praesaga mali mens),
 Tunc sic pauca refert: 'quid, o pulcherrime coniunx,

55 defleuit (u *supra t erasa*) s | sydera s || 56 si s || 57 Fe- bet tot s || 62 flectis s || 64 oblectare s | quemquem s || 65 proibent nam cetera s || 66 patit atri—ianua (i *erasa*) s || 68 uisus s | reliquit (n *m. rec. supra iq*) s || 70 qua poscat s || 72 tempe- rare s || 74 fletu *ex -tum* s | uertere *ex uerteret* s || 75 factog; et uelit s || 76 nulli—s ille mobetur s || 77 illas s || 78 genitor *ex -tur* s || 80 Infelix—(*erasa ni*) causa s || 82 Stat uacuiq; s | uolu. *ex uulu.* s || 83 Itere—dictis s || 87 si s | pulcherrima con- iunx (*alt. n supra lin.*) s

Fare, age, quid uenias? quae causa indigna serenos
 Foedauit uultus? quae te fortuna fatigat?
 Quaecumque est fortuna, mea est.' et talia fata 90
 Demisit lacrimas factoque hic fine quieuit.
 Ille autem gemitus imo de pectore ducens
 Talia uoce refert: 'quid me alta silentia cogis
 Rumpere et obductum uerbis uulgare dolorem?
 Eloquar an sileam? luctum ne quaere tuorum; 95
 Vixi et, quem dederat cursum fortuna, peregi.
 Iamque dies nisi fallor adest; crinitus Apollo
 Hos mihi praedixit luctus, pro nomine tanto
 Obiectare animam seu certae occumbere morti.'
 At regina graui iamdudum saucia cura, 100
 Tristior et lacrimis et pallida morte futura,
 Deficit ingenti luctu (miserabile uisu)
 Atque illum, talis iactantem pectore curas,
 Talibus affata est dictis seque obtulit ultro
 Decreuitque mori: 'breue et inreparabile tempus 105
 Omnibus est uitae neque habet fortuna regressus:
 Sed moriamur', ait, 'nihil est, quod dicta retractent
 Concordes stabili fatorum numine Parcae,
 Si fratrem Pollux alterna morte redemit.
 Est hic, est animus lucis contemptor et istum 110
 Qui uita bene credat emi: noua condere fata
 Nec morte horremus; sub terras ibit imago,
 Si te fata uocant; in me mora non erit ulla.'
 Ergo aderat promissa dies lacrimansque gemensque
 Debita conplerat pesti deuota futurae. 115
 Testatur moritura deos stratisque relictis

89 foedauit s | q; te fortuna s || 90 fortuna s | et t. fata
 Burm. (Aen. VI 53): sic t. fatus s (fatur uulgo) || 91 lacrimans
 fatoq; || 92 immo s || 96 fortuna peregit s || 99 certe s || 103
 adq; s || 105 mori breue Burm.: breui mori s | insepar. s ||
 106 fortuna s || 108 numina s || 109 alternam s || 111 noba
 cundere s || 112 morte s: mortem uulgo || 115 Deuita s || 116
 dō(=deo) s | relictis s

Incubuitque toro dixitque nouissima uerba:
 'O dulcis coniunx, dum fata deusque sinebant,
 Fortunati ambo, scirent si ignoscere manes:
 120 Te propter alia ex aliis in fata uocamur.
 His lacrimis uitam damus et miserescimus ultro,
 Quod te per superos et conscia numina ueri,
 Per conubia nostra, per inceptos hymenaeos
 Adiuro et repetens iterumque iterumque monebo.
 125 O dulcis coniunx, castum seruare cubile
 Sis memor; extremum hoc munus morientis habeto,
 Si bene quid de te merui, lectumque iugalem
 Natis parce tuis. sic, sic iuuat ire sub umbras.
 Hanc sine me spem ferre tui, audentior ibo.
 130 Iussa mori feror ingenti circumdata nocte.
 Haec sunt, quae nostra liceat te uoce moneri.
 I decus i nostrum, melioribus utere fati.'
 Haec effata silet, pallor simul occupat ora.
 Nam quia nec fato ingeminat iam frigida cumba,
 135 Sed misera ante diem, matrum de more locuta,
 Multa patri mandata dabat, solatia luctus:
 Interea dulces pendent circum oscula nati;
 Illa manu moriens humeros dextramque tenebat
 Amborum et uultum. lacrimis ingressus obortis
 140 'O dolor atque decus magnum, sanctissima coniunx,
 Tu lacrimis euicta meis, per sidera iuro,
 Per superos, haerent infixi pectore uultus
 Verbaque; per caeli iucundum lumen et auras,
 Dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus,
 145 Fatorum oblitus, manet alta mente repostum;

117 Incupuitq; s || 119 ignoscere s || 123 inceptos (s supra
 lin.) himeneos (h supra lin.) s | 126 munos morienti s || 128
 pascere s, corr. Schraderus (Aen. X 532) | iubat s || 132 Hi decus
 sit n. s || 133 sumul s || 134 ingeminant s, corr. Burm. || 136
 Multo patria s || 137 circum om. s, add. Burm. || 138 Ille (a
 supra e) s || 140 adq; s | scitissima s || 143 iocudum lumen s ||
 145 Fatorum oblitus scripsi: Oblitus natorum s (fatorum Burm.
 ex Aen. V 703)

Quisquis honos tumuli, quidquid solamen humandi est,
 Seruati facimus. semper celebrabere donis,
 Et cum frigida mors anima seduxerit artus,
 Ipse tibi ad tua templa feram solemnina dona,
 Cui tantum de te licuit. neque enim ipsa feretur 150
 Fama leuis tantiuue abolescet gratia facti.
 Funeris heu tibi causa fui! quas dicere grates,
 Quasue referre parem fati sortisque futurae?
 Aeternam moriens famam tam certa tulisti,
 Contra ego uiuendo uici mea fata superstes 155
 Morte tua uiuens.' media inter talia uerba
 'Non lacrimis hoc tempus eget' Cyllenia proles,
 'Adceleremus' ait; 'nos flendo ducimus horas.'
 Regina ut tectis uenientem conspicit hostem,
 Agnoscit lacrimans sua nunc promissa repositi; 160
 'Tempus', ait, 'deus' ecce deus! cui talia fanti
 Dilapsus color atque in uentos uita recessit.

206

De ecclesia

Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis,
 Religione patrum laetum et uenerabile templum
 Hoc dedit esse suum superi regnator Olympi.
 Nam deus omnipotens, qui res hominumque deumque
 Aeternis regit imperiis 'quo tenditis?' inquit, 5
 'Hic domus est uobis; haec ara tuebitur omnis.
 Hic matres puerique simul mixtaeque puellae

146 honus s | huandi s || 149 tibi *Burm.*: tui s || 150 enim
 in ipsa s || 151 adolescet s || 152 eu (h m. rec. add.) s || 153 re-
 ferem s | fati. ortisq; s || 155 uice s || 156 uidens s, corr.
Burm. || 157 eget *Burm.* (*Aen.* II 522): ait s e u. seq. || 160
 agnoscens s || 162 Delapsus calor adq; inuentor s

206 (om. B. M., primus edidit W. H. D. Suringar *Traiecti*
 1867). *Mauortii esse centonem collegerunt ex additamento post*
u. 120 facto, ubi uide || De ecclesia s || 1 gentū | sublime colū-
 nes s || 2 Religionem petrū s || 4 res *Suringar* (*Aen.* I 299): rex
 s || 6 inquit s || 6 nobis s, corr. *Suringar*

Sacra canunt pariterque oculos ad sidera tollunt.
 Hic exaudiri uoces, hic nota precesque;
 10 Noctes atque dies ferit aurea sidera clamor.
 Postquam prima quies et facta silentia tectis,
 Incipit effari diuino ex ore sacerdos:
 'Accipite haec animis laetasque aduertite mentes,
 Matres atque uiri, pueri innuptaeque puellae,
 15 Discite iustitiam moniti et spes discite uestras.
 Haut incerta cano: deus aethere missus ab alto;
 Ipsius a solio regis uia prima salutis.
 Quem nobis partu sub luminis edidit oras
 Virginis os habitumque gerens: mirabile dictu,
 20 Tumore affecta est spiritu propiore marito.
 Sic noua progenies caelo descendit ab alto.
 Ast ubi iam firmata uirum te prodidit aetas,
 Negauere deum miseri, quibus ultimus esset
 Ille dies, quo furentes ac dira canentes
 25 Insontem magno ad regem clamore trahebant.
 Ille nihil, namque ipse uolens; seque obtulit ultro,
 Hoc ipsum ut strueret, uatum praedicta priorum,
 Prodere iussa dei, telluris operta subire.
 Primus ibi ante omnes sceptrum qui forte gerebat,

s Sagra s || 10 adq; s | feret s, corr. *Suringar* (*Aen.* II 488) ||
 12 tectis *idem* (*Aen.* I 710): noctis s || 14 adq; s || 15 iusticia
 s || 16 Aut s || 18 pastus sublimis eddidit ortus, corr. *Suringar*
 (*Aen.* VII 660) || 19 abutumq; s || 20 Tumore in hoc poeta sum
 ausus: More s | affecta ego: affata s | spu propiora canitque s,
corraei. Maria: affata est sp. propiore canitque *Lattendorfius*
 (*Fleck. ann.* 1871 p. 862) || 21 descendit s || 22 uirum *Suringar*
 (*ecl.* IV 37): deum s e u. seq. | prodedit s || 23 Negabere s;
Agnouere Suringar (*Aen.* IX 659) | ultissimus s || 24 quo
 scripsi: quando s (furentes, ut 36 furoribus) | hac s || 26
 sese *Suringar* (seque ex *Aen.* VIII 611 *stabilitur*) || 27 ut strueret
Sur. (*Aen.* II 60): instrueret s | uatumq; dicta s, corr. *Riesius*
 (*Aen.* IV 464, ubi piorum) || 28 Proderet s | tellusq; operta
 subiret s, corr. *Suringar* (*Aen.* VI 140) || 29 forte *Sur.* (*Aen.* XII
 206): uoce s

Sustulit ablutas lymphis ad sidera palmas 30
 Hoc dicens: 'equidem de isto nil tale uerebar;
 Nec fas, o miseri. quae tanta insania, ciues?
 Me non ulla dies tantis neque fortibus ausis
 Addiderit socium. uestra' inquit 'munera uobis,
 Vos animam hanc potius quocumque absumite leto.' 35
 Tum magis atque magis magnis furoribus acti
 Clamores simul horrendos ad sidera tollunt
 Et magis atque magis poenas cum sanguine poscunt.
 Has inter uoces medio in flagrante tumultu
 Arboris obnixus trunco (tibi, magne, tröpaeum, 40
 Omnipotens genitor!) palmas utrasque tetendit
 Teque uocans multo uitam cum sanguine fudit.
 Et tamen interea tua nati maxima cura
 Non tulit hanc speciem; grauius commotus et alto
 Dat clarum e caelo signum. nam tempore in illo 45
 Sol medium caeli conscenderat igneus orbem:
 Eripiunt subito nubes caelumque diemque
 Et nox atra polum bigis subuecta tenebat.
 Tris tenuit caeli spatium non amplius horas;
 Se repetens iterum sua clara in luce refulsit 50
 Aura die melior, rebus iam rite peractis.
 Inde datum molitur iter. iamque arua tenebat

30 Sustulit ablutas limis asidera s (ablutas lymphis, ut corr. Sur., non Vergili) || 31 equidē de isto scripsi: equitem in isto s equidem in iusto Riesius | uerebar scripsi (Aen. IX 207): repertus s repertum Suringar || 32 omnis eriq; tanta insania cieys s, corr. Suringar (Aen. II 42) || 32 non ulla scripsi: nulla s Me me nulla Sur. | die stantis s || 34 Addideret (t supra lin.) s | inquit s || 35 adsumite s || 36 Tū ex Tunc corr. s | adq; s (sic et 38) | fororib; s || 38 sanguina s || 39 fraglante s || 40 obnixos s || 42 uita s || 43 natim s; nati tua Suringar || 44 tullit s | comotus s || 45 Das Suringar || 46 igneos orbe s || 49 Triste nuit s | caeli ego (ecl. III 105): diei s | oras s || 50 Se scripsi: Te s Tum Suringar | sua] cf. Reposiani u. 93 (se Sur. sol Riesius) || 51 Aura die (Georg. I 208): Nona diei s Nunc adeo Salm. || 52 molitur iter s

Scrupea, tuta lacu nigro nemorumque tenebris.
 Vt statim ad fauces uenit graue olentis Auerni,
 55 Tum demum horrisono stridentis cardine portae
 Panduntur uastae solidoque adamante columnae;
 Sponte sua umbrosae penitus patuere caernae.
 Ingreditur linquens antrum; tum maxima turba,
 Vt uidere deum fulgentiaque ora per umbras,
 60 Ingenti trepidare metu. nec plura moratus
 Haec ait et dictis maerentia pectora mulcet:
 'Ne trepidate, meae animaeque umbraeque paternae:
 Vobis parta quies. genitor mihi talia namque
 Dicta dedit, prope uos haec limina tendere adegit.'
 65 Haec fatus animas, quae per iuga longa sedebant,
 Deturbat, antro miserans submittit aperto
 Et dicto parens supera ad conuexa reuexit.
 Interea magnam subito uulgata per urbem
 Fama uolat, illum expirantem sedibus imis
 70 Iam reuocare gradum superasque euadere ad auras.
 Obstipnere animis alii; set sanguinis auctor
 Se causam clamat crimenque caputque malorum,
 Et nodum informis leti trabe nectit ab alta
 Proque suis meritis superis concessit ab oris.
 75 Nec minus interea se matutinus agebat
 Ad socios, quibus in mediis sic deinde locutus
 Extulit os sacrum claraque in luce refulsit,

53 Stubrea s, corr. Salm. || 54 Actutum Suringar | aberni ||
 55 Tunc s (Aen. VI 573) | stritridenti s || 56 Vanduntur s, corr. Salm. | solido. quedam ante s || 57 sua et umbr. s | cabernę s ||
 59 ora s: arma Sur. tacite ex Aen. VI 490 || 60 trepidarem s ||
 61 ait] i supra lin. s | merenta s || 62 trepitate s | meae Sur.: me s || 63 partam s || 64 prope uos haec ego: uos prophę s propere haec nos Sur. | agit s, corr. Sur. (Aen. VI 696) || 65 q; per iura s, corr. Salm. || 66 Deturbatq; antro s (glossa atque accedente); Deturbatae Riesius | miseransque antro se immittit Suringar || 68 uulgatam s || 71 aliis et s, corr. Sur. || 72 Ne causā clama s, corr. Sur. | capueq; s || 74 meretis s || 75 sese matutinis s || 76 socius s

Omnia longaeuo similis, cunctisque repente
Improvisus ait:
 Ire iterum in lacrimas? coram, quem quaeritis, adsum.
 En perfecta mei cari praecepta parentis. 80
 Quare agite, o socii, tantarum in munere laudum,
 Ite, ait, egregias animas natique patrisque
 Sermonum memores pluuiam spargite lympha.
 Ipse, ubi tempus erit, omnis in fonte lauabo.
 Dixit et in caelum paribus se sustulit alis 85
 Conditus in nubem: hinc regia tecta subiuit
 Dona ferens uictor, cari genitoris et ora:
 Oscula libauit dextramque amplexus inhaesit.
 Huius in aduentum cernes a sedibus imis
 Eruiere et summas arces et moenia uerti 90
 Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari.
 Tunc autem innumerae gentis populique frequentes
 Terrentur uisu subito. rex omnibus idem
 Iura dabit populis pariter subigetque fateri,
 Quae quis aput superos furto laetatus inani 95

 Sed uos, o lecti, ferro (pro nomine tanto,
 Quod superest) moriamur et in media arma ruamus.
 Sanguine quaerendi reditus animamque litando.
 Haec ubi pro meritis, finem dedit ore precandi.
 Succedunt alii graues aetate ministri: 100

78 longaeuo s, corr. Sur. || post 78 hiare textum intellexit Rieseus Impr. ait addens || 79 lacrimas ex -mis s || 81 os socii s | munera s, corr. Sur. (Aen. VIII 273) || 83 pluuiam — limpha s || 84 lauabo s || 85 sustulit s || 86 dehinc Sur. || 87 ori Rieseus || 88 Oscula s || 89 cernes a Suringar: certis a s Erebi de Rieseus || 90 et add. Sur.: om. s | summae arces s, corr. idem | moenia s || 91 adq; s || 92 frequenter s, corr. Sur. || 94 dabat s, corr. Sur. | subigetque idem: subieq; s || 95 Quo quis Sur. (contra stante Aen. VI 568); melius Rieseus u. intercidisse uidit || 96 Seduo solerti s || 98 animamq; litando s (animaque litandum Aen. II 118) || 99 Hunc Sur. Hic Rieseus || 100 graues s (grandes uel aliique graues Sur.)

Pars in frustra secant onerantque altaria donis;
 Tum demum pueri et pauidae longo ordine matres
 Stant circum.
 Quos ubi confertos manus circumtulit omnes,
 105 Sic prior adgreditur mensas atque incipit ipse;
 Et postquam primus summo tenus adtigit ore,
 Accipiunt proceres pariterque antistites omnes
 Et pueri rudes; sequitur tunc cetera pubes.
 Protinus ad reditum quisquis ac tecta domorum
 110 Tendimus et laetum semper celebramus honorem.
 Cumque *abortio* clamaretur 'Maro iunior!', ad praesens
 hoc recitauit:
 Ne, quaeso, ne me ad talis impellite pugnas!
 Namque erit ille mihi semper deus, ille magister.
 Nam memini (neque enim ignari sumus ante malorum):
 Formosum pastor Phoebum superare canendo
 115 Dum cupit et cantu uocat in certamina diuos,
 Membra deo uictus ramo frondente pependit.

Medea <tragoedia>

207

<M.>Esto nunc Sol testis et haec mihi Terra precanti

101 in frustra s | honorantq; alteria s, corr. Salm. || 102 pauidae s || 102 Stant circum in u. 103 s || 103 manus s, uox non Vergiliana corrupta uidetur (munus Rieseus panem Suringar etiam omnes circumtulit unda proponens) || 105 adq; s || 108 tunc] quos Salm. ex Aen. V 74 | pubes Salm.: rudes s || 109 Proditus s | ad tecto domosū s || in prosa abortio s; Ma-uortio Iuretus; puto ab auditorio | recitauit s; quod ita poterit retineri, ut poeta centonarius carmen antea recitatum post edidisse ipse censeatur (recitauit Iuretus) || Neque sone me s || 112 mihi ille s || 113 maiorum s, corr. Salm. || 114 febū s | canendū s

207 (B. I 178, M. 235). Medea inscribit s; auctor fuisse uidetur Hosidius Geta secundum Tertullianum de praescript. haeret. c. 39: uides hodie ex Vergilio fabulam in totum aliam componi materiam secundum uersus, uersibus secundum materiam concinnatis. denique Hosidius Geta Medeam tragoediam ex Vergilio plenissime exsuxit || Medae nomen ante i om. s, add. Rieseus

Et dirae Vltrices et tu, Saturnia Iuno!
 Ad te confugio, nam te dare iura loquuntur
 Conubiis. si quid pietas antiqua labores
 Respicit humanos, nostro succurre labori,
 Alma Venus! quicumque oculis haec aspicias aequis,
 Accipite haec meritumque malis aduertite numen!
 Quid primum deserta querar? conubia nostra
 Reppulit et sparsos fraterna caede penates.
 Quid Syrtes aut Scylla mihi, quid uasta Charybdis
 Profuerit mediosque fugam tenuisse per hostis?
 Inprobe amor, quid non mortalia pectora cogis?
 Iussa aliena pati iterumque reuoluere casus,
 Ire iterum in lacrimas. sed nullis ille mouetur
 Fletibus, infixum stridit sub pectore vulnus.
 Extinctus pudor atque inmitis rupta tyranni
 Foedera et oblitus famae melioris amantis
 Oblitusue sui est: lacrimae uoluuntur inanes.
 Nusquam tuta fides, uana spe lusit amantem
 Crudelis. quid, si non arua aliena demosque
 Ignotas peteret, pro uirginitate reponit?
 Heu pietas, heu prisca fides! captiua uidebo
 Reginam thalamo cunctantem ostroque superbo —
 Haut impune quidem, si quid mea carmina possunt!

Chorus Colchidarum

Rerum cui summa potestas,
 Precibus si flecteris ullis
 Et si pietate meremur,
 Nostro succurre labori.

5 Respice humano n. succurrere labri s || 6 uenus aut quicumq; s || 9 Repulit s || 10 sirtes — scilla — caribdis s || 11 ostis s || 12 pectora om. s, add. Salm. || 14 mouetur s || 16 adq; — tyranni s || 17 Federa s || 18 sup est s | uuluuntur s || 21 peteret hec pro s, corr. Burm. || 22 fides et hec captiua s, corr. Scriuerius || 23 thalami cunctantes s || 24 Aut inpone s || tit. chorus colchitarum s rubr. litt. (sic ubiuis fere in person. notis)

Et tu Saturnia Iuno,
 Cui uincla iugalia curae,
 Oculis haec aspicias aequis?
 Nemorum Latonia custos
 Triuiis ululata per urbes,
 Sic nos in sceptris reponis?
 Quid, o pulcherrime coniunx,
 Potuisti linguere solam,
 Per tot discrimina rerum
 Nequiquam erepte periclis?
 Manet alta mente repostum,
 Quam forti pectore et armis
 Medioque ex hoste recepit
 Quaesitas sanguine dotes.
 Felix, heu nimium felix,
 Dum fata deusque sinebant!
 Nescis heu perdita necdum,
 Quae te dementia cepit
 Caput obiectare periclis.
 Haec nos suprema manebant,
 Ignes araeque parabant?
 Nostram nunc accipe mentem:
 Vaginaque eripe ferrum
 Ferroque auerte dolorem!

Creon. Medea

Cr. Femina, quae nostris errans in finibus hostis,
 Flecte uiam uelis; neque enim nescimus et urbem
 Et genus inuisum et non innoxia uerba;

33 Tribiis ex -bius s || 35 pulcherrime s || 37 totum in totu corr. s || 38 periclis s || 40 Quem s || 40^a om. s, add. Burm. || 42 heu (h supra lin.) s || 43 dsque s || 44 eu s | necdum] nescis puto || 48 Ignes scripsi: Hoc ignes s || 52 Cre. s | errans ex errant s; erras Scriuerius (at cf. Aen. IV 21) | hospes Schraederus || 53 Flectem s | nescimū s

Hostilis facies ne occurrat et omina turbet. 55
M. Nullae hic insidiae nec tanta superbia uictis,
 Non ea uis animo nec sic ad praelia ueni.
Cr. Non ut rere meas effugit nuntius auris,
 Vnde genus ducis uarium et mutabile semper.
 Tu potes unanimes armare in praelia fratres 60
 Funereasque inferre faces et cingere flamma,
 Pacem orare manu et uertere sidera retro
 Atque odiis uersare domos. tibi nomina mille,
 Mille nocendi artes *semper* fecundaque poenis
 Viscera *sunt*; notumque, furens quid femina possit. 65
 Cede locis pelagoque uolans da uela patenti!
M. Rex, genus egregium, liceat te uoce moneri.
 Pauca tibi e multis, quoniam est oblata facultas,
 Dicam equidem, licet arma mihi mortemque mineris.
 Ne pete conubiis natum: meminisse iuuabit; 70
 Dissice compositam pacem; miserere tuorum!
Cr. Ne tantos mihi finge metus neuē omine tanto
 Prosequere: causas nequicquam nectis inanes.
 Stat sua cuique dies. non ipsi excindere ferro
 Caelicolae ualeant, fati quod lege tenetur. 75
 Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
M. Non equidem inuideo genero dignisque hymenaeis,
 Non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro:
 Tempus inane peto: liceat subducere classem;
 Extremam hanc oro ueniam. succurre relictæ, 80
 Dum pelago desaeuit hiems, miserere parentis,

55 facies] s *supra* lin. s | ne om. s, *add. Burm.* | adq;
 homina turbat (e *supra* a) s || 57 ueni || (*erasa* s) s || 58 Cr.
 hic Meyerus: ante 57 s || 60 unanimes *Aen.* VII 335 || 63 adq;
 s || 64 semper om. s, *add. Burm.* (testor *Oudendorpius*) || 65 sunt
 om. s, *add. Burm.* || 70 pede s | natum *Wakkerus*: natam s *ex*
Aen. VII 96 | iuabit s || 72 homine s || 73 tantos causaus s;
 en causas *Burm.* || 76 sententia s || MD. ante 77 s | himeneis s ||
 78 prodedit s || 79 subdure s, *corr. Salm.* || 80 oram ueniam s ||
 81 hiems *Salm.*: tē s

O genitor! et nos aliquid nomenque decusque
 Gessimus et scis ipse neque est te fallere quidquam.
 Nunc uicti tristes (quoniam fors omnia uersat)
 85 Submissi petimus terram litusque rogamus
 Innocuum, neque te ullius uolentia uincat.
Cr. Quid causas petis in meque excidiumque meorum?
 Quidquid id est, timeo uatum praedicta priorum.
 Eia age, rumpe moras; quo me decet usque teneri?
 90 **M.** Quem sequimur? quoue ire iubes? ubi ponere sedes?
Cr. Ire ad conspectum cari genitoris et ora,
 Dum curae ambiguae, dum spes incerta futuri.
M. Nunc scio quid sit amor. hospitio prohibemur arenae,
 Nec spes ulla fugae, nulla hinc exire potestas,
 95 Quassataeque rates, geminique sub ubere nati,
 Et glacialis hiems aquilonibus asperat undas.
 Si te nulla mouet tantae pietatis imago,
 Indulge hospitio noctem non amplius unam!
 Hanc sine me spem ferre tui; audentior ibo.
 100 **Cr.** Desine iam tandem: tota quod mente petisti,
 Largior et repetens iterumque iterumque monebo.
 Si te his adtigerit terris Aurora morantem,
 Vnum pro multis dabitur caput.

Vox deintus. Chorus

Vox. O digno coniuncta uiro, dotabere uirgo.
 105 Ferte facis propere, thalamo deducere adorti.
 Ore fauete omnes et cingite tempora ramis.

83 et om. s, *add. Scriuerius* (ut *Burm.*) || 86 nec te *Aen.*
 XI 354 || 87 *Cr.* s | in meque *scripsi*: in me s (*Aen.* VIII 386)
 aut in me *Seriu.* ex alto *Burm.* | excidiumque *Burm.* (*Aen.* l. l.):
 excidiumq; s || 89 dicit s || 91 *Cr.* s | gari s || 93 Nunc scio q. s.
 amor *prae* *ex ecl.* VIII 43 *interpolata nec in metrum nec in*
sententiam quadrant | hospicio proibemur s || 95 Quasateq; s ||
 96 glacialis s || 97 nulla mouet *Seriu.*: nullam habet s || 98 hos-
 picio s || 100 *Cr.* s || 101 monebo *ex monebo* s || 104 dotauere s ||
 106 fabete s | ramis *Burm.*: flāmis s

<Chor.> Velamus fronde per urbem
 Votisque incendimus aras.
 Heu corda oblita tuorum
 Vatum praedicta priorum, 110
 Fati sortisque futurae!
 Spe multum captus inani
 Mactat de more bidentis
 Phoeboque patrique Lyaeo, 115
 Cui uincla iugalia curae,
 Cumulatque altaria donis.
 Tremere omnia uisa repente,
 Fibrae apparere minaces,
 Vox reddita fertur ad aures:
 'Thalamis neu crede paratis, 120
 Funus crudele uidebis.'
 Carpebant membra quietem,
 Animalia somnus habebat,
 Ferali carmine bubo
 In fletum ducere uoces: 125
 Tristis denuntiat iras.
 Quae tanta insania, ciues,
 Velati tempora ramis?
 Thalamo deducere adorti
 Quaeso miserescite regis! 130
 Recubans sub tegmine fagi
 Diuino carmine pastor
 Vocat in certamina diuos:
 Ramo frondente pependit.
 Quae te dementia cepit, 135
 Saxi de uertice pastor,

107 Chor. om. s || 109 oblita laborum *Aen.* IV 528 et IX 225 || 112 Spem s || 113 uidentis s || 114 Foeboq; — lieo s || 118 apparuere s || 121 credele (u supra e prior.) s || 126 Risus denuntias (t supra s) s || 129 Thalami s || 130 Quesub m. regi s, corr. *Scriuerius* || post 130 lacunae signa ponit *Scriuerius* || 134 aut delet aut post 141 traicit *Oudendorpius*

140 Diuina Palladis arte
 Phoebum superare canendo?
 Raptim secat aethera pinnis
 Fugiens Minoia regna
 Ausus se credere caelo
 Vitamque relinquit in auras.
 Demens uidet agmina Pentheus,
 Caput a ceruice reuulsum,
 145 Incensas pectore matres;
 Vocat agmina saeua sororum,
 Iuuenem sparsere per agros.

Medea. Nutrix

M. En quid ago? uulgi quae uox peruenit ad aures?
 Obstipui magnoque irarum fluctuat aestu
 150 Durus amor; taedet caeli conuexa tueri.
 Quae potui infelix! quae memet in omnia uerti,
 Cui pecudum fibrae, caeli cui sidera parent,
 Heu furiis incensa feror! stat gratia facti.
 Illum ego per flammam et mille sequentia tela,
 155 Per uarios casus, per tot discrimina rerum
 Eripui leto. fateor, arma impia sumpsit.
 Sed quid ego haec autem nequiquam ingrata reuoluo?
 Quid loquor aut ubi sum? ictum iam foedus et omnes
 Compositae leges. credo, mea uulnera restant.
 160 N. Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit,
 Sed cape dicta memor, duri solacia casus.
 Sensibus hic imis nostram nunc accipe mentem:

138 Foebum s | canendo ex -dum s || 139 aethera scripsi (*Georg.* I 406): era s aera uulgo || 143 pentas s || 144 aut delet aut post 147 ponit *Riesius* || 145 incensas s (accensas *Aen.* VII 392) || 147 peagros s || 148 ad supra lin. s || 149 fructuat s || 150 tedit s || 151 meme s, corr. *Burm.* || 153 ingensa s || 156 fateor *Burm.*: fateor me s (me ex *Aen.* II 134 additum) || sumsi s || 158 logor s | fedus s || 161 solatia s || 162 haec *Higtius* (*ecl.* III 54): hic s

- Heu fuge crudelis terras, fuge litus auarum!
M. Cara mihi nutrix, claudit nos obice pontus,
 Dest iam terra fugae; rerum pars altera adempta est. 165
 Hac gener atque socer patriaue excedere suadet.
N. Tu ne cede malis, sed contra audentior ito
 Et quocumque modo fugiasque ferasque laborem,
 Tu modo posce deos ueniam, tu munera supplex
 Tende petens pacem causasque innecte morandi 170
 Carminibus: forsitan miseros meliora sequentur.
M. Nunc oblita mihi tot carmina, uox faucibus haesit;
 Mens inmota manet et caeco carpitur igni.
 Carmina uel caelo possunt deducere lunam,
 Sistere aquam fluuiis, deducere montibus ornos. 175
 Has herbas atque haec ponto mihi lecta uenena
 Ipse dedit; nihil ille deos, nil carmina curat.
N. Quid struis? aut qua spe inimica in gente moraris?
 <**M.**> Aut pugnauit aliquid iam dudum inuadere magnum
 Mens agitat; certum est sceleratas sumere poenas,
 Seu uersare dolos, seu certae occumbere morti. 180

Iason. Satelles. Medea

- Ias.** Quod uotis optastis, adest; timor omnis abesto.
 Hic domus, haec patria est, nullum maris aequor aran-
 Soluite corde metum tandem tellure potiti [dum.
 Per uarios casus. bene gestis corpora rebus
 Procurate, uiri; iunat indulgere choreis. 185
Sa. Vnde tremor terris? qua ui maria alta tumescunt?

165 Deest **s** || 166 Hac *Wakkerus*: Haec **s** (*Aen.* VII 317) |
 suadit **s** || 168 fugiasque *Burm.*: fugias **s** || **M** ante 171, non
 172 **s** || 171 secuntur **s**, corr. *Burm.* (*Aen.* XII 153) || 172 Nunc
Burm. (*ecl.* IX 43): Non **s** || 176 herbas (h *supra lin.*) ad hęc
s || 177 dedit mihi nihil **s** | nichil carmina **s** curat *hic omittens* ||
 178 **N.** curat. quid stabis **s**, corr. *Burm.* || 179 **M.** om. **s**, add.
Riesius || 179^b om. **s**, add. *Burm.* (*Aen.* IX 153 et II 576) || *tit.*
 Iason **S.** Atelles. Medea **s** || 182 haec *Burm.* (*Aen.* VII 122):
 hic **s** || 185 iubat **s**

- Quid tantum Oceano properent se tingere soles?
 Nescio quod certum est: in nubem cogitur aer.
 Aspice conuexo nutantem pondere mundum,
 Et fratris radiis obnoxia surgere luna. 190
Ias. Media fert tristis sucos, infecta uenenis,
 Quo thalamum eripiat atque ossibus implicet ignem.
 Fare age quid uenias iam stinc et conprime gressum.
M. Ad te confugio, precibusque inflectere nostris.
 195 O dulcis coniunx, non haec sine numine diuum.
 Tanta meae si te ceperunt taedia laudis,
 Hos cape factorum comites, his moenia quaere!
Ias. Non fugis hinc praiceps, dum praecipitare potestas
 Iam propiore deo? nescis, heu perdita, nescis,
 200 Nec quae te circumstent deinde pericula, cernis!
M. Hanc quoque deserimus sedem. tibi ducitur uxor.
 Cui, pater et coniunx, quondam tua dicta relinquo?
 Et sedet hoc animo, dotalis regia cordi est
 Externique iterum thalami.
 205 Mene fugis? hoc sum terraque marique secuta?
 Hic labor extremus, longarum haec meta uiarum,
 Hi nostri reditus expectatique triumphi?
 Quid tua sancta fides? iterum crudelia retro
 Fata uocant. tantis nequiquam erepte periclis,
 210 Mene fugis? per ego has lacrimas, per si quis amatae
 Tangit honos animum et mensas, quas aduena adisti,
 Per conubia nostra, per inceptos hymenaeos,

188 quid certe est *ecl.* VIII 107 || 191 sucos nigrisque in-
 fecta **s**, corr. *Burm.* (*Media del. Wakkerus*) || 193 iam stinget
 conprime ressum **s**, corr. *Burm.* (*Aen.* VI 389, ubi stinc *codd.*;
cf. Ribb.) || 195 coniunx **s** | nomine **s** || 196 Eueniunt. tanteme.
 si te **s**; eueniunt *deleui ex Aen.* II 777 *interpolatum* (tanta
 meae *del. Burm.*) || 199 propiora die **s**, corr. *Burm.* (*Aen.*
 VI 51) || 200 Ne que **s** | p. nescis **s**, corr. *Burm.* || 206 extremus
Burm.: extre **s** || 207 Hi *Burm.*: Hic **s** || 209 nequaquam erepte
 (*ex -ta*) **s** || 211, 212 T. h. a. per inceptos himeneus (o *supra u*)
 P. c. n. et mensas quas aduenas adisti **s**, *traiecit Burm.*

Te precor: o miserere animi non digna ferentis.
 Namque aliud quid sit, quod iam inplorare queamus?
 Ipse mihi nuper Libycis tu testis in undis: 216
 Tum rauca adsiduo longe sale saxa sonabant;
 Ionioque mari tantis surgentibus undis,
 Luctantis uentos tempestatisque sonoras
 Compessi et rabiem tantam caelique marisque.
 Vnius in miseri exitium proque omnibus unum 220
 Obieci caput, id sperans fore munus amanti.
 Sed quid ego ambages et iussa exorsa reuoluo?
 Nil super imperio moueor; sperauimus ista
 Tempore, quo primum fortes ad aratra iuuenos
 Obieci et tauros spirantis naribus ignem, 226
 Seminibusque satis inmanis dentibus hydri
 Explicuit legio et campo stetit agmen aperto,
 Telorum seges et iaculis increuit acutis,
 Ferrea progenies duris caput extulit aruis.
 Illi inter sese magna ui uulnera miscent, 230
 Confixique suis telis et pectora duro
 Transfossi ligno animasque in uulnera ponunt.
 Auro ingens coluber seruabat in arbore ramos
 Nec uisu facilis nec dictu affabilis ulli.
 Ille manum patiens inmania terga resoluit. 236
 Vt me conspexit flammantia lumina torquens,
 Ceruicem inflexam posuit somnosque petiuit.
 Si te nulla mouet tantarum gloria rerum,

213 o om. s || 214 aliut s || 215 libycis s || 216 Dum rauco adsiduo longo s, corr. *Burm.* (*Aen.* V 866) || 217 Ionioque *Riesius* (*Aen.* V 193): Infixure s || 218 tempestatis quos honoras s || 220 meseri s || 221 Obiecit s | hid spe feror munus s, corr. *Burm.* || 224 qui primum fasces a. a. iuuenos s, corr. *Burm.* || 225 Obieci *scripsi*: Semina s | et tauros *Burm.* (*Georg.* II 140): et eterios s || 226 Seminibusque *scripsi*: Obieci s, cf. u. priorem (unde satis *Burm.*) || 227 Explicuit *Burm.* (*Georg.* II 280): Eripuit s || 228 Cplorū s || 229 extullit arbis s || 233 colober s || 234 uisus s | effabilis s || 235 manu s, corr. *Schraderus* (*Aen.* VII 490) || 236 flammantia s

Sin absumpta salus nec habet fortuna regressum,
 Si nulla est regio, miseris quam det tua coniunx, 240
 I decus i nostrum, faciat te prole parentem
 Egregia interea coniunx melioribus opto
 Auspiciis! possem hinc *comitem* asportare Creusam:
 Spero equidem mediis, si quid pia numina possunt,
 245 Supplicia hausurum scopulis; dabis inprobe, poenas,
 Quod minime reris, rebus iam rite paratis.
Ias. Desine meque tuis incendere teque querellis.
 Nam mihi parta quies, nullum maris aequor arandum.
 Nec ueni, nisi fata locum sedemque dedissent.
 250 <M.> Heu tot incassum fufos patiere labores
 Nec uenit in mentem fumans sub uomere taurus,
 Iam grauior Pelias et aena undantia flammis
 Squamosusque draco et quaesitae sanguine dotes?
 In regnis hoc ausa tuis.
 255 <Ias.> Haec loca non tauri spirantes naribus ignem
Inuertere satis inmanis dentibus hydri;
 Nec galea densisque uirum seges horruit hastis,
 Nec uim tela ferunt: mitte hanc de pectore curam.
 <M.> Nam quis te, iuuenum confidentissime, nostras
 Iussit adire domos? pelagine erroribus actus
 260 An fratris miseri letum ut crudele uideres?
Ias. Sine errore uiae seu tempestatibus acti.
 Quis deus in fraudem, quae te dementia cepit

239 absumpta s || 240 dete tua coniunx (~ *add. m. rec.*) s || 242 coniunx s || 243 hinc adportare creusam (~ *m. rec.*) s, corr. *Burm.* (*Aen.* II 778) || 244 quidem s || 245 Supplicia ausurū s | penas s || 246 Quod] d *punctata* s || 247 Ia. s | tequerellis s || 249 uene s || 250 M. om. s, *add. Riesius* || 251 uentem s | fumans *Burm.* (*Georg.* III 515): sudans s | tauros s || 252 aena *Burm.*: in s, qui in *mg.* || 253 quaesitas s (*Aen.* VII 423), corr. *Klotzius* || 254 causa s || *Ias. ante 255 om. s* || 255 tauris spirante s, in quo in regnis — spir. *unicum uersum formant* || 255^b om. s, *add. Meyerus* (*Georg.* II 140) || 256 galeis *Georg.* II 142 | sedes s | astis s || 258 M. om. s, *add. Burm.* || 259 domos *ex domus* s | actos s || 260 uiderem s, corr. *Burm.* || 262 te om. s, *add. Burm.*

- Commaculare manus, fraterna caede penates?
 Aut ego tela dedi aut uitam committere uentis
 Hortati sumus? *aut* quae dura potentia nostra? 265
M. Nil nostri miserere, nihil mea carmina curas;
 Efficiam, posthac ne quemquam uoce laccessas.
 Nec dulcis natos, Veneris nec praemia noris.
Ias. Quid nectis causas? en irrita iurgia iactas!
 Iamque uale, melior quoniam pars acta diei est. 270
M. Vtere sorte tua, susceptum perfice munus.
Ias. Nunc iter ad regem nobis. quod te adloquor, hoc est.
M. Num fletu ingemuit nostro aut miseratus amantem *est*?
 Et dubitamus adhuc? lacrimantem et multa uolentem
 Dicere deseruit rapidusque in tecta recessit. 275
 Quid labor aut benefacta iuuant? mea tristitia fata
 Fessa iacent. ubi nunc nobis deus ille magister
 Et Furiis agitated amor et conscia uirtus?
 Nam quid dissimulo aut quae me ad maiora reseruo?
 Stat casus renouare omnis, dare lintea retro, 280
 Rursus et *est* casus abies uisura marinos.
 Te sine, frater, erit. quod si mea numina non sunt,
 Electere si nequeo superos, Acheronta mouebo!

Chorus

Dictis exarsit in iras
 Insani Martis amore, 285
 Poenorum qualis in aruis
 Venantum septa corona
 Fulua ceruice laena;

264 comittere s || 265 aut om. s, add. *Burm.*, qui et post nostri || 266 nil mea s || 267 posthac (*ex -hęc*) ne quicquam uoces laccessat s, *corr. Burm.* || 269 Quid petis causas et irrita s, *correwi*; petis aut causas aut irr. *Oudendorpius* || 273 Non fletu ingemui — amanti (*est om.*) s, *corr. Burm.* || 276 iubant m. tristitia f s || 278 ei conscientia u. s, *corr. Burm.* || 279 dissimulo aut quid s, *corr. Burm.* || 280 renobare s | omnis et dare s, *corr. Meyerus* || 281 est om. s, add. *Burm.* || 283 aceronta s || 286 Penorū — arbis s || 288 laena s

- Qualis mala gramina pastus
 Tractu se colligit anguis,
 Tumidum quem bruma tegebat:
 Caput altum in proelia tollit,
 Linguis micat ore trisulcis;

 Furiis agitated Orestes
 Armatam facibus matrem
 Ardens agit aequore toto,
 Patrias obruncat ad aras;
 Triuiis ulutata per urbem
 Qualis trieterica Baccho
 Inter deserta ferarum,
 Palla subcincta cruenta,
 Vocat agmina saeua sororum;
 Qualis philomela sub umbra
 Pectus signata cruentum
 Late loca questibus implet,
 Maerens miserabile carmen,
 Cantu solata laborem.
 Qualis miserabilis Orpheus
 Grauitur pro coniuge saeuit
 Deserti ad Strymonis undam:
 Te solo in litore secum
 Anima fugiente uocabat,
 Scirent si ignoscere manes.

Nuntius. Creon

N. Quo feror? unde abii? *rumpit* pauor, ossaque et artus

290 Tractus se s || 291 Tumidam (u *supra* a) s || 293 risulcis s || post 293 *intercidit uersiculus* (Qualis Threissa fatigat non apte *Riesius ex Aen. I 316*) || 297 Patris obruncat ad ad aras s, *corr. Burm.* || 298 Triuiis *Burm.* (*Aen. IV 609*): Furiis s || 299 bacco s || 303 filomela s || 306 merens s || 307^a om. s, add. *Schraderus (Georg. IV 454)* || 309 strimonis s || 311 Animas s || 312 Scirent (*nt erasa*) ignoscere (s *supra lin.*) s || 313 habii s || *rumpit om. s, add. Burm.* || 314 cito praeruptus s, *corr. Burm.*

Perfudit toto proruptus corpore sudor.
 Genua labant *tarda atque* oculos stupor urget inertis, 315
 Arrectaeque horrore comae et uox faucibus haesit.
 Cr. Quo res summa loco? unde haec tam clara repente
 Tempestas sine more furit? maria omnia caelo
 Miscuit, ingeminant abruptis nubibus ignes.
 Fare age iamque mihi haec edisserere uera roganti. 320
 N. Aedibus in mediis quaeque ipse miserrima uidi
 Horresco referens. palla subcineta cruenta
 In medioque focos nocturnas inchoat aras
 Intenditque locum sertis et fronde coronat
 Funerea, crinem uittis innexa cruentis, 325
 Vnum exuta pedem uinclis, in ueste recincta,
 Spargens humida mella soporiferumque papauer.
 Sparserat et latices simulatos fontis Auerni,
 Sanguineam uoluens aciem, manibusque cruentis
 Pro molli uiola casiaque crocoque rubenti 330
 Vrit odoratam nocturno in lumine cedrum
 Scillamque elleborosque grauis et sulfura uina,
 Obscuris uera inuoluens lacrimisque coactis
 Voce uocans Hecaten; et non memorabile numen
 Ferro accincta uocat. 335
 Haec effata silet, oculis micat acerbis ignem,
 Expectans, quae signa ferant, ignara futuri.
 Exipiunt subito nubes caelumque diemque,
 Et tremefacta solo tellus, micat ignibus aether.
 Continuo auditae uoces uagitus et ingens, 340

315 *tarda atque om. s, add. Burm.* | oculos **s** || 318 *sime*
more furit s || 319 *aruptis s* || 320 *Fare mihi adq; haec cedisse.*
re s, corr. Burm. (Aen. III 362, II 149) || 321 miserrima (r prior
supra lin.) s || 324 *Incenditq; s, corr. Burm.* || 325 *uinctis s* || 326
recincta] c prior ex corr. s || 327 *soporiferumq; papauer s* || 328
simulatos fonte s || 332 *grabis et sulpura s* || 334 *ecaten s* | numen
Burm. (Aen. IV 94): ueā s, qui r (= require) in marg. ||
335 acinctam uoca=t (erasa n) s || 336 *migat atrib: s* || 337
Obseruans Aen. VI 198 | ferant aut ignara s || 338 *nubis s* ||
 339 *migat i. pter s*

Visus adesse pedum sonitus et saeua sonare
 Verbera; *tum* uisaeque canes ululare per umbras
 Aduentante dea refluitque exterritus amnis
 Et puidae matres pressere ad pectora natos.
 345 Exhinc Gorgoneis Allecto infecta uenenis
 Exurgitque facem adtollens atque intonat ore:
 'Respice ad haec; adsum dirarum ab sede sororum,
 Bella manu letumque gero.'
 Talia cernentem tandem sic orsa uicissim:
 350 'Venisti tandem. mecum partire laborem,
 Tu dea, tu praesens animis inlabere nostris.
 Dissice compositam pacem, sere crimina belli
 (Namque potes), colui uestros si semper honores'.
 Talibus Allecto dictis exarsit in iram
 355 Horrendum stridens rabidoque haec addidit ore:
 'O germana mihi, mitte hanc de pectore curam.
 Nunc si bella paras, luctu miscere hymenaeos
 Funereasque inferre faces et cingere flamma,
 Quidquid in arte mea possum meminisse necesse est,
 360 Quantum ignes animaeque ualent: absiste precando.'
 Dixerat; adtollit stridentis anguibus alas,
 Ardentis dare uisa faces, supera ardua linquens.
 Illa dolos operi flammisque sequacibus iras
 Iungebat, duplicem gemmis auroque coronam

342 *tum om. s, add. Oudendorpius (Aen. VI 558) | bisq;*
s | ullulare s || 343 *refluit s, que add. Burm. (Aen. VIII 240) ||*
 344 *presserat pectora s* || 345 *gorgonalis lecto s* || 346 *adq; s* ||
 347, 48 *uno uersu s* || 347 *dirarum ab sede (uel seede) s* || 348
mano s || 349 *Talia iactanti Burm. | ora uicissem s* || 350 *par-*
tire s || 352 *pacein s* || 354 *iras Aen. VII 445 || 355 pauidoq; s,*
corr. Burm. (Aen. VII 451) || addidit ex -tit s || 357 *bellare*
paras s ex Aen. VIII 406 (ubi Et nunc si b. p.) | et luctu s;
et del. Meyerus (luctu et Klotzius) | himeneus s || 361 *adtolle-*
ns (n supra lin.) s, corr. Burm. (Aen. VII 561) | anquib; s || 362
dare — supera Burm.: dea — super s || 363 *operi Burm.*
(Aen. VIII 432): aperit s | ires s || 364 *et dublice s*

Consertam squamis serpentum: flamma uolantem 365
 Implicat inuoluitque domum caligine caeca,
 Prospectum eripiens oculis; mihi frigidus horror
 Membra quatit gelidusque coit formidine sanguis:
 Inprouisum aspris ueluti qui sentibus anguem
 Aut uidet aut uidisse putat, metuensque pericli 370
 Incipit effari, nec uox aut uerba sequuntur.
 Idque audire sat est, quo me decet usque teneri.
 Vadite et haec regi memores mandata referte.

Nutrix. Medea

N. Hoc habet. haec melior magnis data uictima diuis.
 Talia coniugia et talis celebrent hymenaeos! 375
 M. Tu secreta pyram natorum maxima nutrix
 Erige iam tuque ipsa pia tege tempora uitta
 Verbenasque adole pinguis nigrumque bitumen.
 Sacra Ioui Stygio, quae rite incepta parauit,
 Perficere est animus finemque imponere curis. 380
 N. Discessere omnes medii spatiumque dedere.

Medea. Filii. Vmbra Apsyrti

M. Heu stirpem inuisam et fatis contraria nostris!
 Huc ades, o formose puer. qui spiritus illi!
 Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat!
 Perfidus et cuperem ipse parens spectator adesset. 385
 Fil. Parce pias scelerare manus! aut quo tibi nostri
 Pulsus amor? iuris materni cura remordet:

365 flamaq; s (uolantemque *Oudendorpius*) | uocantem
praeter alia Burm. || 367 frigitus s || 368 quoit s || 370 paracli
 s || 372 decit s || 373 regina memores s, *corr. Burm.* || 375 hi-
 meneos s || 376 secretam piram — nutris s || 377 iam (*uel tu*) *Oudend.*:
om. s | tegit s | uita s || 378 adola p. nigrumq; uitumen s || 379 iobi
 stigio s || 380 anim. s || *tit.* absirti s || 382 et] e. et s | con-
 trariis s || 385 adesse s || 386 pia scelarare s, *corr. m. 1* | qui s
 (*cf. Georg. IV 324*) || 387 si iuris s *ex Aen. VII 402*; si *del.*
Burm. | remordit s

Natis parce tuis et nos rape in omnia tecum;
 Quo res cumque cadunt, unum et commune periculum.
 390 <Vmbra.> Aspice nos. adsum dirarum ab sede sororum:
 Infelix simulacrum, abruptum corpore toto.
 M. Quid dubitem? audendum dextra, nunc ipsa uocat res.
 Auctor ego audendi, fecundum concute pectus.
 Si concessa peto, si poenas ore reposco,
 395 Nullum in caede nefas; et amor non talia curat.
 Fil. Hostis amare, quid increpitas mea tristia fata?
 M. Suggere tela mihi finemque impone labori.
 Sanguine quaerendi reditus.
 Fil. Nec te noster amor pietas nec mitigat ulla,
 400 Nec uenit in mentem natorum sanguine matrem
 Conmaculare manus? nostri tibi cura recessit
 Et matri praereptus amor?
 M. Crimen amor uestrum spretaeque iniuria formae
 His mersere malis. fratrem ne desere frater. —
 405 Poenarum exhaustum satis est, uia facta per hostis,
 Et genus inuisum dextra sub Tartara misi.
 Iamiam nulla mora est currus agitare uolantis.

Iason. Nuntius. Medea ex alto.

Ias. Ei mihi, quid tanto turbantur moenia luctu?
 Quaecumque est fortuna, mea est; quid denique restat?
 410 Dic age, namque mihi fallax haut ante repertus.
 N. En perfecta tibi promissa coniugis arte

388 parge tuis a. ut s; et *Aen. II 675* || 389 cadent *Aen.*
 II 709 | et commoue s || 390 Umbra *om. s*, *add. Riesius* || 391
 abruptum *scripsi*: labia s laniatum *Burm.* | tanto s, *corr.*
Burm. || 392 dubitas s *ex Aen. IX 12*, *corr. Burm. ex IX 191* ||
 394 concessio — penasoro s || 395 et *om. s*, *add. Burm.* || 396
 amaré s | tristitia facta s || 397 inponi s || 399 midigat uulla s ||
 400 mente — sanguinē s || 401 comaculare s || 402 praeruptus
 s; *cf. Aen. IV 516* || 405 Penarum exhaustum — ostis s || 406
 uisum s || *in tit.* Meda s || 408 turbamur menia lucri s, *corr.*
Burm. (*Aen. XII 620*) || 409 furtuna s || 410 agi s | aut ante s ||
 411 coniugia sorte s, *corr. Burm.*

Munera! at ingentem luctum ne quaere tuorum.
 Sed si tantus amor menti, si tanta cupido est,
 Expediam dictis et te tua fata docebo.
 Conspectu in medio cum dona inponeret aris 415
 (A uirgo infelix!) oculos deiecta decoros,
 Vndique conueniunt per limina tota frequentes
 Matres atque uiri cumulantque altaria donis.
 Religione patrum biforem dat tibia cantum,
 Cum subito dictaque oritur mirabile monstrum. 420
 Ecce leuis summo descendere corpore pestis,
 Incipit ac totis Vulcanum spargere tectis,
 Regalisque accensa comas, accensa coronam
 Membra sequebantur, artus sacer ignis edebat.
 Diffugiunt comites et quae sibi quisque timebat 425
 Tecta metu petiere, et sic ubi concava furtim
 Saxa petunt, furit inmissis Vulcanus habenis.
 Nec uires heroum infusaque flumina prosunt,
 Quaesitaeque nocent artes, miserabile dictu!
 Illa per et scopulos aditumque per auia quaerit, 430
 Arte noua speculata locum, paribusque reuinxit
 Serpentum spiris uentosaque addidit alas,
 Ense leuis nudo, perfusos sanguine currus.
Ias. Quo sequor? aut quid iam misero mihi denique restat?
 Me me, adsum qui feci! in me *nunc* omnia tela 435
 Conicite, hanc animam quocumque absumite leto!
 Fumeris heu tibi causa fui; dux femina facti!
M. Huc geminas nunc flecte acies et conde sepulcro
 Corpora natorum, cape dona extrema tuorum.

412 at om. S, add. Burm. || 414 fada S || 415 deponeret S, corr. Burm. || 416 decoros ex -rus S || 417 laeta Aen. I 707 || 418 adq; S || 419 Relegione S || 421 lebis S | descendit Aen. V 683 || 422 uulganū S || 423 corona S, corr. Burm. || 426 concaba S || 427 pedunt S | inmissis (ex -sus) — abenis S || 428 heroum Burm. (Aen. V 684): erbarum S || 430 Illa autem per populos S, corr. Higinius | adidumq; per abia S | 432 spinis S | addedit S || 436 segor S (sequar Aen. IX 490) | mihi misero S || 435 nunc om. S, add. Burm. || 436 adsumite S

440 Et tumulum facite et tumulo super addite carmen:
 'Saeuus amor docuit natorum sanguine matrem
 Conmaculare manus, luctu miscere hymenaeos
 Et super aetherias errare licentius auras'.
Ias. Crudelis mater, tanton me crimine dignum
 445 Duxisti et patrios foedasti funere uultus?
 Arma, uiri, ferte ac date tela, ascendite muros!
M. Quo moriture ruis? thalamos ne desere pactos!
 Hortator scelerum, nostram nunc accipe mentem.
 Siue animis siue arte uales, si pectore robur
 450 *Concipis* et si adeo dotalis regia cordi est:
Quae nunc deinde mora est? nostrasne euadere demens
 Sperasti te posse manus? opta ardua pinnis
 Astra sequi clausumque caua te condere terra
 Et famam extinguere ueterum sic posse malorum.
 455 Haec uia sola fuit, haec nos suprema manebat
 Exitiis positura modum.
 Sat fatis Venerique datum est. feror exul in altum,
 Germanum fugiens et non felicia tela,
 Ultra anni solisque uias. quid denique restat?
 460 Et longum, formose, uale, et quisquis amores
 Aut metuet dulces aut experietur amarus.

LVXORII Epithalamium Fridi

208

Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustrat,
 Extulit os sacrum caelo tenebrasque resoluit.

440 addedit S || 442 et luctum S, corr. Burm. | imeneus (o supra u) S || 443 Et *Riesius*: Te S (ex Aen. VII 557) Me Burm. | etherias et licentius S || 444 tantū S || 445 fedasti S || 446 ac scripsi: arma S (ex Aen. II 668) || 447 thalamos S || 448 Hortatur S || 449 animis Burm. ex Aen. XII 892: animo S || si pectore robur Concipis Burm. (Aen. XI 368): obta ardua pinnis Astra sequi S e u. 452 sq. praue adsumpta || 451 Quae — est Burm. (Aen. XII 889): om. S || 453 te] ce S | terrā S || 455 nobis suppremanebat S || 459 Extra Aen. VI 796 | annis S || 460 ferrosuū S || 461 metuaut S

208 (B. VI 84, M. 382). Epithalamium Fridus (corr. Burm.) a Luxorio. ūc. spectabili dictū. centon. S

Laetitia ludisque uiae plausuque fremebant,
 At Venus aetherios inter dea candida nimbos
 Aurea subnectens exertae cingula mammae, 5
 Dona ferens, pacem aeternam pactosque hymenaeos
 Atque omnem ornatum, Capitolia celsa tenebat,
 Punica regna uidens, Tyrios et Agenoris urbem.
 Hinc atque hinc glomerantur Oreades et bona Iuno;
 Incedunt pariter pariterque ad limina tendunt. 10
 Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis,
 Quo sacrae sedes epulis atque ordine longo
 Perpetuis soliti patres considerare mensis.
 Vna omnes, magna iuuenum stipante caterua,
 Deueniunt faciemque deae uestemque reponunt. 15
 Dant signum, fulsere ignes et conscius aether
 Conubiis mediisque parant conuiuia tectis.
 Fit strepitus tectis uocemque per ampla uoluntant
 Atria, ubi adsuetis biforem dat tibia cantum.
 At tuba terribilem sonitum procul aere canoro 20
 Increpuit mollitque animos et temperat iras.
 It clamor caelo, cithara crinitus Iopas
 Obloquitur numeris septem discrimina uocum,
 Iamque eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.
 Nec non et Tyrii per limina laeta frequentes 25
 Conuenere, toris iussi discumbere pictis.
 Tunc Venus aligerum dictis affatur Amorem:
 'Nate, meae uires, mea magna potentia solus,
 Huc geminas nunc flecte acies, illam aspice contra,
 Quae uocat insignis facie uiridique iuuenta, 30
 Iam matura uiro, iam plenis nubilis annis,

3 Laetitia § 4 etherios § 6 himeneos § 7 adq; § 8 uident. stiros et ageneri § 9 adq; § 12 sacre §; sacris *Aen.* VII 176 | adq; § 13 solidis (t *supra* d *punctatam*) § 14 caterua § 16 eter § 17 Conubii § | conubia mensis §; tectis *Aen.* I 638 | 20 terribilem § 21 molliq; § 22 cithara § 23 numeris] s *supra lin.* § 25 tyrii § 26 tori § 30 uirideq; iuuenta §

Cui genus a proauis ingens clarumque paternae
 Nomen inest uirtutis et nota maior imago.
 Hoc opus, hic labor est: thalamos ne desere pactos!
 35 Credo equidem, noua mi facies inopinane surgit.
 Nonne uides, quantum egregio decus enitet ore?
 Os humerosque deo similis, cui lactea colla
 Auro innectuntur, crines nodantur in aurum,
 Aurea purpuream subnectit fibula uestem;
 40 Qualis gemma micat, qualis Nereia Doto
 Et Galatea secant spumantem pectore pontum.
 Cura mihi comitumque foret nunc una mearum!
 Hanc ego nunc ignaram huius quodcumque pericli est,
 Cum tacet omnis ager, noctem non amplius unam
 45 Conubio iungam stabili propriamque dicabo.
 Hic Hymenaeus erit monumentum et pignus amoris.
 Incipe si qua animo uirtus et consere dextram,
 Occultum inspires ignem paribusque regamus
 Auspiciis: liceat Frido seruire marito,
 50 Cui natam egregio genero dignisque hymenaeis
 Dat pater et pacem hanc aeterno foedere iungit.
 Paret Amor dictis carae genetricis et alas
 Exiit et gressu gaudens sic ore locutus:
 'Mecum erit iste labor; si quid mea numina possunt,
 55 Cum dabit amplexus atque oscula dulcia figet
 Inmiscentque manus manibus pugnamque lacessunt,
 Nusquam abero, solitam flammam (datur hora quieti)
 Desuper infundam et, tua si mihi certa uoluntas,

32 proabis § | *pato* paterna — uirtute *inmutasse centonarum* *Aen.* XII 226, *ad huius similitudinem lectores iterum corrupisse, ut saepius factum est in his centonibus* || 34 labor] r *supra lin.* § | thalamos § || 35 inopinane § || 36 enitet *ex initet* § || 37 Hos § || 39 purpuream § || 40 micat § | nereia § || 41 galatea segant spumante § || 44 omnes sacer § || 45 Conubio — probriamq; § || 46 himeneus § || 47 animo *ex -mus* § | conseq; §, *corr. Burm.* || 49 seruare marido § || 50 himeneis § || 51 Dat pat *rubris litt.* § | federe § || 52 care genitoris §, *corr. Burm.* || 55 amplexos adq; obscuro § || 57 ora §

Omnia praecepi atque animo mecum ante peregi.
 Sentiet^{is} atque animum praesenti pignore firmat. 60
 Illa autem (neque enim fuga iam super ulla pericli est)
 Cogitur et supplex animos summittere amori,
 Spemque dedit dubiae menti soluitque pudorem.
 Illum turbat amor; ramum qui ueste latebat
 Eripit a femine et flagranti feruidus infert. 65
 It cruor inque humeros ceruix conlapsa recumbit.
 His demum exactis geminam dabit Ilia prolem,
 Laeta deum partu, centum complexa nepotes.

59 præcipi adq; s || 60 adq; animo s, corr. *Burm.* || 61 ulla
 idem: illa s || 63 dubiem s || 65 fragranti feruitus s

PRAEFATIO.

209

Hactenus me intra uurgam animi litescentis inipitum tua eritudo, instar mihi luminis aestimande *ade*, normam reduuiare compellit. sed antistat gerras meas anitas diribita, et post artitum Nasonem quasi agredula quibusdam lacunis baburum stridorem auerruncandus obblatero. uos etiam, uiri optimi, ne mihi in aginam uestrae hispiditatis arnanti cataclum car-

209 De hac praefatione cf. p. 28 sqq. || 1 uurgam s, quod nondum correctum est; burgam non minus quam bulgam (cf. *Plac.* 13, 13 bulga: saccus scorteus) displicet *Duebnero* incredibilia proponenti | litescentis uox suspecta; puto l(a)etiscentis | inipitum | cf. *Plac.* 60, 1 inipitus: implicatus uel inretitus || 2 heretado s; cf. *Plac.* 40, 17 eritudo: dominatio | extimandea de normam s, extimanda (aestimanda *Riesius*) de norma *Duebnerus* extimandea a te normam *Loewius*; fortasse in ade litteris latet nomen proprium | reduuiare compellet s, corr. *Duebnerus*; cf. *Plac.* 78, 19 reduuiare dicuntur spolia serpentum, quibus quotquot annis senescunt sese exuunt | cf. *Plac.* 5, 1 antistant: meliores sunt; idem 49, 18 gerras: nugae ineptiasque || 4 mea . sanitas s, corr. *Loewius* (huc spectat *Placidi* 9, 5 glossa corrupta) | diribita scripsi: diribita s; cf. *Plac.* 35, 4 diribita: digesta uel separata | et post *Duebnerus*: ey pos s | cf. *Plac.* 10, 18 artitus: artibus edoctus || 5 cf. *Plac.* 10, 15 agredulae: ranae paruae multum in sicco morantes; idem 13, 5 baburra: stulta, inepta | auerruncandus s; cf. *Plac.* 10, 11 auerruncando: abominando || 6 obblatero s | optimi s || 7 aginam s, corr. *Duebnerus*; cf. *Plac.* 9, 18 aginam: scapum trutiniae, quod eo mensura ponderis agatur | cf. *Plac.* 10, 2 arnanti: frementi, murruranti | cataclum ex tataclum corr. s; cf. *Plac.* 28, 15 cataclum: claudorum (cf. *Loewius* l. l. p. 59)

men inreptet, ad dapem meam mani conuertite cicuresque conspicite, ut alimones meis carnatoriis quam censiones extetis. igitur conrumo sensu meam returem¹⁰ quamuis uasculam Pieridem, dum actutum de uobis lampenam contulam spero adiutaneam. quae cupedia praesumentis os iam non exippitandum, sed oppitandum sibi esse coniectat. ergo bene pedate me ac pudori citimum conlucari censete. quodsi iam haec¹⁵ nec crepera extiterint nec fracebunt, quae alucinari

8 dapem scripsi: rabem S rauim *Duebnerus* | mani scripsi (cf. ex gr. *Varro de l. l. VI 4*): magi S magis *Riesius* in l. 9 post alimones transponens, ubi tamen quam pro potius quam (ut l. 19) legitur | conuertite *Riesius*: copertit S, in quo exquisitius aliquid latere puto | cf. *Plac.* 24, 17 cicures: placidi, quieti || 9 cf. *Plac.* 7, 13 alimones ab alimento | carnatoriis] uox aliunde ignota | cf. *Plac.* 27, 9 censio: multa, qua citatos . . . censor afficiebat || 10 cf. *Plac.* 58, 14 igitur: tum, deinde | conrumo ignotum (male *Riesius conii. concinno*) a ruma recte deriuat *Duebnerus* | returem ex usu *Africanorum* pro returabo; *Nonius* p. 167 et 557 explicat aperire || 11 ex glossario saec. VIII adfert *Duebnerus* uascum: inanem uel nugatorium | dum addidi: om. S | cf. *Plac.* 6, 28 actutum: statim, continuo (S, 19 actutum: breui, festinanter, propere) || 12 cf. *Plac.* 62, 21 lampenae: stellae quaedam sic dictae | cf. *Plac.* 27, 14 comptula: apte ornata uel decora | adiutaneam quae scripsi: adiutanāq; S adiuta namque *Duebnerus* adiutandi quae *Riesius* || 13 praesumentis S, post quod os ego addidi (praesumentis *Riesius*, -tes . . . coniectant *Duebnerus*) | cf. *Plac.* 42, 6 exippitandum: hiandum, oscitandum | oppitandum corruptum; oppilandum *conii. Duebnerus* || 14 cf. *Plac.* 20, 7 coniectare: coniecturam facere uel aestimare | pedate scripsi (cf. ex gr. *Colum.* 4, 12): pedam S (*Festus* pedam explicans uestigium pedis nil ad rem) | ac scripsi: hac S | cf. *Nonius* p. 85 citima sunt proxima || 15 conlucari *Loewius*: colucari S; cf. *Plac.* 25, 4 conlucare: deputare | quodsi iam scripsi: quoniam (qm̄) si S, quod salua cogitandi ratione non coit cum prioribus || 16 creperat S, corr. *Duebnerus*; cf. *Plac.* 24, 3 creperae res: incertae dubinaeque | extiterat, in supra a, S | cf. *Plac.* 44, 9 fracebunt: sordebunt, displicebunt || 17 uouinator S; *Plac.* 13, 6 bouinator: tricosus et inconstans; glossa apud *Loewium* (*prodr.* p. 319) bouinari: conuiciari, clamare, *Festus* 30, 12 bouinator: conuiciatur

uelut bouinator adactus coagmentem, sum uoti uobis damium usque ad exodium uitulaturus. quis enim me non soniuuium et murgissonem fabula diffamabit quam mentorem exfabillabit altiboans? unde pauore me exfebruate fellibrem, ut harmoniae tensores apludam a me uelut ambrone collectam adoreos uertatis in struppas.

17 sq. adactus sum uoti uobis damium usque ad exodium uitulaturus cohaementem S, correxi et traieci; coagmentem = coagmentabo (damium coagmentare *absomum*); cf. *Plac.* 33, 1 (et 30, 11) damium: Bonae Deae sacrum (ad damium uitulari cf. *Plauti Pers.* 2, 3, 2); *Plac.* 9, 14 ad exodium: ad finem uel terminum || 19 non soniuuium et murgissonem scripsi: sonibiom (u supra alt. o) et non murgissonem S; cf. *Paulus Festi* soniuio significat . . . sonanti et *Plac.* 66, 18 murgiso: irrisor lusor cum *'Isidori'* glossis murgiso: callidus murmurator | fabula diffamabit scripsi: fabula aut amabit S fabula autumabit *Duebnerus* fabulae haut amabit *Riesius* fabulauit *Loewius* amabit *neglegens* | quam = potius quam || 20 cf. *Plac.* 67, 13 mentor (*sic codd.*): inuentor | exfabillabit altibuans S; cf. *Plac.* 41, 16 exfabillauero: exeruero | idem exerere explicat proferre) et 10, 12 altiboans: altisonans | pauore me scripsi: laborē S fauorem *Duebnerus* | cf. *Plac.* 42, 2 exfebruate: expurgare || 21 cf. glossae *'Isidori'* fellibrem: adhuc lacte bibentem (ex emendatione nostra, cf. *Solin.* 2, 33) | harmoniae tensores apludam scripsi: apludam armonie tensore S a. h. tensore *Duebnerus*; cf. *Plac.* 8, 3 apludam (abl.): paleam || 22 cf. *Plac.* 12, 4 ambronem: perditae improbitatis | cf. *Plac.* 7, 4 adoria: gloria uel bona fama; adorea: farrea | struppas S; fortasse stroppos praestat (*Festus* 313, 12)

210

OCTAVIANI

Candida sidereo fulgebat marmore Cypris;

Nec cinctam reddit nobilis arte lapis,

Mystica secreti dirumpens claustra pudoris

Cum urtica e gremio prosilit aetherio.

Proles heu niveis nutritur pessima membris,

Gratum iamque locum protegit herba ferox!

‘Sed recte factum: celentur feruida membra,

Visibus ut lateat tecta libido malis;

Mulciber en furtum metuens hoc sponte peregit,

Horreat ut Mauors dulcia adulteria.’

Sordet pulera Venus, temerantur Cypridis artus!

Quid placeat nobis, si Venus ipsa piget?

211 **Sacrilegus capite puniatur. de templo Neptuni aurum perit. interposito tempore piscator piscem aureum posuit et titulo inscripsit ‘de tuo tibi Neptune.’ reus fit sacrilegii. contra dicit. <conuincitur>.**

‘Vnde redit fulgor templis? quis inania nuper

210 (om. B. M.) post 209 in S, qui inscribit Versus Octavianus (ni supra lin.) uiri inlustre annorum XVI. filius Crescentini uiri magnifici. sunt uero uersi CLXXII (cf. praef. p. 5) || 2 cinctam Hauptius (opusc. I p. 219): finctam S || 3 Mystica S || 4 e om. S, add. Hauptius | aetherio S || 5 niveis S || 7 celantur Quicheratius | feruida S || 8 Visibus scripsi: Dulcibus S Cultibus Hauptius | libido S || 9 en furtum scripsi: an martem S (e glossa) || 10 mauors S || 11 Sordet Hauptius: Horrit S, sed horret parum aptum | temerantur S, correxi || 12 riget Quicheratius

211 (om. B. et M., primus edidit Hauptius opusc. I p. 217 sqq. et plurima correxit). ad titulum numerus VIII in margine S | tit. aureum ferit S (fert Iuretus) | inscripsit S | neptusnerus fit salegii contradici (omisso conuincitur) S || post titulum prooemium addi uult Roesius, declamatio Quicheratius

Tantis Salsipotis distendit limina donis?
Ecce abiit damnum: splendescunt icta metallis
Marmora et anticus caedit laquearia fulgor.
5 Pone animos laetos, quisquis testantia furtum
Dona uides. titulis uotum quod lucet opimis:
Gaudendum fuerat, nisi munus pauperis esset.
Heu scelus et magnis nequiquam prodiga rebus
Mens humilis! miseros semper quam maxima produunt!
10 Sordidus et nigrae dudum malus accola harenae
Nunc aurum piscator habet gaudetque metallis;
Nec satis est: donat templis, per limina figit
Et titulo confessus ouat. consurgite in iram,
Quis caelum, quis templa placent! modo limine in omni
15 Supplex, maiorum portans munuscula mensis
Vel tenuem spectabat opem; nunc ditior illis
Quos coluit, meliorque deo est: quod perdidit ille,
Hic donat. prorsus magna est iniuria Nerei.
Dignus non fuerat titulis, nisi perderet aurum?
20 Non facinus scaeuum caeso est auctore piandum?
Multa patent, sed plura latent: scelus undique densum est.
Tollere rem templis furor est temploque uicissim
Rem furti donare nefas. pro dira nocentum
Consilia in scaeuus! quae mens excogitet istud,
25 Res auferre sacras et consecrare rapinas?

2 Tantus salsipote = S; suspectum Salsipotis uocabulum ab Hauptio restitutum (melius Salsipotis); et hominis diuitis (auripotens?) mentionem desidero | Salsipotenti incendit (uel impleuit) etiam con. Hauptius || 3 aliud S | icta] tecta Quicheratius iuncta Petschenig picta ego aliquando || 4 anticus ego (-quus Hauptius): antiqui S | cedit S; caedit uel redit in Hauptius cepit Roesius || 5 testantia] i supra lin. S || 6 lucet S || 8 numquit nam prodita S || 9 humilis miseris semper, quam Petschenig || 10 Sordidus S | malus ego: magus S uagus Hauptius uacuus dudum Machly || 12 fiet S || 14 limina S || 16 spectabat S, corr. L. Muellerus d. r. m. 199 (expect. Hauptius) || 17 perdidit S || 20 scaeuum addidi: om. S tantum ante facinus Hauptius || 22 templo qui S || 23 nome pro mira? || 23 in scebis quem mens S

Sit similis uindicta malo (nunc ipsa pudori est
 Vox mea), ne magnos laedat magis ultio diuos.
 Audiat haec populus; nosque hoc narrabimus ergo,
 Quod factum est meminisse nefas: referatur in urbe
 Elusus custos raptumque altaribus aurum, 30
 Mens audax, scelus ac manus improba, perditus ardor,
 Antistes uictus, penetralia prodita, numen
 Contemptum, templum pauper, piscator abundans.
 Vos, o caelicolae, uestrum nunc inuoco numen:
 Sit mihi fas reticenda loqui, dum proditur iste. 35
 Natus ut, ignotum est. neque enim de limine celso
 Piscandi doctus ducit genus. improbus ergo,
 Cum tantas terris dederit labor inclitus artes,
 Non Chalybum massas recoquit, non doctior aeris
 Ducit molle latus fuluumue intentus in aurum 40
 Multiplici gemmas radiantes lumine uestit,
 Non ager in uoto est illi fortesque iuenci,
 Non inlex fenus, non classica, non pia Musa,
 Sed spretis duris rebus placet omnibus isti
 Fraus, dolus et furtum pelagi. componitur ergo 45
 Saeta nocens, fallax calamus et perfidus amicus,
 Principium sceleris: iam tunc en perditus iste
 Neptunum spoliare parans petit alta profundi

26 Sit *Riesius*: Heu **S** | uindictam **S** || 27 magis] magnis **S** ||
 28 Audiet **S**, *correx* | narrauimus **S** || 29 referatur *ego*: refertur **S**
 referetur *Quicheratius* referuntur *Hauptius* || 31 ac *scripsi*: hoc
S (sceleris *Hauptius*) || 32 Antistes *ex -tis corr.* **S** | prodit **S** ||
 33 templi *Quicheratius* || 34 nun **S** || ante 36 Narratio *addit*
Riesius || 36 ubi *Quicher.* | ingnotum (n *prior punctata*) **S** || 38
 ded.] ducerit **S** || 39 calibū **S** || 40 Ductile mollit onus *temp-*
tabat Hauptius; *num lacus?* | fulbumque **S** || 42 iuuenti **S**, *corr.*
m. 1 || 43 uilex **S** || 44 duris *ego*: dur (= rum) *supra lin. manu*
saec. XII **S** diuum *Hauptius*; *fortasse spretis rectis rebus; cf.*
u. 195 (post rectis interlapsum additum de coniectura durum) |
 placit et istud **S** || 46 calamus fallax *Hauptius*; *sed sollemnis*
haec breuium in arsi productio poctis Africanis || 47 en per-
 ditus *scripsi*: inperfidus **S** e. u. *priore interritus Hauptius* ||
 48 pedit **S**

Nereos et uitreo resupinos marmore campos.
 Illic sollicite *per saxa* madentia curas
 Disponens imoque trahens animalia fundo
 Serus furtiuum referebat munus ad urbem.
 Nec paulum sane maduerunt moenia, Phoebus
 Dum releuat populos. uario commercia pise
 Cernere erat, genus omne maris conpleret ut urbem:
 Hinc scarus, hinc uarius, hinc purpura, polypus inde,
 Hinc murena ardens, illinc aurata coruscans
 Et cancer mordax, tergo et russante locusta,
 Thynnus, salpa, pager, lupus, ostrea, sepia, nullus
 Et quidquid captum faciebat copia uile.
 Proderat hoc illi tantum ad compendia uitae,
 Nec dabat ars aliud: quamuis praediues adesset
 Mercatus populi, tamen hinc manus ista nocentis
 Vix erat aere grauis, nedum copiosior auro.
 Laudatus sane, quantum spectabat ad artem,
 Et stulte multis dictus 'Neptunius heros',
 Hinc etiam adsiduus templo, dum solus ad aras,
 Solus ad altare est precibusque insistere cultor
 Creditur et placidos pelagi sibi poscere fluctus,
 Aurum (pro facinus), ueterum donaria, priscum
 Obsequium, anticum munus, uidet arripit aufert.
 Quis populi gemitus, quis tunc concursus in urbe!
 Quis fuit ille dies, miseri cum pendere poenas

49 Nereo et resupinus **S** || 50 per *om.* **S** | saxam. adentia **S** ||
 chordas *Maehly* | 51 trahensq; **S** || 52 furtibum **S** || 53 Neopalā-
 sane **S** (sanie *praeterea Hauptius*) | uiderunt *Petschenig* | menia
S (limina *praefert Haupt*) | Phoebus *scripsi*: saepe **S**; patuerunt
 munera saetae *Maehly* || 54 relebat populos (*ex -lus*) **S**; releuant
Petschenig post pise interpungens | comercia **S** || 56 uarus **S** |
 purpura polipus **S** || 57 ardens *Hauptius*: madens **S** nitens
Riesius micans *Maehly* | corruscans **S** || 58 mordax. ergo **S** ||
 59 Tynnus **S** | pager] lages **S** | sepia **S** || 60 copia *ex cupia* **S** ||
 61 puto dispendia || 62 abesset **S** || 63 Mercator **S** | hin **S** || 64
 necdū **S** | auro *exaurū* **S** || 68 precibusq; **S** || 69 placidos *ex -dus*
S || 70 facinus] *ci supra lin.* **S** || 73 ante penas 2 *litt. erasae* **S**

Custodes iussi fuso de sanguine crimen
 Ignotum insontes luerent facinusque negarent! 75
 Heu male magnorum semper sub nomine tali
 Velamen scelerum. uilis persona: quis ergo,
 Despiciens hominem, tantum quis crederet umquam
 Pauperis esse nefas? uolitat cum funere diues
 Multorum; nec scire potest sua crimina solus: 80
 Hoc rursus magna statuere primordia rerum,
 Quod cito tam prodit crimen quam concipit ardor.
 Mens hominum facinus sine fine admitteret ullo,
 Si posset celare diu: cultoris honore
 Sacrilegus lucet, manibusque ablata nocentis 85
 Post spatium produunt crimen redeuntia dona.
 Huc huc tergemino letalia fulmina telo,
 Iuppiter undarum, ualido, Neptune, tridenti
 Concutiens maria alta iace pontoque uerendus
 Litoreas transcende moras! stet turbidus axis 90
 Nubibus et zephyris fundo reuolutus ab imo
 Gurges inexpletum feriat uada marmore cano!
 Piscator scaeuus meritum confundit utrimque:
 Stat post furta pius, templis tua munera reddens,
 Et post dona reus stat uilis. summa potestas, 95
 Bis tibi calcato facta est iniuria caelo:
 Cum tua sacrilegus raperet donaria templo,
 Contemptus fueras; iam nunc obnoxius esse
 Coepisti, ablatum postquam tibi reddidit aurum.

74 defuso *Hauptius* || 75 necarent **S** || 76 Nen **S** || 80 nescire **S** || 81 prorsus *Quicheratius* | magna est. ad uere **S** || 82 *puto* Tam cito quod || 83 amitteret **S** || 84 celaret **S** || 86 s *crasa ante* crimen **S** || ante 87 Excessus *praeposit* **S** || 87 letali. fulmine **S** || 89 iace e pontoque *Hauptius* || 90 transcende. remoras (n *prima supra lin.*) **S** | saxis **S** || 91 zephyris *ex zepheris* **S** || 92 inexpli- citum **S** || 93 Piscatur *seuus* **S** | utrumq; **S** || 94 tua *Quicher.*: tu **S** (dum — reddit *Hauptius*) || 95 stat *scripsi*: prost **S** pro *Hauptius* | suma **S** || 96 calcato *ex calcato* **S** || 97 rapere donoria (a *supra o alt.*) **S** || 98 iam nunc] *num* iterumq;? || 99 cepisti **S** | ablatu pot tibi reddidit **S**

100 'Ars' inquit 'studiumque dedit mihi, non scelus, aurum.'
 Verum est. Eoos etenim mercator adisti
 Et repetis patriam longo post tempore diues!
 Scilicet his manibus uiduatos cernimus esse
 Ture Arabas, Persen gemmis et uellere Seres,
 105 Dente Indos, ferro Chalybes et murice Poenos!
 Non pudet hanc artem scelerum *te* dicere princeps?
 Remus cumba fretum gurges notus ancora lembus
 Barca amus pumex conchae uada litus harena
 Contus seta salum calamus *notae* retia suber:
 110 Hic labor, haec ars est, hinc fuluum colligis aurum.
 Mercator madidus, paruae stipis actor, ad aurum
 Vt uenias, iam scire uelim; quem quando patronus
 Maximus antiquo donarit tegmine uestis,
 Mensibus ignorant maria intermissa clientem.
 115 'Quis me' inquit 'tantum facinus committere uidit?'
 Hoc bene habet, haec uox mihi iam confessio pura est.
 Nunc ergo incipiam crimen sic pandere, uere
 Vt uisum te, scaeue, putes. ergo omnis ad istud
 Huc ades, o iudex, facinus. signantia rebus
 120 Argumenta feram, magno quae septa uigore
 Interdum uisus fallunt et crimina produunt.
 Omne equidem furtum, dirus quod concipit ardor,
 His nisi nunc fallor rebus constare necesse est,
 An locus admittat facinus conplerier an non,
 125 An ualeat persona nefas committere tantum.
 Singula si excutimus, casurum est crimen in istum.

100 Ars (*supra lin.* s) inquit **S** | est eo. adsit enim **S**; an
 Boas, *scil. partes?* || 104 arabos **S** | euellere **S** || 105 calipes **S** ||
 106 te *om.* **S** || 107 fretum *ex* -tus **S** || 108 Arca **S** | pumes con-
 ceuata **S** || 109 Cotus **S** | s *ante calamus crasa* **S** | notę **S**: mola
Haupt. rota *Quicher.* || 110 hinc] hic **S** || 111 auctor **S** || 112 iam
ego: om. **S** id *Riesius* (rescire *Hauptius*) || 113 donauit *Hauptius* ||
 115 inquit *et* comittere **S** || 116 iam *om.* **S** || Probatio *ante* 117
addit Riesius || 117 uere *ego*: ueris **S** uerbis *Riesius* || 118 uisū
tescęue. potes **S**, *corr. Nipperdeius* | ad *ego*: sub **S** ob *Hauptius* ||
 119 o *om.* **S** || 120 magnoq; **S** || 125 Aduale ad **S** | comittere **S**

Ergo, ut distinctum est, uideamus ab ordine primo,
 An locus admittat facinus conplerier an non.
 Templum est, unde istud sublatum dicimus aurum.
 Maxima res: uenerandus honos, custodia nulla, 130
 Quod mane in pactis foribus uix uespere nigro
 Stridula cardinibus claudit antica retortis.
 Hoc patet adsidua luce omnibus, ut puta quisque
 Insistat precibus, nec fas est claudere postes.
 Ingressos nullos seruat custodia, nullos 135
 Egressos, licet et semper discurrere ad aras
 Omnibus et simulacra modis contingere miris;
 Dona etiam ueterum populorum, insignia regum,
 Et laudare licet cunctis et tangere fas est.
 Ianitor hinc longe est primoque in limine custos; 140
 Ipse etiam interdum penitus discedit ab aris
 Antistes metuitque precantibus arbiter esse.
 Hinc facilis causa scelerum facilisque malorum.
 Nullus custodit templum, quia creditur aras
 Caelicolum seruare timor. patet omnibus ergo. 145
 Sic Phrygiae spes sola perit, dum milite lecto
 Palladii numen seruantibus undique Teucris
 Ingressus templum furtim non creditur hostis,
 Et licet Iliados flammam Vestamque regentem
 Hoc metuens Priamus muris uallasset et armis, 150
 Dum tamen ingressos fas qui sint poscere non est,
 Inuisum e templis antistes fugit Vlisen.
 Non mirum est ergo, quod nos sic perfidus iste

129 istut s || 130 honos (ex -us) custodia s || 131 Quod
 litt. rubris s | manet *Hauptius* (qui u. 132 claudunt) || 132 anti-
 qua s || 133 adsidua luce scripsi: adsiduae licet s | utpote s, cor-
 rexi (utpote *Haupt.*) || 134 Infixit s, corr. *Hauptius* (-stut *Riesius*) ||
 135 Ingressus *Hauptius* (dein Egressus) | custodia nulla s ||
 136 Egressos in -sis corr. s | et om. s || 138 donā s || 139 Et
 lustrare *Maehly* || 140 lonce s || 141 dissedit s || 142 meduitq;
 s || 145 patet *Iuuetus*: petit s || Exemplum ante 146 inserit s ||
 146 frigē s | lecto ex -tu s || 147 nomen s || 149 illiacos s
 (Iliacus minus probat *Hauptius*) || 150 primus s || 152 e] me s

Decepit, templis numquam suspectus et aris,
 165 Sicut Pergameas caesis custodibus aras
 Audax, ut numen raperet, penetrauit Achiuus.
 Nunc quoniam cunctis manifestum cernimus esse
 Ad causam scelerum templum patuisse rapinis,
 Quod sequitur, certo tractandum examine rerum est:
 160 An ualeat persona nefas committere tantum.
 Quid metuat pauper? neque enim est iam diues habendus,
 Et cum dona ferat; quamuis maria alta peragret
 Perditus et templis furtiuum congreget aurum,
 Pauper erit, cui nullus honos, cui gratia nulla,
 165 Non clarus genitor, non noto semine mater.
 Scilicet horrescit, priscos ne nomine auorum
 Infamet fasces, miser undique, solus ubique!
 An non hoc genus est, cuius de examine muto
 Quisquis honoratos respexit forte potentes
 170 Ob meritum fulgere uiros, mox improbus, audax,
 Fortunam incusans et tetro liuidus ore
 Pauperiem monstrat superis ac pectore laeua
 Dira quiritatus fundit conuitia caelo?
 Pauperis omne nefas: facile scelus aptus ad omne,
 175 In pretium pronus, despectu numinis audax,
 Vilis iners saeuus turpis temerarius ardens
 Perditus abiectus maledictor sordidus amens.
 An non sunt isti, quorum de nomine multi,
 Ducere concessis dum nolunt artibus aeuum,
 180 Caedibus infamant siluas et crimine cauto

154 Decipit s || 155 custodib; s || 156 numera peret s || ante
 157 Probatio addit *Riesius* || 158 rapuisse rapinis s || 163 con-
 gregit s || 164 honus s || 167 Infamet fasces scripsi: Incedat in
 fasces s Incidat in f. *Hauptius* (prisco sine n. a. Incidit in f.
Quicheratius Ne cadat in f. *Maehly*) || 168 multo s, correxi ||
 169 honoratus — parentes s || 171 tedro s || 173 Diraq; ritatus
 s; quoque iratus *Iuuetus* || 174 captus adonē s || 175 pretiū ex
 -tio corr. s | despectus s || 176 iners ego: inops s | num saeuus? ||
 177 abiectus maledictus sorditus s || 178 numine s || 179 con-
 cessum s, corr. *apographon Leidense*

Insidias tendunt domibus gregibusque rapinas;
 In quibus haut ulla est caro de sanguine cura,
 Pactas temporibus cum dent in praelia mortes?
 Iam uobis mirum est, furtum quod fecerit ille,
 Sanguinis et uitae pretium cui extinguit honorem? 185
 Nunc age, si ueris tractauimus undique causis,
 Pauperis esse nefas quidquid peccatur in orbe,
 Quod superest positis iam rebus ab ordine primo,
 An uindex sceleris sit raptor *et ipse*, uidendum est.
 Neptuni e templo uotium perdimus aurum. 190
 Heu male cum diris altaria iuncta metallis!
 Qui primus templis aurum dedit omine diro,
 Is causa scelerum primus fuit. omne paratas
 In facinus mentes hominum succendier auro
 Non scierat? rectis semper contraria rebus 195
 Fulua metallorum est rabies; haec praelia miscet,
 Haec castos uendit thalamos, haec polluit aras.
 Mille nocendi artes. uolumus si uisere priscos,
 Dicite, quod facinus commissum non sit ob aurum.
 Auro ardet Glauce, Danae corrumpitur auro, 200
 Auro emitur Pluton, Phlegethon transcenditur auro,
 Proditur Amphiarauus atque Hector uenditur auro;
 Hoc Medea maga est, serpens uigil, exul Iason,
 Hoc Mida ieiunus, Paris ultus, naufraga Hellest,
 Hoc Pallas Furia, Venus inuida, Iuno cruenta, 205

181 *nonne* dominis? || 182 aut **S** || 183 Pastas **S** | cum dent *scripsi*: uindunt **S**; uendunt qui in praemia *Hauptius* || 184 iam *scripsi*: An **S** || 185 qui extinget **S** || 186 age *scripsi*: quoque **S** || 187 urbe **S** || 189 raptor et ipse *scripsi*: raptus **S** raptus causa *Hauptius* || 193 primis templi (*supra* i uidetur *erasa* s) **S** | duro **S** || 193 omnes **S** || 194 aurū *ex* auro **S** || 196 facies *Machly* || 197 uindit **S** | hē **S** || 199 commissū **S** || 200 Arro **S** | claudiane **S** || 201 ploton. flegeton **S** || 202 amfiaraus **S** | atque] et *Hauptius* || 203 Ho **S** | uigel **S** || 204 leinunus **S** | altus **S** | naufraga Hellest *ego*: naufragus helles **S** naufragaque *uel* naufraga es Helle *Hauptius* (naufraga's *Muellerus*); h *apud huius aetatis scriptores pro consona* || 205 Pallas] sapiens **S** | Furia est *Hauptius* | inuita **S**

Hippomenes cursu uelox, hoc tarda Atalante est.
 Aurum quod nigris Pactolus miscet harenis,
 Quod condit Hermus, tristis quod celat Auernus,
 Quod ferrum intundit, liquidus quod conficit ignis,
 Quod furor exposcit demens, quod praelia saeua,
 Quod raptum queritur coluber, quod Punica uirgo
 'Amissum plangit, Tyria damnandus in aula
 Pygmalion caeso quod perdit fraude Sichaeo,
 Quod tutum nec templa tenent nec pauperis ardor.
 215 'Qui raperet, donum templis non redderet' inquit.
 Sentio, quas nobis subrepto praeparet auro
 Callidus ambages: templorum abscondere furem
 Cultoris temptat donis et diuite censu
 Pauperiem foedam scelerum causamque malorum
 220 Excusat largus; nos autem insistimus inde.
 Hoc ideo factum est, ut crimen frangere posses.
 Hinc etiam est illud, docto quod concipis astu,
 Squamigerum in piscem raptum uertatur ut aurum,
 Vt titulum inscribas 'tibi nunc, salis alme profundi,
 225 Quod dedimus, Neptune, tuum est.' pulcre omnia, pulcre
 Dissimulas; sed uera patent. iam frangere uotum est
 Hoc quoque, quod longo meditatam tempore profers,
 Argumentum ingens: 'templis non redderet aurum,
 Qui tulerat.' macte, scelerum doctissime rhetor,
 230 Verborum auxiliis subrepto crimine rerum!
 Reddere te donum deus inpulit, inpulit angor,
 Inpulit et scelerum mens conscia, compulit index

206 Ipp. **S** || 207 pactulū **S**, *corr. m. 1* || 208 Hermus *scripsi*: feinus **S** funus *Hauptius* Phineus *uel* Phoenix *Quicher*. tellus *Riesius* || 210 seua **S** || 211 querit **S** || 212 tyrie **S** || 213 sicco **S** || ante 215 Refutatio *addit Riesius* || 215 inquit **S** || 216 quas] *s supra lin.* **S** || 217 abages (*s supra lin.*) tempolorū **S** || 219 sceleram **S** || 221 possis **S** || 222 conspicias **S** || 224 profunde **S** || 225 pulchre — pulcre **S** || 226 patentia. frangere **S** || 228 argumentū, *ultima 5 litt. ex ras. obscurae* **S** || 229 tulerat **S** || retor **S** || 230 subrepto *ego*: sub certo **S** subuerso *Machly* || 231 inpolit impolit **A** | angor *Machly*: ardor **S** || 232 Impolit **S**

Furtorum semper timor anxius atraque mentis
 Tristities pallensque metus resecausque medullas
 Per causam raptus trepidis penitudo secunda: 235
 Haec scaeuos uexant. non sunt, mihi credite, non sunt
 Eumenides dirae, fallax quas fabula narrat
 Cocyti in gremio rapidi, Phlegethontis ad ignes
 Tartarei, incinctas facibus serpente flagellis:
 Sed metus et facinus, set mens est conscia prauis. 240
 Ni fallor, uictum est magno quod protulit astu.
 Sed superest pars magna mihi de crimine uero:
 'Qui raperet, totum templis non redderet.' ergo
 Hoc quoque sic uincam, uerum fatearis ut ipse.
 Sustuleras templis: partiris, perfide, furtum, 245
 Non totum reddis: superauit copia partem.
 Nunc quoniam manifesta fides gradibusque malorum
 Hinc illinc lucent conlatis crimina rebus,
 Officium inuadam, ualeant ut cernere cuncti,
 Piscandi doctis semper nil nequius esse. 250
 Hic taceam, audaces ducit quos pallida semper
 In scelus omne fames secretaque litora condunt.
 Hoc loquor, infaustis leuior cur scanditur alnus,
 Quid faciant remo celeri lemboque uolantes,
 Excussum uentis pelagus cum litora plangit. 255
 Naufragium expectant: sidit cum rapta sub undas
 Puppis, submersi fundo scrutantur harenas.

233 Furtorum (u. media in o. corr.) S || 234 Tristities ex
 Tristities S | metusq; resecausq; S; reseransque Iuuetus || 235 Per
 scripsi: Post S (Post ausa et Maehly) | nonne trepidos p. secuta? ||
 238 flegentontis S || 239 Tartareu S || 240 medus S | set mens est scri-
 psi: mens est et S || 241 fictum Iuuetus | protulit S || 243 totum
 donum S || 245 Sustulleras S || 246 cupia S | partem scripsi: mentem
 S multum Maehly || 248 illic S || 251 tacia S; taceo Maehly | duci
 Hauptius || 252 segreta; S | condunt scripsi: cogunt S || 253
 locor S | cur scripsi: cum S (modorum permutatio etiam melioribus
 usitata) || 255 pelacus S | litura S | frangit S, corr. Petschenig ||
 256 sedit S, correxi | unda S, corr. Quicheratius || 257 submerse
 et scrutantur S

At cum lassatus portum uix nauita uidit,
 Furta parant missosque secant in litora funes.
 260 O scelerum auctores, tetro et cum crimine ponti
 Cladum participes et tempestatis amici!
 Haec quoque si excutitur, quam magni criminis ars est!
 Non scelus est, unco piscem quod fallitis amo,
 Quod placidas subter lina intertextis undas?
 265 Piscibus adsuetis fallaces tendere morsus
 Neptuni pulcrum uisum est non parcere templis.
 Iam satis haec cunctis uox en impensa nefandis
 Piscantis facinus cecinit uersuque coegit
 Aurum templa nefas titulos epigrammata munus.
 270 Subplicium restat scelerum, quod reddere debet
 Iudex, horrendo tollens tortore securim.
 Dicite, quis ius est examina figere causis,
 Dicite iam poenas mandatas legibus almīs.
 Vos quoque, quis ferro mortales caedere fas est,
 275 Cum iam damnati iugulos ac colla petetis,
 Ne campis patriaeque loco nec caedite iuxta:
 Deprecor. ad nigras ducatur uinctus harenas,
 Ultima despumans pelagus qua litora lambit;
 Hic iaceat medius ponto terrisque nefandus,
 280 Et cum sollicitum uentis mare tollitur alte,
 Destruat unda rogam rapiantque animalia corpus.
 Hic tamen exesis tumulos componite membris
 Et titulum facite et uersu hoc includite carmen:

258 Ad S; puto Aut | lassatus — nauita S || 259 scant in
 litore S || 260 nauictor es S || 263 uno S | piscem (m. erasa) S |
 fallidisceno S || 265 adsueti Hauptius || Epilogi ante 267 S || 267
 cunctis scripsi: functis S factis Iuuetus furtis Burn. | en addidi:
 om. S (nox est Iuuetus mea uox Hauptius post haec interpungens) ||
 268 uersusq; S || 271 tortore] r prior supra lin. S || 272 quod S
 (quos Riesius) || 274 mortale cedere S || 275 iugulos accola peti-
 stis S || 276 cedit S (ne credite iusta Quicher.) || 277 uinctus S ||
 278 pelacus qua litura S || 279 ponto ex -tu S || 280 sollicitum
 ex -tus S || 282 exesis scripsi: expositis S, quod non tuctur
 Petron. 115 | adponite Hauptius || 283 facit et S

'Piscibus hic uixit, deprensus piscibus hic est,
Piscibus occubuit. spes crimen poena sub uno est.' 280

212

Epithalamium

Ite, uerecundo coniungite foedera lecto
Atque Cupidineos discite ferre iocos; 2
Alliget amplexus tenerorum mater Amorum, 5
Quae regit Idalium, quae Cnidon alma regit, 4
Concordesque tegens cum maiestate benigna 3
Constituatur, patres et cito reddat auos. 6

213

Verba amatoris ad pictorem

Pinge, precor, pictor, tali candore puellam,
Qualem pinxit Amor, qualem meus ignis anhelat.
Nil pingendo neges; tegat omnia Serica uestis,
Quae totum prodat tenui uelamine corpus.
Te quoque pulset amor, crucient pigmenta medullas: 5
Si bonus es pictor, miseri suspiria pinge.

214

Amans amanti

Dic quid agis, formosa Venus, si nescis amanti
Ferre uicem. perit omne decus, dum deperit aetas.
Marcent post rorem uiolae, rosa perdit odorem,

284 deprensus S || 285 occupuit S | crimen crime pena S ||
212 (B. III 260, M. 1005). *In marg. IX olim adpositum in*
S (praef. p. 6) || 1 foedera S || 2 Adq; S || *uu. qui sunt in S*
3 et 5 *inter se traieci* || 5 Alliget S || 4 regit bis *Heinsius*: tegit
bis S | q; nidos S || 3 tegens *scripsi*: tegat S | maiestate S || 6 post
constituatur *interpuncti* (patres scil. *nouorum nuptorum*) | abos S
213 (B. III 278, M. 1013) extat et in L (praef. p. 10) Ad
pictorem *inscribente* || 2 finxit *schedae* | amor *uulgo* || 3 syrica
L || 5 om. L | pulsit S, *corr. Oudendorpius* (cruciant *uulgo*) || 6
est S

214 sq. (B. III 279 sq., M. 1014 sq.) extat et in Y (et qui cum
hoc cohaeret *Laurentiano*: praef. p. 25) || tit. AM. N. S. A. M. I
Y (A. M. S. A. M. P. *Laur.*) || 2 perit S *Laur.*: pte Y || 3 Mar-
cem p' Y

Lilia post uernum posito candore nigrescunt.
Haec metuas exempla precor et semper amanti
adde uicem, quia semper amat, qui semper amatur.

Rescriptum

215

...a redit in florem, sed munus perdit amantis,
...quid uile iacet: dulce est, quodcumque negatur.
...a si formosam facilem penetrauit amator,
...t adulterio et munus perdit amantis.

De Procne et Philomela

216

...ensus mihi, Phoebe, precor; nam poena puellae
...habet exemplum. tristis post funera linguae
...is inest pingitque cruor tormenta pudoris.

LINDINI de aetate

217

Vitam uiuere si cupis beatam
Et uotis Lachesis dabit senectam,
Annos ludere te decem decebit,
Viginti studiis dabis seueris,
Triginta pete litium tribunal,
Quadraginta stilo polita dicas,

...ti S | nigrescunt *scripsi*: liquescunt *codd.* (ex liquiscunt
...escunt L. *Muellerus* || 5 Nec Y || 6 uices Y || 215. NS
...ur. *inscribit* || 1 reddit Y || 2 Quicquid Y | iacet S ||
...sa *codd.*, *correxi* (qui formosam L. *Muellerus*) | faci-
...len facile S facili Y *Laur.* | penetrauit S: penetratur
...La tratur Y | amator *scripsi*: amore *codd.* || 4 Facit ad-
...ulti *id.*, *corr. Muellerus*; an adulteriis? | et] *suprascr.* q;
...m. | puto prodit || *sequitur in S c. 128*
...I 166, M. 687) tit. De progne et filomela S ||
...ena S || 3 pingit queeror tormenta S, *corr. Salm.* ||
...non esse *putat Meyerus*; fortasse *excerptum ex maiore*
...II 94, M. 541) extat et in Y || 1 si uiuere SY, *corr.*
... || 2 lachesis S lachesis Y | dabis *codd.* || 3 decem
...debit S || 4 Viginti S || 5 Triginta S (et sic -genta

Burn
luder
semp

Po

IN. IV

17

Quinquaginta uelim diserta scribas,
 Sexaginta tuo satis fruaris,
 Septuaginta uelis uenire mortem,
 Octoginta senes caueto morbos, 10
 Nonaginta time labante sensu,
 Centum nec puer unus adloquetur.

218 AVITI Allocutio sponsalis

Linea constricto de pectore uineula solue
 Et domino te crede tuo; ne candida laedas
 Vnguibus ora uide uel ne contacta repugnes:
 Est in nocte timor, non est in nocte periculum!
 Nec uolo contendas: uinces, cum uicerit ille. 5

219 De somnio ebriosi

Phoebus me in somnis uetuit potare Lyaeum;
 Pareo praeceptis: tunc bibo, cum uigilo.

220 De uuis

Vindicat ipsa suos, quos pertulit, uua labores:
 Quae pede comprimitur, subtrahit ipsa pedem.

221 De Libero patre

Orgia lassato quotiens soluuntur Iaccho,
 Sic deus uida mero ponere membra solet.

7 belim diserta s; u. 6 uelim diserta dicas et u. 7 stilo polita scribas *Pieronus blande* || 8 num satur? || 9 om. Y || 10 senex Y || 11 labante *codd.*, corr. *Heinsius* || 12 all. Y

218 (B. III 259, M. 259). tit. Abiti s || 2 nec candida s, corr. *Salm.* || 3 Huncuib; hora s, corr. *Salm.*

219 (B. V 137, M. 1075) extat et in T, qui de quodam ebrioso *inscribit* || 1 Me foeb; sT, corr. *Salm.* | putare (sic T) in potare corr. s | lyeum T lieum s || 2 cum uulgo: dum sT

220 (B. III 87, M. 935). tit. De ubis s || 1 pertullit ubas s || 2 habent post 165, 2 (ubi uide) tres codices *Petropol.*, *Lips.*, *Sangallensis* | comprimitur *scripsi*: cum premitur tres codices dum premitur s quod pr. uulgo | illa tres *codd.* | subtrahit s

221 (B. I 24, M. 584). 1 Vrgia — yacco s || 2 Hic *Salm.*

De Luna et Musis 222

Phoeba sedens gremio dum fert germana reclinem
 Languidulos pueri respiciens oculos,
 Vos Heliconiadae lentum submittite carmen:
 Carmine somnus adest, carmine somnus abest.

De statua Veneris 223

In gremio Veneris crescit quoddam genus herbae:
 Sensit dura silex, ex quo locus aestuet igni.

De uipera 224

Accensa in Venerem serpens genitalibus auris
 Sic coit ut perimat, sic parit ut pereat.
 Hi sunt affectus, haec oscula digna uenenis,
 Coniugiique Venus semper amore nocens.

De balneis 225

Exultent Apono Veneti, Campania Bais,
 Graecia Thermopolis: his ego balneolis.

222 (B. I 76, M. 621). 1 Foba s | dum *scripsi*: quem s; gr. fert Endymiona recl. *Oudendorpius* || 3 eliconiade s || 4 abest *Salm.*: adest s

223 (B. I 67, M. 611). 1 gremium s | ueneris quoddam genus erbe uerescit s, *corraxi*; herba uirescit *Salm.* quondam herba genista uirescens *Oudendorpius* feruens urtica uirescit *Loewius* (*acta soc. phil. Lips.* VI p. 358) || 2 Sentit *idem* | silex quo loco extaestut ignis s, *corraxi*; exaestuatur *Salm.* quo loco exaestuatur ignis *Oudend.* (qua parte *Loewius*)

224 (B. V 167, M. 1097). 3 His s | hec (c *supra lin.*) obscula s | tineta *Wakefieldus* | uenenis ex uenunis s || 4 Coniugioque s, *corraxi*

225 (B. III 80, M. 893). 2 termopolis s (y *supra alt.* o *Salm.*); cf. *Fleckeis. ann.* 1867 p. 243

<LUXORII UERSUS SERPENTINI>

- 226 De titulo Luxorii cum uersibus
Priscos, Luxori, certum est te uincere uates;
Carmen namque tuum duplex Victoria gestat.
- 227 De fortuitis casibus
Omnia casus agit: consultum fata sequuntur;
Cedamus fati: omnia casus agit.
- 228 De Narcisso
Dum putat esse parem, uitreis Narcissus it undis;
Solut amore perit, dum putat esse parem.
- 229 De iudicio Paridis
Iudicium Paridis prouexit coniuge Troiam;
Deleuit Troiam iudicium Paridis.
- 230 De equis Diomedis
Vim Diomedis equi monstrabant hospite caeso;
Sospite fregerunt uim Diomedis equi.

De 226—268 cf. praef. p. 46 sq. || 226 (B. initio Luxorii, M. 296) | tit. luxorie s || 2 duplex s | uictoria uulgo, correxi || 227 (B. om., M. 929) De fortuitis casibus; s, sed corr. m. 1 || 1 consultum fata scripsi: fatum consulta s || 2 casus ex -sis s || 228 (B. I 143 M. 666) catat etiam in L (praef. p. 9) et Sangallensi 899 (ibid. p. 10) || 1 it scripsi: in s L, Sangall. || 2 petit dum Sangall. || 229 (B. I 120, M. 651) 1 prouexit] pro in ras. s || 2 Deleuit Wakkerus: Decepit s | paradisi (i supra alt. a) s || 230 (B. I 177, M. 648). 1 diomedis equis s, corr. Salm. || 2 Sospite Maehly: Hospide s (-te uulgo) | fregunt s

- De Polyxena 231
Credita uirgo parem blande decepit Achilles;
Impleuitque piam credita uirgo parem.
- De Oreste et Clytaemestra 232
Pro pietate nefas matris purgauit Orestes;
Incurrit magnum pro pietate nefas.
- De Pentheo et Agaue 233
Fert miseranda caput, domino quod monstret, Agaue;
Solum, quod doleat, fert miseranda caput.
- De Turno et Pallante 234
Turnus honore ruit fusi Pallantis in hostem;
Pallantis fusi Turnus honore ruit.
- De Iasone et Medea 235
Coniugis arte decus patriae reduxit Iason;
Amisit patriae coniugis arte decus.
- De Hero et Leandro. 236
Fecit amore uiam iuuenis crudele per aequor;
Praeduram morti fecit amore uiam.

231 (B. I 92, M. 633). De polixena s; confudit qui titulos addidit Polyxenam cum Deidamia; distichon ad illam pertinet peruisse et nostro de Deidamia inscribendum esse putat Riesus, cum tamen bis (cf. 241) hanc tractatam esse incredibile sit || 1 et 2 Creditur bis s, corr. Salm. | parem bis Oudinus: patrem bis s | decepit achillis s | pium s; etiam Wakkerus || 232 (B. I 132, M. 661) tit. Di — clydemestra s || 1 horestes s || 233 (B. I 134, M. 663) De pentheu et adaugi s (agaue Salm.) || 1 Fer et 2 fer s || 234 (B. I 116, M. 647). 1 et 2 fuis in fusi m. ant. corr. s || 235 B. I 127, M. 656 || 236 (B. I 152, M. 673) tit. Dero et leandro s (De ero Salm.) || 1 crudelis s, corr. Salm. || 2 Predura s, correxi; Praedurae uulgo Praeclarae Ouden-dorpius

- 237 **De Euryalo**
Unicus Euryalus meruit solacia matris;
Ereptus matri est unicus Euryalus.
- 238 **De Hyacintho**
Sanguine flos genitus fraudem testatur Vlixis;
Seruat erile decus sanguine flos genitus.
- 239 **De Pallante**
Quae dedit, ipsa tulit uirtus Pallanta dolendum;
Prima dies, bello quae dedit, ipsa tulit.
- 240 **De Creonte et Medea**
Mens tibi dira, Creon, uel cum Medea fugatur;
Vel cum busta negas, mens tibi dira, Creon.
- 241 **De Deidamia**
Deidamia uirum qua coepit nocte mereri,
Perdidit hac dulcem Deidamia uirum.
- 242 **De Theseo**
Thesea magnanimum non cepit ianua Ditis;
Decepit coniunx Thesea magnanimum.

237 (B. I 118, M. 649). De euri ≡ liano s || 1 et 2 euri-
lianus s, corr. m. ant. | solatia s | matris est s, corr. Salm. ||
238 (B. I 156, M. 677). De iacinto (iacincto corr. m. ant., s ||
1 ulixis ex -xos incertum qua manu corr. s || 239 (B. 115, M.
646). || 1 pallanda s, corr. Salm. || 240 (B. I 129, M. 658). De
creon et medea s (num et Medea delenda?) || 1 ibi s || 2 negat
s | sibi s, corr. omnia Doruillius || 241 (B. I 160, M. 682). in
tit. De om. s || 1 cepit s || 2 Perdidit s | ac s, corr. Burm. (ah
Heinsius) || 242 (B. I 133, M. 662). De teseo s, qui 1 Tesea,
2 thesea praebet

- De Iunone et Hercule**
Viribus Herculeis dum noxia facta requirit,
Iuno dedit laudem uiribus Herculeis. 243
- De Venere**
Vritur igne suo fumantibus Aetna cauernis;
Perdita Adone Venus uritur igne suo. 244
- De tractu Hectoris**
Funere turbat equos necdum satiatus Achilles;
Hector et exanimis funere turbat equos. 245
- De Aegypto et Danao**
Perfida nox Danai dirarum caede sororum;
Mitis Hypermestrae perfida nox Danai. 246
- De cyeno et Leda**
Carmine dulcis olor dum uirginis otia mulcet,
Texit furta Iouis carmine dulcis olor. 247
- De Calypso et Didone**
Inputat aegra toris, quia flet deserta, Calypso;
Vim Dido incensis inputat aegra toris. 248

243 (B. I 40, M. 596). tit. herculū s, corr. Salm. ||
1 erculeis s (2 recte) | fata Oudendorpius pacta L. Muellerus ||
244 (B. I 68, M. 612). 1 cabernis s | etna (h m. ant. supra t)
s || 2 Perdita Piersonus: Pendet s Fernet Cannegieterus Plena
et Maehly | Adone scripsi: amore s || 245 (B. I 94, M. 634).
tit. ectoris s || 1 achillis s || 2 Ector s || 246 (B. I 122, M. 691).
2 sipermestreg (i in y corr. Salm.) perfide s || 247 (B. I 10,
M. 566). De quigno et leta (cigno et leda corr. m. ant.) s ||
1 odia mulget s, corr. Salm. || 248 (B. I 158, M. 680). tit.
calipso s || 1 quia (quod) flet scripsi: qui pfert s profert uulgo
nim pro Oudendorpius || 2 incensis scripsi: inpensis s infensis
Doruillius

- 249 **De Adone et Venere**
Pingitur ora Venus, ne se contemnat Adonis;
Vt roget Armipotens, pingitur ora Venus.
- 250 **De Castore et Polluce**
Ordine mortis eunt alterna ad munera uitae,
Inque diem fratres ordine mortis eunt.
- 251 **De Dolone et Achille**
Praemia magna Dolon currus dum poscit Achillis,
Perdidit ipse cadens praemia magna Dolon.
- 252 **De Proene et Philomela**
Sanguine muta probat facinus Philomela sorori;
Vim querulae linguae sanguine muta probat.
- 253 **De Lemniadibus**
Funera Lemniadum nescit ueneranda Thoantis,
Sola tamen sensit funera Lemniadum.

De Laucoonte

* * *

249 (B. I 69, M. 613). 1 Ping.] n supra lin. s | ne se *Riesius*: ne uel s || 2 Vt roget Armipotens *scripsi* (*Flechl. ann.* 1872 p. 363): Aut rogit omps (= omnipotens) s Aut neget *Burm.* || 250 (B. I 46, M. 599). Da castoriipollo s || 1 eunt ex sunt s | alterna ad *scripsi*: alternae s alterna et *Riesius* alternae in *Mackly* || 2 In quem die s || 251 (B. I 95, M. 636). De dolon achillis s; num et Achillis *delendum?* || 2 Prodedit s, *corr. Heinsius* || 252 (B. I 167, M. 688). De progne e philomela s || 1 philomella s || Vim querulae *scripsi l. l.*: Vimque uice s Et uice nim *Doruillius* Inque uicem *Mackly, qui et stamine bis flagitat* || 253 (B. I 162, M. 684). De lemniadibus s

- <**De Glauco et Archemoro**> 254
Squameus anguis erat, qui reddidit aethera Glauco;
Qui tulit Archemorum, squameus anguis erat.
- De Pelope** 255
Feruidus axe Pelops contemnit iura tyranni;
Facta piat soceri feruidus axe Pelops.
- De Adone** 256
Vulnera saeuus aper laesae spectanda Dianae,
Flenda dedit Veneri uulnera saeuus aper.
- De Hyla et Hercule** 257
Raptus amatus Hylas: Nympharum gaudia crescunt;
Herculis ira tumet: raptus amatus Hylas.
- De incesto partu** 258
Prodit prole parens partus enixa biformes;
Facta paterna luit prodit prole parens.
- De Caphareo monte** 259
Reliquias Danaum dira premit arte Caphareus;
Albula Tuscus amat reliquias Danaum.

254 (B. I 109, M. 643). De lauconte *inscribit s*; *apparet distichon ad Laocoontem spectans intercidisse aberrante a de lauco- ad de glauco librario* || 1 reddidit — lauco s; Glauco *Heinsius* || 2 tulit archemoro s || 255 (B. I 163, M. 685). 1 pelops s (*sic et 2*) | contemnit *Wakkerus*: condemnat s | tyranni s || 2 Facta s: Fata *uulgo* | piat *scripsi*: ligat s citat *Wakkerus* | socer s; solers *Doruillius* || 256 (B. I 70, M. 614) 1 Ulnera (u *inposita U m. ant.*) s || 257 (B. I 151, M. 672). *tit. hyla*] a *supra lin. s* || 1 et 2 amatus *bis scripsi*: amator *bis s* aquator *Eldickius* | hylax (s *supra x m. ant.*) s *bis* | nympharu s || 258 (*om. B. M.*). De incestu (*in -to corr.*) partu s || 1 biformas s || 259 (B. I 164, M. 686). *tit. caphareo s* || 1 et 2 reliquias s | caphareus s

- 260 **De Ganymede**
 Captus amante puer aquila moderante pependit;
 Infamavit aquas captus amante puer.
- 261 **De Pyramo et Thisbe**
 Pallia nota fouet lacrimis decepta Themisto;
 Pyramus heu lacrimis pallia nota fouet.
- 262 **De Iocasta et Oedipo**
 Dirum Iocasta nefas, uel cum uenit effera coniunx,
 Vel cum fit mater, dirum Iocasta nefas.
- 263 **De Hippolyto et Phaedra**
 Vincere falsa pudor poterat; sed castus et insons
 Erubuit Phaedrae uincere falsa pudor.
- 264 **De tumulo Achillis**
 Iurgia conflatur amor, ut blandius urat amantes;
 Ad cumulum fidei iurgia conflatur amor.
- 265 **De Niso et Euryalo**
 Nomen amicitiae magna pietate colendum est:
 Maxima pars uitae est nomen amicitiae.

260 (B. I 8, M. 564). De ganimede s; num addendum et Hermaphrodito? || 261 (B. I 150, M. 671). De pyramo et tisbe s || 1 Pallia n. fobet s | de Themisto cf. E. Rohde, d. griech. Roman, p. 144 not. || 2 Pyramus — fobet s || 262 (B. I 130, M. 659). tit. idippo s || 1 iocasta (i deleta) s | con uenit s || 2 ocasta s || 263 (B. I 153, M. 674). tit. ippollido s || 2 fedre s || 264 (B. I 96, M. 637). De tumulo Achillis inscribit s inepte, De Oresta et Pylade maluit Doruilius; sed culpa est Octauiani praecuribus tot mythologicis decepti, ut sqq. quoque ce. similibus titulis ornaret || 2 cumulum s: tumulum uulgo ex titulo; num uinclum? || 265 (B. I 119, M. 650). tit. euryalo s; etiam hic titulus ineptus || 1 amicitie, 2 amititje s

- Item unde supra 266
 Mens, ubi amaris, ama: rarum est agnoscere amicos;
 Rarum seruare est: mens, ubi amaris, ama.
- De Apolline 267
 Gratia magna tibi, Paean, qui pectora complēs;
 Lector, si faueas, gratia magna tibi.
- Epitaphion 268
 Nil mihi mors faciet, pro me monumenta relinquo;
 Tu modo uiue, liber: nil nihi mors faciet.

266 (B. III 283, M. 547). Item unde supra scripsi (praef. p. 47): Etemundes s; Etemundis uulgo, quod pro poetae alicuius nomine accipiunt, cum tamen docentibus ultimis distichis haec omnia sint unius poetae || 1 ubi (i erasa) amaris (supra a alt. erasa o) s | agnoscere s | amicum Doruilius || 2 seruare est scripsi: inuenire s est addunt uulgo si inuenias Doru. || 267 (B. om., M. 577). titulus ineptus || 1 pectore s || 268 (B. init. Lux., M. 297). Epitaphion s (melius Finis inscribitur) || 1 post me uoluit Riesius | nonumenta s, corr. Salm. || 2 nihil s, corr. Salm.

Blanditias fera mors Veneris persensit amando,
 Permisit solitae nec Styga tristitiae.
 Tristitiae Styga nec solitae permisit, amando
 Persensit Veneris mors fera blanditias.
 Omnipotens pater huic semper concessit amori, 5
 Fecit nec requiem tot sibi fulminibus.
 Fulminibus sibi tot requiem nec fecit, amori
 Concessit semper huic pater omnipotens.
 Purpureus ibi flos uultu non pingit Iacchum,
 Monstrat nec mitem frons noua laetitiam. 10
 Laetitiam noua frons mitem nec monstrat, Iacchum
 Pingit non uultu flos ibi purpureus.
 Occubuit minor hinc, fractis et uiribus aestus
 Torpuit oppressus Amphitryoniadis.
 Amphitryoniadis oppressus torpuit aestus, 15
 Viribus et fractis hinc minor occubuit.

269 (B. III 89, M. 236) tit. Iorfiri anaclici s. corr. Salm. (Rufini schedae); ante u. 1 numerus X in s (praef. p. 6) || 1 ferā s || 2 stigat tristicie s || 3 Tristicie stiga s | solide s || 4 feram s || 5 Om̄ps s || 8 Consensit s || 9 Purpureos s (quo retento uultus uulgo bis) | ibi (scil. in amore) scripsi hic et u. 12: sibi s bis; tibi — lacche bis L. Muellerus | uultū s | pingitur s || 10 ne m. frons (r supra lin.) — leticia s || 11 Leticiā nouā s || 12 no uultu — purpureus s || 13 Decubiit s | hinc scripsi hic et u. 16: hic bis s; huic bis L. Muellerus | fractis] r supra lin. s | aestus bis scripsi: aestu bis s astu bis uulgo || 14 oppressos s || amphitryoniadis s (-des uulgo) || 15 Amphytrioniadis s (-des uulgo) | torpuit s

Incaluit iubar hoc externis ignibus ardens
 Fortius; ardorem sol sibi congeminat.
 Congeminat sibi sol ardorem; fortius ardens
 30 Ignibus externis hoc iubar incaluit.
 Deposita face Nox quaesiuit lumina Phoebes,
 Munere si blandus haec tenet Endymion.
 Endymion tenet haec blandus si munere, Phoebes
 Lumina quaesiuit Nox face deposita.
 45 Armipotens deus hoc suspirat pondere, uulnus
 Ferrea nec rabies aut furor exsuperat.
 Exsuperat furor aut rabies nec ferrea uulnus,
 Pondere suspirat hoc deus armipotens.
 Inpatiens Venus est, siluas dum lustrat Adonis,
 50 Carpit si matrem iam cui conueniat.
 Conueniat cui iam matrem si carpit Adonis,
 Lustrat dum siluas, est Venus inpatiens.

De tabula

270

Has acies bello similes cano, quas Palamedes
 Constituit casu uario paribusque periclis.
 Inscius ac sollers sistunt se; namque superbis
 Vana superuacuae crescunt mendacia buccis
 5 Et se sollertes punctis fauentibus inflant.
 En proceres Fridas sectae laurusque magister.

21 quesibi s | febis s || 22 Munere hic et u. seq. scripsi: Vulnere bis s | si L. Muellerus bis: sed bis s | hanc bis Muellerus | tenet accipe pro definet | hęc tendymion s || 23 fobis (e supra o) s || 24 nos s || 25 num uulnere, pondus (et 27, 28 pondus, Vulnere)? || 26, 27 aut] haut L. Muellerus || 27 rapies s
 270 (B. III 79, M. 917) carmen conclamatum, fortasse maioris epyllii fragmentum || ad u. 1 numerus XI in marg. s (cf. praef. p. 6) || 1 bello similes Salm.: bellitio similes s (belli miles idem Salm. belli tiro Petschenig) || num post 2 ponendus est u. 6? || 3 ac Oudend.: hac s has schedae | sistunt se Oudend.: sistentes s | num iamque? || 4 mendatia s | buxis Burm. || 5 fabentibus s; fautricibus Oudend. fallentibus Riesius || 6 puto Fridus (cf. tit. c. 208) | puto Laurusque (Fridi s. lususque m. Petschenig)

Assidue et similes mittuntur semper in imo,
 Atque deus defit: se praefert inscius artis.
 Quid labor ingeniumque iuuat? cur pallidus extat
 Atque iners dubitat? securus ludat amator, 10
 Nummos quisquis habet: discedat liuidus hostis
 Se doctum iactans. quodsi reppertor adesset
 Princeps ac sollers, uictum se saepe uocasset.
 Aduersis punctis doctum se nemo fatetur.
 Vulnera plus crescunt punctis quam bella sagittis. 15

7 Assidue et *Oudend.*: Hac sidue *in* Hac siduit *corr.* s;
fortasse Assidue huic | similis s || 8 Adq; s Vtque *Oudend.* |
 defit *scripsi*: dedit s dederit *Oudend.* || 9 iubat cur pallib;
 s || 10 Adq; s; Atque ut *Oudend.* At quid *Burm.* | amator s ||
 11 hostis (ti per *ligaturam coniuincta*) potius quam hospes s ||
 12 Se *Riesius*: Sed s || 13 ac *Oudend.*: hac s | solers s

<Epistula Didonis ad Aeneam.>

271

Praefatio

Sic tua semper ames, quisquis pia uota requiris,
 Nostra libenter habe; quid carminis otia ludant,
 Cerne bonus mentisque fidem probus indue iudex.
 Dulce sonat, quod cantat amor; cui grata uoluptas
 5 Esse potest, modicum dignetur amare poetam.

Carmen

Debuit ingrato nullam dictare salutem
 Laesus amor. sed nulla iuuant conuitia flentem,
 Si modo flere uacet; nam me magis improba mortis
 Fata uocant: Troiane nocens, haec dona remittis?
 10 Quamuis saepe grauis conponam carmine fletus,
 Plus habet ipse dolor, nec conplent uerba dolorem,
 Quem sensus patientis habet. uel penna recusat,
 Quae male dicta dedi miseris circumdata fatis.
 Pendet amore dolor, uastus dolor auget amorem:

271 (B. I 173, M. 1610, Wernsd. IV. p. 439). *titulum om.*
 s, *addunt editt.* || ante 1 XII *numerus rubro colore* s || 2 abe
 s | carminis otia s || 3 indue *scripsi*: incole s indole *Higtius* ||
 uu. 4 et 6 habet Y || 4 grata Y: gratia A | uoluntas Y || 5 amore
uulgo || 6 ingrato nulla s | mandare Y || 7 Lesos — iubant s ||
 10 graui s, *correxi* (graues componant carmina fl. *Higtius*) ||
 11 Plus ualet *idem* || 12 *nonne* pangentis? | uel penna (*uel* dextra)
 recusat) *scripsi*: uel regna requiro s uel recta requiro *Werns-*
dorfius (nec regna requiro *deinque* male uicta *Higtius sententia*
hinc aliena) || 13 miseri s || 14 Pendit s | dolor *Hoeufftius*
(peric. crit. p. 167): domus s | uastus *scripsi* (*coll. Sen. Herc.*
Oct. 351): castus s clausus *Hoeufftius* | auget s

- 15 Dum studet iratas calamus celerare querellas,
Continuit dolor ipse manum, nec plura loquentem
Passus amor mentisque uias et uerba ligauit.
A, quotiens reuocata manus dubiumque pependit!
Quid factura fuit trepidanti pollice! dextram
20 Torpor et ira ligat, dum dura uocabula format,
Et minus explicitam condemnat littera uocem;
Torsit iter male tractus apex dubiaque remissus
Mente pudor, dum uerba notat, dum nomina mandat.
Flamma nocens iram ridet; penitusque ecurrit
25 Sopitus per membra calor diroque medullas
Igne uorat: nullus confessam culpet amantem.
Conubium nunc crimen erit? male credula uotis
Cumceta dedi (nec mira fides) sub lege mariti,
Cuius et ipsa fui: numquam nec conscia reddent
30 Vota fidem, si talis erit non digna marito.
Hanc reddis, Troiane, uicem? meus ista meretur
Affectus? non ille torus, non conscia lecti
Sacramenta tenent? totum, pro, crimine perdo,
Quidquid amore dedi. fatis licet, improbe, tendas
35 Aemula regna meis, nihil est quod, perfide, iactes:
Fraude perit, non sorte, fides. 'sed regna petebas
Debita nec rerum poteras conuertere sortem.'

15 studit iratus (a supra u) § | animus *Burm.* | celerare *Higtius*: collorare § celare *Burm.* cumulare *Maehly* || 16 manu § || 17 meritisq; §, corr. *Higtius*; metrisque *Wernsd.* || 18 dubitansque *Maehly* || 20 firmat §, corr. *Schraderus* || 21 comendat §, corr. *Schraderus* (commendat uulgo) | uoce § || 22 sapex § | remissos § || 24 iram *Hoeufftius*: irata § iterata *Petschenig*; iram intellege dolorem, cf. u. 20 | ridet scripsi: redens § ridens uulgo furens uel uirens *Burm.* regens uel recens *Riesius* redit *Klotzius* | poenitusq; § || 25 duroq; §, correxi || 26 forat §, corr. *Burm.* | confessus §, corr. *idem* || 27 Conuuiū § | tunc uulgo non *Maehly*, qui 30 erat | erit scripsi: erat §; cf. u. 30 || 28 fide §, corr. *Higtius* || 31 iste § || 33 tent § | perdi §, corr. *Higtius* || 34 Quidquid] quid supra lin. m. ant. § || 37 conuincere §, correxi

- Si datur ire, placet; nam quod fugis, unde recursus,
Vota nocentis habes! nihil est, quod dura querellis
Verba fidemque uoco (quisquis mea uulnera deflet, 40
Inuidiam fecisse neget): trahit omnia casus.
Dum sortem natura parit, sua taedia solus
Fallere nescit amor. reparato Cynthia format
Lucis honore iubar curuatis cornibus altum,
Quod de fratre rubet; cessurus lege sorori 45
Consumit sua iura dies: sic continet orbem,
Dum recipit natura uicem. sua taedia solus
Fallere nescit amor. mersum pallentibus umbris
Circumdat nox atra diem fruiturque tenebrans
Lege poli peraguntque micantia sidera cursus; 50
Nauifragi tacet unda salis nec murmurat auster
Nec flexum quatit aura nemus. sua taedia solus
Fallere nescit amor. pinnis ad germina tendens
Iam philomela tacet damno male uicta pudoris,
Amplexuque fouens querulos sub culmine nidos 55
Pensat amore nefas miserisque alitura querellas
Nocte premit, quod luce dolet. sua taedia solus
Fallere nescit amor. nunc iam bene iunctus amantes
Ardor alit thalamique fidem sua pignera complent;
Coniunx laeta uiro, felix uxore maritus: 60
Vota, recens et amor secretaque dulcia, somnus

38 quo uulgo; sed uidetur esse sententia: quod eo fugis unde facile huc redire potes, ideo fraudem adhibes; iam quo uel quonam *Higtius* quid *Petschenig* || 41 neget *Schraderus*: necat ex necant § | traī § || 42 sorte § | parit scripsi: rapit § capit *Petschenig* | uerba sua tedia — amor litteris semper rubris § || 43 reparatum §, correxi | quintia §, corr. *Salm.* || 44 altum scripsi: arcus § ardens *Maehly* || 45 Quom *Higtius* || 47 Du § || 49 tenebras §, correxi; tenebris uulgo || 51 Nauifrage §, corr. *Salm.* | sali *Burm.* || 52 Ne § || 53 pinnis garulā mane pendens §, correxi *Fleck. ann. 1873 p. 60*; ramis male garrula p. *Burm.* || 54 filomela § | picta §, corr. *Burm.* || 55 Amplexusq; § || 58 amantem §, corr. *Maehly* || 59 thalamic; § | pignera (a supra lin.) § || 60 uxores maritos §, corr. *Salm.* || 61 recens et in recenset conī. m. rec. § (retentat ego olim, repensat *Petschenig*)

Concordat cum nocte torum. sua taedia solus
 Fallere nescit amor. fecundo semine rerum
 Mutat terra uices et alumni temporis auras
 Laeta uocat: spisso reuiescit gramine campus 65
 Et uitreas leuat herba comas nec fallit arista
 Prouentum meliore fide. sua taedia solus
 Fallere nescit amor. fessus iuga soluit arator
 Et noctem per uota capit: reparare labores
 Nouit grata quies nec cessat reddere uires 70
 Infusus per membra sopor lucisque ministram
 Ruricolis dat semper opem. sua taedia solus
 Fallere nescit amor. reparant sub litora ponti
 Successus per damna suos perituraque ludunt
 Incrementa maris dubii, regit aequora fluctus 75
 Lege sua uicibusque suis quod deperit augens
 Officiis natura uacat. sua taedia solus
 Fallere nescit amor. gemmatis roscida uisu
 Rident prata rosis et floribus arua tumescunt:
 Pictus ager sub flore latet, dat fronde coronae 80

 Lasciuus natura rosis. sua taedia solus
 Fallere nescit amor. — nec grata silentia noctis
 Nec somni pia dona placent; nec munera lucis

62 Consociat *Maehly* || 63 Fallerere *S* || 64 alumni *scripsi*:
 autumnus *S* uerni *Heinsius* || 65 reuiescit *S* (-uiscit *Salm*), *corr.*
Burm. | câpos *S*, *corr.* *Salm.* || 66 uirides *Burm.* | leuat (*uel*
rigat) *Higtius*: ligat (*t supra lin.*) *S* agit *Maehly* | erba *S* | fallid
S | aristas *S*, *correxi*; aristae *Wernsd.* || 67 Prouentu *Burm.*
 Prouentus *Wernsd.* | fide *scripsi*: die *S* dies *Burm.* || 68 Fallerere
S | soluet *S* || 69 post rura *malim* | rapit *Wernsd.* cupit *Maehly* |
 labori *Schraderus* || 70 Non uibrata quies *S*, *corr.* *Salm.* | neces-
 sat *S* || 71 lucisque *scripsi*: rurisq; *S* noctisque *uulgo* | ministra
Oudendorpius || 73 sub *scripsi*: sua *S* | litura *S* || 74 per] post
Burm. || 75 regunt equara *S*, *corr.* *Salm.* | fluxus *Higtius* ||
 76 Lege *Wernsd.*: Lite *S* | auget *S*, *correxi* (77 uacans *Higtius*) ||
 78 uisu (*uel ubiuis*) *Wernsd.*: uesui *S* Vesbi *Burm.* || 79 tumē-
 scit *S* || 80 fronte coronas *uulgo* || post 80 uersum *intercidisse*
uidit Wernsd. || 82 ne grada *S*, *corr.* *Salm.*

Carpit et indutias fugientis non capit anni,
 66 Sed sua uictus amor tantummodo uulnera pascit
 Inter mille dolos totidemque pericula fraudis.
 Nota queror: uellem tacitis peritura querellis
 Flere domo, uellem tacitos consumere fletus;
 Sed negat ipse dolor, quod iam pudor ante negauit:
 70 Scribere iussit amor miseram me, cuius honestam
 Fecit culpa fidem. poteram dispergere ponto
 Membra manusque tuas miseramque tumentibus undis
 Praecipitare diem, poteram crescentis Iuli
 Rumpere fata manu paruumque resolvere corpus
 75 Morte graui mersumque in uiscera figere ferrum
 Vel dare membra feris; sed nostro pectore pulsum
 Cessit amore nefas et honesta pericula passus
 Corda fatigat amor. quis tantum in hospite uellet
 Hoc audere nefas? quis uota nocentis habere?
 100 Nullus amor sub labe latet. cui digna rependes,
 Si mihi dura paras? miserandae fata Creusae
 Lamentans gemitusque trahens infanda peregi
 Vota deis durumque nefas sortemque malorum
 Te narrante tuli, gemitus mentisque dolorem,
 105 Et lacrimas prior ipsa dedi. cui digna rependes,
 Si mihi dura paras? dulcis mea colla fouebat
 Ascanius miserumque puer figebat amorem,

85 poscit *S*, *corr.* *Salm.* || 86 toditemq; *S* | piacula *S*, *corr.*
Schraderus || 87 Vota *S*; an Vana? | placidis *uulgo* || 88 tacitus
 (o *supra u*) umere *S*, *corr.* *Burm.* (profundere *uulgo* iam tabida
 fundere *Riesius*) || 91 culpam *S* || 92 seramque *Burm.* || 94 fatā
S || 95 Moxte *S* || 96 membra *Salm.*: mensa *S* || 97 Crescit *S*, *corr.*
Schraderus | honestas *S*, *corr.* *Salm.* || 98 fatigat *scripsi*: ligat
S ligauit *uulgo* (liquauit *Maehly*) | hospide uellit *S* || 99 audire
S || 100 labe *scripsi*: laude *S* corde *uulgo* frande *Riesius* | digne *S*,
corr. *Salm.* (*sic et* 105, 111, 116) || 102 Lamenta (-tis *Salm.*) gemituq;
S, *corr.* *Maehly* | peregit *S*, *corr.* *Wernsdorfius* || 103 Voto dies
S, *corr.* *Salm.* || 104 an gemui gentisque laborem? || 105 lacri-
 mis *S* || 107 fouebat *S* e u. priore, *corr.* *Oudendorpius* (*etiam*
 figebat *proponens*)

Cui modo nostra fides amissam reddere matrem
 Dum cupit, hoc uerum mentito pignore nomen
 Format amor gemitusque graues atque oscula figit 110
 Confessus pietate dolor. cui digna rependes,
 Si mihi dura paras? nostro modo litore sospes
 Nudus et exul eras, dispersa classe per undas
 Naufragus, ut taceam clades quascumque uidebas
 Inpendisse tibi: licet haec tibi cuncta fuissent, 115
 Regna tamen Carthago dedit. cui digna rependes,
 Si mihi dura paras? nihil est quod dura reposcam
 Hoc quidquid donasse uelim. quae perdere possem,
 Numquam damna uoco. uel hoc mihi, perfide, redde,
 Quod sibi debet amor, si nil pia facta merentur. 120
 Esse deos natura docet; non esse timendos,
 Rerum facta probant. quid enim non credere possum?
 Tutus fraude manes et nos pietate perimus!
 Inprobe dure nocens crudelis perfide fallax
 Officiis ingratis meis! quid uerba minantur? 125
 Non odit qui uota dolet, nec dicta rependit,
 Quidquid rixa gemit. tibi nempe remissus habetur
 Lege pudoris amor! cui tanta dedisse recusem,
 Sceptra domum Tyrios regnum Carthaginis arces
 Et quidquid regnantis erat? de coniuge fallis: 130
 Non de iure queror, meritum si non habet ardor,

108 nostram fidem **S** || 110 gemitusue **S** | adq; **S** || 112 nostri
uulgo | litore sospes *scripsi*: litoris hospis **S** hospes *uulgo* || 113
 Nudos distuleras **S**, *corr. Maehly* | dispersas classes **S**, *corr.*
Salm. (clade *uulgo*) || 114 clades] classes *uulgo* | uidebas *ego*:
 uidebor **S** uidebar *uulgo* || 115 haec] *nomne* et? || 116 chartago
S || 117 reposcent **S**, *corr. Higtius* || 118 Hoc *scripsi*: Nec **S** |
 quidquid *in* quidquam *corr.* **S** | quae] quod *uulgo* || 119 uolo
uulgo || 121 esset timendos **S** || 122 enim credere non **S** (nunc
pro non Higtius) || 123 Totus fraudam **S**, *corr. Burm.* | at nos
Oudendorpius || 126 dicta *scripsi*: digna **S** (*e u. intercalari*) ||
 127 rixa *scripsi*: lexa **S** laesa *uulgo* plexa *Heinsius* | nempe
 remissus *scripsi*: me peremissus **S** me permissus *uulgo* tibine
inpermissus Oudendorpius || 128 pudoris **S** | cui] qui *Riesius* ||
 129 chartaginis **S** || 130 fallis *ego*: fallax **S**

Sed quod hospes eras! nec te magis esse nocentem
 Quam miserum, Troiane, puto, qui digna repellis,
 Dum non digna cupis: nondum bene siccus ad aequor
 135 Curris et extremas modo naufragus arripis undas.
 Tutior esse times et honesta pericula poscis:
 Cum mala uota cupis, solus tibi dura profecto
 Damna paras. fugis, ecce fugis nostrosque penates
 Deseris et miseram linquis Carthaginis aulam,
 140 Quae tibi regna dedit, sacro diademate crines
 Cinxit et augustam gemmato sidere frontem
 Conpleuit nostrumque tibi commisit amorem.
 Nil puto maius habes et adhuc sine coniuge regnas,
 Aeneas ingratis meus. negat ira dolenti
 145 Consilium, sed praestat amor. mea uulnera uellem
 Fletibus augeri, sed iam discrimine mortis
 Victa feror. neque enim tantus de foedere luctus,
 Quantus erat de fratre: licet simul improbus exul
 Et malus hospes eras et ubique timendus haberis,
 150 Viue tamen nostrumque nefas post fata memento!

134 Dum *Oudend.*: Sum **S**; an Cum? | sicus **S** || 136 poscis
Wernsd.: nescis **S** (timens inhonesta p. poscis *Higtius*) || 139
 cartaginis **S** || 140 Quae **S** || 141 gematos. sidere **S** || 142 Con-
 plebit **S**; Implicuit *Maehly* | comisit **S** || 143 regnat (*scil.* meus,
amor) *Wernsd.* || 144 negat *Higtius*: regat **S** || 146 auferri
Maehly || 147 feror *Salm.*: fessos **S** | foedere *scripsi*: fenere **S**
 funere *Salm.* || 148 erat *Wernsd.*: erit **S** || 149 malus *scripsi*
lect. lat. p. 33: maius **S** magis *Burm.* uagus *Riesius* || 150 post
 facta **S**

272

De rosis

A, quales ego mane rosas procedere uidi!
 Nascabantur adhuc neque erat par omnibus aetas:
 Prima papillatos ducebat *tecta* corymbos,
 Altera puniceos apices umbone leuabat,
 Tertia iam totum calathi perfecerat orbem, 5
 Quarta simul nituit maturo germine floris.
 Dum leuat una caput dumque explicat altera nodum
 Necdum uirgineus pudor exsinuatur amictu,
 Ne pereant, lege mane rosas: *cito* uirgo senescit.

273

EIVSDEM de rosa

Aut hoc risit Amor aut hoc de pectine traxit
 Purpureis Aurora comis, aut sentibus haesit
 Cyprius et hic spinis insedit sanguis acutis!

274

EIVSDEM de rosis

Hortus erat Veneris, roseis circumdatus herbis,
 Gratus ager dominae, quem qui uidisset amaret.
 Dum puer hic passim properat decerpere flores

272—274 (B. III 288 sqq. M. 1020 sqq.). *Ante u. 1 XIII rubro col. s* || 1 A *addidi* (O *Scruius*): om. s (Aequales *schedae*) || 2 *estas s* || 3 *tecta Oudendorpius*: om. s fronte *Burm.* | corimbos s || 4 *apces — leuabat s* || 5 *Tertia iam Salm. (ad Spart. Hadr. 16)*: *Tertiam non s* | galat. s | *perfecerat scripsi*: *patefecerat s* || 6 *mutato s, correxi*; *nudati Oudend.* *nudato Cannegieterus* | *tegmine Scriuer.* || 7 *lebet s, corr. Salm.* || 8 *Necdum scripsi*: Sic dum s (Huic dum *Scriu.* *Ac dum Riesius sententiam non perspicientes*) | *extenuatur s, corr. Salm.* || 9 *Nec s* | *cito om. s, add. Salm.* || 273, 2 *purpureis s* || 3 *anguis s, corr. Salm.* || 274, 1 *circumsatus Wakefieldus* || 2 *qui supra lin. s* || 3 *Hic puer dum s, corr. Salm.*

Et uelare comas, spina uiolauit acuta
 5 Marmoreos digitos; mox ut dolor adtigit artus
 Sanguineaque manu tinxit sua lumina gutta,
 Peruenit ad matrem frendens defertque querellas:
 'Vnde rosae, mater, coeperunt esse nocentes?
 Vnde tui flores pugnant fallentibus armis?
 10 Bella gerunt mecum; floris color et cruor unum est.'

* * *

FLORI

275

Venerunt aliquando rosae per ueris amoeni
 Ingenium: una dies ostendit spicula florum,
 Altera pyramidas nodo maiore tumentes,
 Tertia iam calathos; totum lux quarta peregit
 5 Floris opus. pereunt hodie, nisi mane legantur.

De Musis

276

Olio saecla retro memorat sermone soluto.
 Euterpae geminis loquitur caua tibia uentis.
 Voce Thalia eluens soccis dea comica gaudet.
 Melpomene reboans tragicis feruescit iambis.

4 *uiolauit scripsi*: *libauit s* || 5 *Marmoreus s, corr. Salm.* || 6 *Sanguineaque manū, incertum an lineolae a m. 1 sint, s* || 8 *ceperunt s* | *pugnare Salm.* *pungunt Scriuer.* | *fallentibus scripsi*: *latentibus s* *latitantibus Scriuer.* || 10 *gerant s* | *est in s post floris extat, in finem ego reieci* || *responsum Veneris deesse uidit Riesius (erat cum u. 10 sic scribendo Bella gerant tecum ego hoc responsum contineri et ante 10 intercidisse uersum putarem)*

275 (B. III 291, M. 221). *De floribus inscribi mauolt Riuinus* || 1 *per scripsi*: *pro s* | *amoene s, corr. Salm.* || 2 *die s* || 3 *pyramidas (d ea t) s* | *maiora s, corr. Salm.* || 4 *Tertia iam gallatos totum* || *(erasa s) s* || 5 *legantur s, correxi*

276 (B. I 73, M. 616) *habet etiam Y* || 1 *se claretrome. memorat (t in retro supra lin.) s* | *solutio] latino Y* || 2 *Euterpe codd.* | *tibia s* | *caua — uentis om. Y* | *auenis Heinsius* || 3 *talia s* | *sociis codd.* || 4 *Melpomene — feruiscet s*

Aurea Terpsichorae totam lyra personat aethram. 5
 Fila premens digitis Erato modulamina fingit.
 Flectitur in faciles uariosque Polymnia motus.
 Vranie numeris scrutatur sidera mundi.
 Calliope doctis dat laurea sertas poetis.

277

EIVSDEM

Stat duplex nullo completus corpore Chiron.

5 terpsichore *codd.* | lira Y | etra S || 6 premes Y | eratho
 Y || 7 polymnia S || 8 Urania *codd.* | numeris ex -rum S | scrutatur
 S | munera *Pithoeus* || 9 Caliope S Callipe Y
 277 (B. I 131, M. 660). Eiusdem S: Chiron *uulgo* || 1 du-
 plex et nullus S, *corr. Salm.*

Praefatio

278

Paruola quod lusit, sensit quod iunior aetas,
 Quod sale Pierio garrula lingua sonat,
 Hoc opus inclusit. tu, lector, corde perito
 Omnia perpendens delige quod placeat.

De uoto ecclesiae

279

Omnia quae poscis dominum, si credis, habebis:
 Quae bona uota petunt, respicit alma fides.

De christiano infante mortuo

280

Nobilis atque insons occasu inpubes acerbo
 Decessit, lacrimas omnibus incutiens.
 Sed quia regna patent semper caelestia iustis
 Atque animus caelos immaculatus adit,
 5 Damnantes fletus casum laudemus ephebi,
 Qui sine peccato raptus ad astra uolet.
 Felix morte sua est, celeri quem funere constat
 Non liquisse patrem, sed placuisse deo.

De iudicio Salomonis

281

Inuenta est ferro pietas prolemque necando
 Conseruat mater contempto pignore uictrix.

278 (B. *init. Luc.*, M. 298). *ab hoc carmine incipit noua collectio quaedam: cf. praef. p. 48* || 2 garula S || 279—281 *om. B. M.* || 279 *tit. uoto Iuretus: uelo S* || 1 habebis S || 2 recipit S, *correxi* || 280 *tit. xpiano S* || 1 (et 4) adq; S || 4 celos] s *supra lin.* S || 5 effoebi S || 6 uolet *scripsi: uiget S* || 281, 1 negando S || 2 Conserua matrem — pignora S, *corr. Salm.*

282

De cereo

Lenta paludigenam uestiuit cera papyrum,
Lumini ut accenso det alimenta simul.

283

Aliter

Vt deuota piis clarescant limina templis,
Niliacam texit cerea lamna budam.
Congrua uotiferae submittit pabula flammae,
Quae castis apibus praebuit ante domus.

284

De magistro ludi neglegenti

Indoctus teneram suscepit calculo pubem,
Quam cogat primas discere litterulas.
Sed cum discipulos nullo terrore coerces
Et ferulis culpas tollere cessat iners,
Proiectis pueri tabulis Floralia ludunt.
Iam nomen ludi rite magister habet.

285

De Bellerophonte

Bellerophon superans incendia dira Chimaerae
Victor Gorgoneo nubila tangit equo.

282 (B. V 188, M. 1118). 1 papirū s || 2 dent s, corr. Iuretus

283 (B. V 189, M. 1119). 1 lumina Salm. (u. 4 domos idem)

284 (B. II 268, M. 854) habent T quoque et V || tit. magistro nudi V | neclegente T neglegentia V || 1 cauculo S canculo T caualo V; cauculo similiaque non ipsi imputauerim poetae || 1 bubem S pulem V || 2 coga (t add. Salm.) S | primus V | litteralas V m. 1 || 3 discipulo (s add. Salm.) S | nulla T | coerces S cohercet T coarces V || 4 certat T | iners V || 5 Proiectus T | pueris S | floralia S || 6 lude re. te S ludi dite (ex date corr.) V | cobet (h supra c) V

285 (B. I 123, M. 653) habet quoque L (ipsiensis: praef. p. 10). De Bellerofonte S Bellerofons L || 1 Bellerofons codd. || dira ex dirē S dyra L (dura schedae) | cymerē S cymere L || 2 aequo L

De Chimaera

286

Ore leo tergoque caper postremaque serpens
Bellua tergemino mittit ab ore faces.

De Lauconte

287

Laucontem gemini distendant nexibus angues
Cumque suis genitis sors habet una patrem.
Quod namque iligni uiolarit terga caballi,
Hinc lacerasse ferunt saeua uenena uirum.
5 Quid sperare datur superum iam numine laeso,
Cui sic irasci ligneus auctor ecus?

De templo Veneris, quod ad muros <extruendos dirutum est>

288

Caeduntur rastris ueteris miracula templi
Inque usum belli tecta sacrata ruunt.
Nam qua directis uoluuntur saxa catenis,
Hac sunt murorum mox relocanda minis.
5 Dilecti Mauors compendia cepit Amoris:
Per muros quaerit iam sua templa Venus!

De basterna

289

Aurea matronas claudit basterna pudicas,

286 (B. V 165, M. 1095) in T quoque extat || tit. cymera S cimera T || 2 Bellua] alt. 1 supra lin. T

287 (B. I 110, M. 644). 3 namque Meyerus: tamen S | ligni S (abiegni Burm.) || 4 lacerasse Oudendorpius: tollerasse S | inde tulisse Burm. || 5 leso ex lesū corr. incertum qua m. S || 6 Cui — auctor scripsi: Cum — audet S

288 (B. I 71, M. 615). tit. qui ad S | extruendos eqs. om. S, add. schedae || 1 rutris Oudend. || 2 usu S || 3 Quae Oudend. | uolu. ex uulu. S | directis — catenis scripsi: deiectis — cateruis S deiectis cathedris Oudend. columnis uel cauernis Klotzius || 4 Haec S, corr. Meyerus || 5 Dilati S, correxi (Deleti Petschenig Dilapsi Machly) | mabors S || 6 querit S

289 (B. III 183, M. 958) habet T quoque | tit. uasterna T || 1 Aureas S

Quae radians pandum gestat utrumque latus.
Hanc geminus portat duplici sub robore burdo.
Prouehit et modico pendula septa gradu.
Prouisum est caute, ne per loca publica pergens 5
Fucetur uisis casta marita uiris.

290

De Medea cum filiis suis

Opprimat insontes infidi causa parentis,
Iasonis et nati crimina morte luant.
Sed quamuis mater uiuo uiduata marito
Coniugis in poenam pignora cara metat,
Sacra tamen pietas insanæ mitigat ausus: 5
Hunc furiata premit, hunc miserata leuat.

291

De homine qui per se molebat

Cum possis paruo sumptu conducere asellum,
Qui soleat teretes uoluere rite molas,
Cur nummi cupidus sic te contemnis, amice,
Vt cupias duro subdere colla iugo?
Linque precor gyros! poteris pistore ministro 5
Candentis quadrae munus habere sedens.
Per te namque terens Cererem patiæ labores,
Quos quaerens natam pertulit ipsa Ceres.

2 pandum *scripsi*: palatū **S** patulum **T** latum *Burm.* pactum *Riesius* | praestat *Heinsius* | utrimque *Schefferus* || 3 duplici **S** || 4 Prohibet **S** | tecta *Scriverius* || 5 nec **T** || 6 Fucetur **S** Fucetur **T**, *corr. Salm.*

290 (*B.* I 128, *M.* 657). 4 necat *Oudend.* || 6 Hinc — hinc *Wakkerus* | lebat **S**

291 (*B.* III 185, *M.* 960) *habent etiam TV* || *tit.* Dhomine **V** (*sic*) | molunt **T** molat **V** || 1 possis **T** | sumtu **SV** | conduce **T** (*re in V supra lin.*) || 3 si i cte **V** | contemnis **T** || 4 Et **S** || 5 cuiros **S** guirios **T** guirior **V**, *corr. Heinsius* || 6 Candentis **T** Cudentis **V** | quadrem unus **V** | habensre **S** habe **T** || 7 naq; **T** | cererem **S**: cerere **T** terere **V** | patierere **V** || 8 pertullit **S** | ceret **V**

De formica

292

Verrit tetra boum gratos formica labores
Et caueis fruges turba nigella locat,
Quae licet exiguo uideatur pectore, sollers
Quot legit hibernæ commoda grana fami!
6 Hanc iuste famulam nigri iam dixeris Orei,
Quam color et factum composuit domino.
Namque ut Plutonis rapta est Proserpina curru,
Sic formicarum uerritur ore Ceres.

De Hecuba

293

Prole uiro regnoque carens Priameia coniunx
Dura sorte uenit sub iuga nunc Ithaci.
Quae cupiens tantos lacrimis aequare dolores
Perpetuo planctu transit in ora canis.
6 Quid ualeat, uariis monstrat Fortuna figuris:
Post regnum in uico saucia latrat anus.

De ansere

294

Aedibus in nostris uolitans argenteus anser
Dulcisono strepitu colla canora leuat.
Ales grata bono duplici; nam fercula mensae
Complet et adseruat nocte silente domum.
6 Solus Tarpeia canibus in rupe quietis
Eripuit Gallis Romula tecta uigil.

292 (*B.* V 168, *M.* 1098). 2 caueis (*b in u incertum qua m. corr.*) **S** || 3 corpore *schedae* | sollers] *1 alt. m. ant. supra lin.* **S** || 4 Quot legit *scripsi*: Quod legat **S** | iberne. comodat **S**, *corr. Salm.* || 6 furtum *L. Muellerus*; *malim* uictus || 7 pladonis — curro **S** || 8 uertitur **S**, *corr. Burn.*

293 (*B.* I 161, *M.* 683) || *tit.* ecuba **S** || 1 *malim* tectoque | priameia **S** || 2 itaci **S** || 4 ore **S** || 6 inuita fauce latrauit *Oudend.* *dorpius* rauca latrauit *Riesius*; *puto* raucida latrat

294 (*B.* V 152, *M.* 1086). 2 Dulcisono strepido c. canore lebat **S** || 3 duplici **S** || 4 silentem **S**, *corr. Salm.* || 5 tarpeia] *e a m. rec. supra lin.* **S** | in rupisse quietis (*i prior supra lin.*) **S**

295

De sepia

Femineo geminum designat nomine sexum
 Et candens piceum sepia claudit onus.
 Vtilior nullus piscis per caerula oberrat,
 Cui pretium capto debuit esse duplum.
 Praestat carne cibos, apicum dat felle figuras,
 Eque breui specie usum ad utrumque facit.
 Hanc potius doctos adsumere conuenit escam,
 Quae sapit in morsu et probat articulos.

296

De eunucho

Quem natura marem dederat, fit femina ferro;
 Nam teneri pubes uiribus exiit.
 Hinc iuuenem cernis tanto sub robore mollem
 Et dubii pulcher corporis extat homo.
 Coniugibus cautis placita est monstrosa uoluptas;
 Fidus enim est custos, qui sine teste datur.

297

Aliter

Incertum ex certo sexum fert pube recisa,
 Quem tenerum secuit mercis auara manus.
 Namque ita femineo eunuchus clune mouetur,
 Vt dubites quid sit, uir *magis* an mulier.
 Omnem grammaticam castrator sustulit artem,
 Qui docuit neutri esse hominem generis.

295 (B. V 173, M. 1103). 4 dublum S || 5 cybos S || 6 Eq; scripsi: Et S Atque Meyerus (Et breuior species Burm.) || 7 doctos ex -tus S

296 (B. III 175, M. 952). tit. eunuco S || 1 marem ex matrem S || 2 tener inpube S, corr. L. Muellerus (inpubes schedae) || 3 tantos S || 4 pulcer S | extat schedae: errat (alt. r a m. ant. suprascr.) S

297 (B. III 176, M. 953). 3 femineo eunucos (hu supra o m. ant.) S | clune Oudend.: crure S || 4 magis om. S, add. Salm. || 5 gramaticā — sustullit S

De balneis

298

Hic ubi Baiarum surrexit grata uoluptas
 Et rudibus splendens molibus extat opus,
 Rura prius nullum domino praestantia quaestum
 Nullaque tecta tulit glebula frugis inops.
 Haec nunc Bellator multo sublimia honore
 Vestiuit cameris balnea pulera locans.
 Prospera fata uiri! naturae munera iutant,
 Cum salsum salubri litus abundat aqua.
 Alpheum fama est dulcem per Tethyos arua
 Currere nec laedi gurgitibus pelagi.
 Dant simile exemplum nostri miracula fontis:
 Vicinum patitur nec sapit unda salum.

De pantomimo

299

Mascula femineo deriuans pectora flexu
 Atque aptans lentum sexum ad utrumque latus
 Ingressus scenam populum saltator adorat,
 Sollerti spondens prodere uerba manu.
 Nam cum grata chorus diffundit cantica dulcis,
 Quae resonat cantor, motibus ipse probat.
 Pugnat ludit amat bacchatur uertitur adstat,
 Inlustrat uerbum, cuncta decore replet.

298 (B. III 31, M. 894). 1 grada S || 2 malim Grandibus e temollib; S || 3 Rura Heinsius: Pura S; fortasse aliud latet || 4t—cta Oudend.: tectum S; malim Nudaque tesqua | glibula S || 5 sublimis S, correxi || 7 iutant scripsi: mutans S mutant schedae || 8 Nunc Oudend. Nam Meyerus | habundat S || 9 Alpheum S | tethyos S, corr. Heinsius || 10 gurgidib; S

299 (B. III 178, M. 954) habet T quoque || 1 femineo S | deribans S deribans T; declinans Kloetzius | sexu T || 2 Adq; S | lectum (n supra e) T || 4 Sollerti spondit S Sollertis pend& (-ti spond& m. rec.) T, corr. Mercerus (et sp. Heinsius) | manu] modo Maehly; num gradu? || 5 graia S | difundat T || 6 modib; S || 7 Pugna S | baccatur T | asta T; instat Maehly || 8 uerbum (siue uersum) scripsi: uerum ST

Tot linguae quot membra uiro. mirabilis ars est,
Quae facit articulos ore silente loqui.

300

De funambulo

Stuppea subpositis tenduntur uincula lignis;
Quae ut fido ascendit dextra iuuante gradu,
Iam super aerius protendit crura uiator
Vixque auibis facili tramite currit homo:
Brachia distendens gressum per inane gubernat,
Ne lapsa e gracili planta rudente cadat.
Daedalus adstruitur terras mutasse uolatu
Et medium pinnis persecuisse diem.
Praesenti exemplo firmatur fabula mendax:
Ecce hominis cursus funis et aura ferunt.

301

De citharoedo

Musica contingens subtili stamina pulsu
Ingreditur, uulgi auribus ut placeat.
Stat tactu cantuque potens, cui brachia linguae
Concordant sensu conciliata pari.
Namque ita ab aequali ambo moderamine librat
Atque oris socia temperat arte manus,

9 quod **ST** | mirabili **S** | artem (*om. est*) **T** || 10 silenti *codd.*
300 (*B. III 179, M. 956*) *habent etiam* **TV** || Funabulum
inser. V || 1 Stupea **T** | suppositis (*ex-tus*) **S** | ligna (-ni m. 2) **V** ||
2 Quae ut *scripsi*: Quem *codd.* Quae *uulgo* | dextra *scripsi*:
docta **SV** dota **T** | iuuante *scripsi*: iubente **S** iubenta **T** iuuenta
V || 3 Iam *scripsi*: Quam *codd.* Quae *uulgo* | super aerius] su-
perius **S** | crura (*prior r supra lin.*) uiatur **S** || 4 abib; **S** | facile
V || 6 labsa **S** | e *Pithoeus: om. codd.* | facili **S** | panta **V** || 7 terra
V || 8 pennis **V** | persecuisse] i *ca corr. S incertum qua m.* || 9
Presenti (*erasa e*) **S** | exemplo] *ex supra lin.* **T** extimplo **V** |
mendax (*x supra s*) **S** || 10 funus **T** | ferant **S** (*corr. Salm.*)

301 (*B. III 181, M. 955*) *habet etiam* **T** || *tit.* citharedo **S**
citharedo **T** || 1 pulso **S** || 2 uulgu **T** (*unde uulgu conicias*) ||
3 iactu cantuque **S** lactuque (*cantu om.*) **T** || 5 Namq; ita **S**:
Nam lira **T** (*iura et amborum Pithoeus*) | ab *addidi: om. codd.*
modoramine **S** | libram *codd.* || 6 Adq; oris (*s supra lin.*) **S**
socia *scripsi*: socias **S** socia **as T**

Vt dubium tibi sit gemina dulcedine capto,
Vox utrumne canat an lyra sola sonet.

Aliter

302

Doctus Apollineo disponere carmina plectro
Gaudet multifidam pectore ferre chelyn,
Quam mox linguato decurrens pollice cogit,
Humanum ut possit chorda canora loqui.
Amphion cithara Thebarum moenia sepsit,
Aurita ad muros currere saxa docens.
Nec minus hac ualuit repetitor coningis Orpheus,
Impia cum flexit Tartara dulcis amor.
Ars laudanda nimis, cuius moderamine sacro
Vnum ex diuersis nox digitique canunt!

De pyrrhicha

303

In spatio Veneris simulantur proelia Martis,
Cum sese aduersum sexus uterque uenit;
Femineam maribus nam confert pyrrhicha classem
Et uelut in morem militis arma mouet.
Quae tamen haut ullo chalybis sunt tecta rigore,
Sed solum reddunt buxea tela sonum.
Sic alterna petunt iaculis clypeisque teguntur,
Ne sibi congressi uir mulier noceant.
Lusus habet pugnam, sed habent certamina pacem;
Nam remeare iubent organa blanda pares.

7 dulcedine **S** || 8 utrumne *Pithoeus: utrumque S atrum T*
(*in quo an lyraque*) | sola **T: om. S**

302 (*B. III 182, M. 957*). 2 pectine *Heinsius* | celyn **S** ||
3 percurrrens *schedae* | police **S** || 4 posset corda **S** || 5 Amphion
cithare — menia **S** || 6 decens **S, corr. Salm.** || 7 hoc *Riesius*
| reparator **S, corr. Schraderus** (*reuocator Oudend.*) | orfeus **S** ||
8 conflexit **S, corr. Salm.**

303 (*B. III 184, M. 959*). *tit.* pirrica **S** || 3 Fimineam —
pirica **S** || 4 molet **S** || 5 aut **S, corr. Salm.** (*ad script. hist. Aug.*
p. 51) | calibus **S** || 6 sola **S, corr. Salm.** || 8 Ne *scripsi*: He **S**
(*Nec — congressu Salm.*) | uir nocet an mulier **S, correxi** (*u. n.*
aut m. Salm.) || 9 habent *Salm.*: dant **S**

304

Laus temporum quattuor

Carpit blanda suis uer alnum dona rosetis.
 Torrida collectis exultat frugibus aestas.
 Indicat autumnum redimitus palmitis uertex.
 Frigore pallet hiems designans alite tempus.

305

Laus omnium mensuum

Fulget honorificos indutus mensis amictus,
 Signans Romuleis tempora consulibus.
 Rustica Bacchigenis intentans arma nouellis
 Hic meruit Februi nomen habere dei.
 Martius in campis ludens simulacra duelli
 Ducit Cinyphii lactea dona gregis.
 Sacra Dioneae referens sollemnia matris
 Lasciuis crotalis plaudit Aprilis ouans.
 Maius Atlantis natae dictatus honori
 Expolit a! pulcris florea sarta rosis.
 Sanguineis ornans aestiua prandia moris
 Iunius: huic nomen fausta iuuenta dedit.

304 (B. V 66, M. 1035) habent etiam TV (hic titulo instructus) || 1 suis V, et in ras. T: suis . uis S | resetit V || 2 Torrida V Torpida V | colectis T || 3 autumnū in -no corr. inc. qua m. S | redimitus uulgo: redimito codd. (redimmito T) || 4 hiemps TV | alitempus T

305 (B. V 84, M. 1050) habent etiam TV || tit. ominū V m. 1 | mensium uulgo || 1 honorifico — amictu (sic et S; comictu T) codd., corr. Salm. | indoctus iammsis T || 2 rumoleis — conso- lib; S || 3 bachigenis V baccigenis (n supra lin.) T bacciginis S | nobellis S || 4 febru. in omne (i del. m. rec.) — diei S || 5 Martias V || 6 Dicit T | cynifii SV cinifii T | iatea T lactea lactea V, corr. m. 2 || 7 sollemnia SV | matris S: matri TV || 8 Lasciuis Sannazarius: Lascib; S Lasciuis V Lasciuus T | grotalis S | claudit T || 9 adblantis T | dicatus codd., correxi (dignatus Pithoeus) | honori V: honore ST || 10 Expolit a scripsi: Expoliat codd. | pulchris TV | sarta codd., corr. Scaliger (Exspoliat — sarta Heinsius) || 11 urnan (o supra u ine. qua m.) S; Ornat sanguineis Vinetus | estiba (e supra lin.) S; aestiuus Heinsius; puto aestiua exornat || 12 iubenta S iuuenta V

Quintilis mensis Cereali germine gaudet;
 Iulius a magno Caesare nomen habet.
 15 Augustum penitus torret Phaethontius ardor:
 Quam recreant fessum gillo flabella melo!
 Aequalis Librae September digerit horas
 Cum botruis captum rure ferens leporem.
 Conterit October lasciuus calcibus uuas
 20 Et spumant pleno dulcia musta lacu.
 Arua Nouember arans fecundo uomere uertit,
 Cum teretes sentit pinguis oliua molas.
 Pigra suum cunctis commendat bruma Decembrem,
 Cum sollers famulis tessera iungit eros.

De Thetide

306

Cauta quidem genetrix, noceant ne uulnera nato,
 Confirmat Stygio fonte puerperium.
 Sed quia fas nulli est humanam uincere sortem,
 In membris tincti dant sibi fata locum.

13 messis Heinsius | caereali (r ex l) T || 15 paenitus V | fedontius S fetontius TV || 16 Quem codd., correxi (Quo Riesius) | gillo] i ex e T | flabella (uel tabella) Heinsius: fabilla S fa- bella T faula V facella Scaliger || 17 Aequales TV | degerit T || 18 botris T | rore (v supra o) V; rete Scaliger || 19 Conteret october (hoctober V) lascib; calcibus ubas S || 21 nobember arat S | uomere uertit Sannazarius: nomine bestie (ex uestit corr. S) codd. numine Vestae Scaliger || 22 teret et V terit et T | pingu = T | oliba S || 23 comendat S comnda V | decebre T || 24 solers codd. || tessera (a laesa) unguis T | heros TV heras S
 306 (B. I 90, M. 184) habet et T || tit. tetide codd. || 1 gene- trix (i m. ant. supra alt. e) S | noceant] e laesa T | uulnere (a supra alt. e m. rec.) S || 2 stigio codd. || 3 uincere] ui laesae T || 4 membris T; Non tincti membri Oudendorpius | sib fata (f m. 2 in ras. add.) T

307

Peruigilium Veneris

Cras amet qui numquam amauit quique amauit cras amet!
 Ver nouum: uer iam canorum: uer renactus orbis est!
 Vere concordant amores, uere nubunt alites
 Et nemus comam resoluit de maritis imbribus:
 Cras amorum copulatrix inter umbras arborum 5
 Implicat casas uirentis de flagello myrteo,
 Cras Dione iura dicit fulta sublimi throno.
 Cras amet qui numquam amauit quique amauit cras amet!
 Ipsa Nymphas diua luo iussit ire myrteo: 28
 'Ite, Nymphae, posuit arma, feriatas est Amor: 31
 Iussus est inermis ire, nudus ire iussus est, 32
 Neu quid arcu neu sagitta neu quid igne laederet.' 33
 It puer comes puellis; nec tamen credi potest, 29
 Esse Amorem feriatum, si sagittas exiit; 30

307 (*om. B. et M., Wernsd. III 463 sqq.*). Liber grāmaton \ explicit \ XVI: incipit . per . uirgiliū . ueneris \ trocaico . metro . sunt uero \ uersus . XXII *inscribit S post c. 379 exhibens, titulo caret T hic ponens (cf. praef. p. 48) || 1 amabit S | amauit cras S: cras amauit T || 2 uer renactus orbis est scripsi (Fleckeis. ann. 1872 p. 55): uer natus orbis est T uere natus iouis est S (est Iouis Buechelerus) || 3 amatores T | nubent T || 4 comam resoluet T || 5 amorem T || 6 casas Pithoeus: gazas T gaza S | uirentes T | mirteo S || 7 fultas sublime S | throno ST || 8 amet ex amat T | quinq; T || *ut. qui secuntur in codd. 9—27 post 62 traieci (9—11 post 62 Heidtmannus, 59—62 ante 9 Otto Muel-lerus transposuerant): cf. libellus meus 'unedirte lat. Gedichte' p. 42 sq. || 28 nimfas ST | loco T || 29, 30 post 33 traieci (31 ante 29 Machly) || 31 In te S | nimfe S (sic) nymfe T || 32 ē T: e S (sic) | nudos S durus T || 33 nonne Ne? | arcu neu S: acunco T | digne T || 29 It Pithoeus: Et codd. | comis T || 30 exiit scripsi Fleckeis. 1873 p. 67): uexerit codd.**

34 Sed tamen, Nymphae, caute, quod Cupido pulcher est:
 35 Totus est in armis idem quando nudus est Amor.
 Cras amet qui numquam amauit quique amauit cras amet!
 Comparis Venus pudore mittit ante uirgines:
 'Vna res est quam rogamus: cede, uirgo Delia,
 Ut nemus sit incruentum de ferinis stragibus.
 40 Ipsa uellet te rogare, si pudicam flecteret,
 Ipsa uellet ut uenires, si deceret uirginem.
 Iam tribus choros uideres feriantis noctibus
 Congreges inter cateruas ire per saltus tuos
 Floreas inter coronas, myrteas inter casas.
 45 Nec Ceres nec Bacchus absunt nec poetarum deus.
 Detinenter tota nox est peruiclanda canticis:
 Regnet in siluis Dione: tu recede, Delia.'
 Cras amet qui numquam amauit quique amauit cras amet!
 Iussit Hyblaeis tribunal stare diua floribus:
 50 Praeses ipsa iura dicet, adsidebunt Gratiae.
 Hybla, totos funde flores, quidquid annus adtulit;
 Hybla, florum subde uestem, quantus Ennae campus est!

34 nimfe S nymfe T | pulcer S || 35 in armis Pithoeus: inermis codd. (Est in a. totus idem Scriuerius superflue) | idem T: si ≡ dē S || 36 quique] qui T | amit T || 37 Comparis scripsi (Fleckeis. 1872 p. 56): Compari codd. | ante scripsi: ad te codd. (post 37 lacunam statuerat Bergkiius, 37 post 39 traiecit Schenkelius) || 37—47 ut Veneris nuntium distinxi || 38 Unam S | re T || 39 Vtne nussit incruendum deferin'is T (sic) | tragibus S || 40 om. T | uellit erogare S (sic), corr. Salm. || 41 uellit S | uenires ex -ret corr. T | diceret T || 42 chorus S coros (h supra co) T | feriatas codd., corr. Scriuerius; feriatas Pithoeus || 44 myrteo S mysteas T || 45 teres T | baccus S baccas T | potearum S | deas T || 46 Detinenter Schenkelius: Detinente S Detinenter T (De tenente Salm. Detinenda Heinsius Detine te Orellius) || 46 peruiclanda S: peruigila T || 49 hyblei S ybleis T || 50 Praesens codd., corr. Douza | dicit adsederunt codd., corr. Douza || 51 Hibla codd. (sic et 52) | totus fundet (flores om.) S | quicquid T | annos S annis T, corr. Pithoeus | adtulit S || 52 subde Scriuerius, uestem Salm.: superestem S rumpereste T (sume Crusius, messem Scriu.) || 52 Ennae Lipsius: ethne T et nec S Aetnae Pithoeus

Ruris hic erunt puellae uel puellae fontium
 Quaeque siluas quaeque lucos quaeque montes incolunt.
 Iussit omnes adsidere pueri mater alitis, 55
 Iussit at nudo puellas nil Amori credere.
 Cras amet qui numquam amauit quique amauit cras amet!
 Et recentibus uirentes ducat umbras floribus

* * *

Cras erit quom primus aether copulauit nuptias
 Vel pater totum creauit uernis annum nubibus: 60
 In sinum maritus imber fluxit almae coniugis,
 Unde fetus mixtus omnis aleret magno corpore. 62
 Tunc cruore de superno spumeo pontus globo 9
 Caerulas inter cateruas, inter et bipedes equos 10
 Fecit undantem Dionem de marinis imbribus.
 Cras amet qui numquam amauit quique amauit cras amet!
 Ipsa gemmis purpurantem pingit annum floridis,
 Ipsa surgentes papillas de Fauoni spiritu
 Urget in nodos feraces, ipsa roris lucidi, 15

53 fontium *scripsi*: montium *codd.* || 54 siluas quae locus S siluasq; locos T, *corr.* Pithoeus | fontes *Scriverius* || 55 om̄s T | alitas T || 56 at *scripsi*: et *codd.* | nullo T | amoti T || 58 Et | an Ut? | rigentibus *codd.*, *corr.* Pithoeus | uergentes T | ducat T: duo ad S | umbra S || *post* 58 lacunae signa posui (*male* 58 *post* 39 *doctus anonymus*, *post* 4 *Maehly* ponebant) || 59 quom *Buechelerus*: quo S qui T | copulauit S || 60 Vel *scripsi*: Ut *codd.* Et *Scriverius*; *cf. mus. Rhen. XXXI p. 102* | totum *Salm.*: totis *codd.* Iouis *Maehly* motis *ego olim* | creauit S: crearet T | ueris *Sanadonius* || 61 a ante imber *erasa in* S | fluctus alma et T || 62 Unde S: Ut T | fletus S fletus T, *corr.* Pithoeus | alteret S || 9 Tuno quiore T | superno *Pithoeus*: superbo S superhuc T | pont' deglouro T || 10 uipedes T || 11 dionem S dione T | marinis *Rivinus*: maritis *codd.* (de m. i. *delebat Buechelerus*; at *cf. unedirte lat. Ged. p. 44*) || 12 amet *ex amat corr.* T || 13 gemmas T | floridis *Riglerus*: floribus *codd.* || 14 surgentis T | faboni *codd.* | sparitu (u *supra a*) T || 15 Urget T | nodos *amicus Scriverii*: notos S totos T toros *Pithoeus* | feraces *scripsi* (*Fleckeis. 1873 p. 66*): penates S pentes T patentes *Wernsdorffius* tepentes *doctus anonymus* | ipsas S

Noctis aura quem relinquit, spargit umentis aquas.
 En micant lacrimae trementes de caduco pondere:
 Gutta praeceps orbe paruo sustinet casus suos.
 Iam pudorem florulentae prodiderunt purpurae:
 Umor ille, quem serenis astra rorant noctibus,
 20 Mane uirgineas papillas soluit urenti peplo.
 Ipsa iussit mane totae uirgines nubant rosae:
 Facta Cypridis de cruore deque Amoris osculis
 Deque gemmis deque flabris deque solis purpuris
 25 Cras pudorem, qui latebat ueste tectus ignea,
 Unico marita uoto non rubebit soluere.
 Cras amet qui numquam amauit quique amauit cras amet!
 63 Ipsa uenas atque mentem permeanti spiritu
 Intus occultis gubernat procreatrix uiribus,
 65 Perque caelum perque terras perque pontum subditum
 Praenium sui teporem seminali tramite

16 relinquit T | tumentis *codd.*, *corr.* Pithoeus || 17 En *Schulzius*: Et *codd.* (quod 18 ante 17 posito seruari posse putat *Buechelerus*) | micant S micant T, *corr.* Lipsius (*Emicant O. Muellnerus*) | lacrimas S | trementes (r *ex corr.*, e *supra* rm) S, unde tumentes *conicias* | caduco S: cadu T || 18 urbe et sustine S || 19 Iam *Bergkius*: In *codd.* Hinc *Salm.* En *Schulzius* | pudore S | purpore S pupure T || 19 *sq. libere immutatos adfert Fulgentius myth. I p. 11 M.* || 20 Humor S | notibus T || 21 uirgines *Lipsius* | papilla (i *ex e*) solui T | urenti *scripsi*: tumentis *codd.* (*sic*) umentis *uulgo* undanti *Ribbeckius* uerenti *Maehly* || 22 Ipiussit T (*sic*) | manet S | totae *Orellius*: tute S tue T | rasura ante rose in T || 23 Fusta T | Cypridis *O. Muellnerus* (*Cypris Scriverio praeunte*): prius *codd.* | detque T | oculis T || 24 flabris *scripsi* (*Fleckeis. 1873 p. 66*): flammis *codd.* | purporis S pupuris T || 25 pudorem *scripsi l. l.*: ruborem *codd.* (ruporem T m. 1) || 26 Unico *Pithoeus*: Unica *codd.* (quo seruato nocte *Riesius*) | uoto (= nuptiis) *Bergkius et ego*: noto S nodo T noto marita *Buechelerus* marita (-to) nota *Schenkelius* | rubebit *scripsi*: pudebit S pudet T || 63 uernas T | adque S | malim mentes | permeante spu (*sic*) T || 64 occultis *codd.* | gubernat procreatis S || 65 que] quem *bis* S | malim Perque terras p. caelum | pp; pontum S, in quo subd ante subditum *erasum* || 66 Peruium *codd.*, *correximus mus. Rhen. XXXI p. 102* | teporem *scripsi*: tendere S tenorem B

Inbuit iussitque mundum nosse nascendi uias.
 Cras amet qui numquam amauit quique amauit cras amet!
 Ipsa Troianos penates in Latinos transtulit,
 Ipsa Laurentem puellam coniugem nato dedit, 70
 Vnde Ramnes et Quirites proque prole posterum 73
 Romuli matrem crearet et nepotem Caesarem; 74
 Moxque Marti de sacello dat pudicam uirginem, 71
 Romuleas ipsa fecit cum Sabinis nuptias. 72
 Cras amet qui numquam amauit quique amauit cras amet! 75
 Rura fecundat uoluptas, rura Venerem sentiunt;
 Ipse Amor puer Dionae rure natus dicitur.
 Hunc ager cum parturiret, ipsa suscepit sinu,
 Ipsa florum delicatis educauit osculis.
 Cras amet qui numquam amauit quique amauit cras amet! 80
 Ecce iam subter genestas explicant tauri latus,
 Quisque laetus quo tenetur coniugali foedere.
 Subter umbras cum maritis ecce balantum greges; 83
 Iam loquaces ore rauco stagna cygni perstrepunt. 85
 Et canoras non tacere diua iussit alites: 84
 Adsonat Terei puella subter umbram populi, 86
 Vt putes motus amoris ore dici musico
 Et neges queri sororem de marito barbaro.
 Illa cantat: nos tacemus? quando uer uenit meum?

67 nosce T || 69 penates *Scriuerius*: nepotes S nec potes T | latino T || 70 Ipa S || 73, 74 ante 71 *posui* || 73 ramnes S rames T || 74 Romuli *codd.* | patrem *Lipsius* mater *Scriuerius* Romulum patrem *Buechelerus* || 72 Romuleas T; Romulares *Riglerus* | ipsas S | sauinis T || 76 facundat T || 77 natu S || 78 sinum S || 79 deligatis S || 80 amat *pro altero* amauit S || 81 sup̄ter *Broukhusius* (*ad Tibulli* II 1, 62): super *codd.* | explicat *codd.*, *corr.* *Pithoeus* | tauri *idem*: aonii *codd.* agni *Lipsius*; *melius foret* apri || 82 laetus *scripsi*: tutus S tuus T | cum iugali T | federe S federe T || 83 ulmos *Machly* | ualantū T | gregis S gregum T || 85 ante 84 *traieci* (*mus. Rhen. l. l.*) || 85 stagna quinni S cigni T || 84 canores T || 86 Adsonante aerei puellae sup̄ter T | populi S (*non* T) || 87 putas T | musico S musi co T || 88 Eet T | queris S || 89 quan uir S | *num* ueniet?

90 Quando faciam uti chelidon uel tacere desinam?
 Perdidit Musam tacendo nec me Phoebus respicit.
 Sic Amyclas cum tacerent perdidit silentium.
 Cras amet qui numquam amauit quique amauit cras amet!

90 faciam T: *fiam* S | uti *Riuinus*: ut *codd.*; cf. *Buechelerus mus. Rhen. XV p. 449*; ceu *doctus anonymus* | celidon S celidon T | uel ego (*mus. Rhen. l. l.*): ut *codd.* et *Buherius* | taceret T || 91 Perdidit di *alt. supra lin.* S Perdidimus antacendonē me T (*sic*) | foebus *codd.* (*Apollo Thomasius superflue*) || 92 amyclas S amidas T | taceret *codd.*, *corr.* *Pithoeus* | perdidit S | Explicit peruigilium ueneris T, om. S

308

De balneis

Aspice fulgentis tectis et gurgite Baias,
 Dant quibus haut paruum pictor et unda decus.
 Namque gerunt pulcras splendentia culmina formas,
 Blandaque perspicuo fonte fluenta cadunt.
 Gaudia qui gemino gestit decerpere gustu
 Et uita nouit praetereunte frui,
 Hic lauet: hic corpus reparans mentemque relaxans
 Lumina picturis, membra fouebit aquis.

309

Aliter

Fausta nouum domini condens Fortuna lauacrum
 Inuitat fessos huc properare cito.
 Laude operis mundi capiet sua gaudia praesul,
 Ospes dulcissima dum recreatur aqua.
 Condentis monstrant uersus primordia nomen
 Auctoremque facit littera prima legi.
 Lustrent pontiugi Cumanus litoris antra:
 Indigenae placeant plus mihi deliciae.

308 (B. III 42, M. 897). 1 gurgites S || 2 aut S || 5 gustu scripsi: fructu S (e u. seq.) || 7 labet S || 8 fobit S, corr. Salm.

309 sqq. (B. III 43 sqq., M. 899 sqq.). Acrostichon Filocali detexit L. Muellerus || 1 furtuna S || 2 cito scripsi: uite S uiros Salm. uiae Heinsius || 3 operis] s supra lin. S | mundi scripsi: fundi S functi Machly (fruitur, capit et Gudii schedae) || 4 Hospis S, corr. L. Muellerus || 5 monstrat uersos S, corr. Salm. || 7 cumanni S || 8 dilici ≡ e (e supra pr. i) S

Aliter

310

Quisquis Cumanus lustrauit litoris antra
 Atque hospes calidis saepe natauit aquis,
 Hic lauet, insani uitans discrimina ponti:
 Baiarum superant balnea nostra decus.

Aliter

311

Flammea perspicuis coeunt hic lumina lymphis
 Dantque nouum mixti Phoebus et unda diem.
 Denique succedit nostris lux tanta lauacris,
 Vt cernas nudos erubuisse sibi.

Aliter

312

Infundit nostris Titan sua lumina Bais
 Inklusumque tenet splendida cella iubar.
 Subiectis caleant aliorum balnea flammis:
 Accendi haec poterunt, Phoebe, uapore tuo.

De thermis

313

Delectat uariis infundere corpora lymphis
 Vel mutare maris saepe fluenta libet.
 Nam ne consuetae pariant fastidia thermae,
 Hinc iuuat alterno tingere membra lacu.

310 2 Adque hospis calidis S || 3 labit — discrimine S || 311, 1 coeunt Salm.: ceunt S | lymphis S || 2 foeb; S || 4 erubiisse S || 312, 1 titans S || 2 que] u supra lin. S || 3 Accendi haec scripsi Burmannum (qui Incendi uoluerat) secutus: Haec reddi S | potuerunt. foeb uapore suo S, corr. Salm. (Haec radiis p. P. ualere uel tepere t. Oudendorpius; improbabilia alii)

313 (B. III 39, M. 895). tit. termis S || 1 lymphis S || 2 Vel scripsi: Ut S Et Meyerus | magis S, corr. idem || 3 termę S || 4 iubat S

314

Aliter

* * *

Tecta nouem Phoebi nuper dictata Camenis
 Nunc retinet Bacchus et sua tecta uocat.
 Namque ubi tot ueterum manserunt scripta uirorum,
 Hic potat laeta dulcia uina Cypris.
 Cognato semper lustrantur numine sedes:
 Quas coluit Phoebus, has colit en Bromius.

315

De lenone uxoris suae

Graecule, consueta lenandi callidus arte,
 Coepisti adductor coniugis esse tuae
 Et, quem forte procax penitus conroserat uxor,
 Consueras propria praecipitare domo.
 Sed praetensa catus derisit retia quidam,
 Conuersa statuens sorte manere domo;
 Nam semel admissus tenuit bona credita seruans
 Teque tuis miserum depulit e laribus.
 Solus uera probas iucundi uerba poetae:
 'Dum iugulas hircum, factus es ipse caper'.

316

Ad lenonem comitiacum

Militiae cultus et nigri tegmina panni
 Cur magis exoptes, dissere leno mihi.

314 (B. III 40, M. 896) Aliter inscribit S; plura perierunt; titulum proponit ex gr. De bibliotheca in triclinium mutata Ricsius || 1 foebi S (-bo Salm.) | dictata scripsi (cf. Orest. trag. 31): dicata S (unde nuperque Heinsius) || 4 laete Ricsius (laeta a! ego olim) || 6 foeb; S | en ego: et S

315 (B. III 168, M. 947) habet T quoque || tit. leone T || 1 Gregule S Grecula T | consuetam S; puto non sueta | calidus S || Cepisti S Cepisti T || 4 patria T | domū S || 5 catus S: actus T | retia S || 6 Quiruerastatuens S Curua rastuens T, corr. Burm. horemanere S hoc remanere T, corr. idem || 7 admisus T derisit retia quidam codd. e u. 5, suppleuit Burm. || 8 Neque S || 9 iocundi nerbera S || 10 (Martialis III 24) Dum Mart.: Cum ST

316 (B. III 169, M. 948). tit. comitiacū (c supra n) S || 1 nigri S || 2 desiderare S, corr. Salm.

Exiguone tibi cedebat cellula quaestu,
 Nec grauis adducta uirgine saccus erat?
 An nescis populi pastum sibi tollere paucos,
 Vnde miser fisco paupere miles eget?
 Effuge uitandos, si qua potes arte, labores,
 Vt ualeas tenso uiuere, leno, pede.
 Nam si formonsas redeas lenare puellas
 Et dederit quaestus cottidiana Venus,
 Iam non miles eris humilis, sed diuite nummo
 Fies militiae mox utriusque comes.

De Marte cinaedo

317

Quid prodest Martis nomen de numine ductum,
 Pruriat infamis cum tibi clune Venus?
 Sors fuerat melior, Cypridos cum nomen haberes
 Et natura daret Martia membra tibi.
 Nunc utroque carens, ignoti fabula sexus,
 Femina cum non sis, uir tamen esse nequis.

De Caballina meretrice

318

Caballina furens amanda nulli
 Excussis modo calcibus fremebat;
 Quae quamuis facie micet rubenti

3 Exiguo nec S, corr. Salm. | cedebat scripsi: crescebat S || 4 Nec ego: Cum S Non Ricsius | uirgines saccus eras S || 6 egit S || 8 caleas S, corr. Salm.; caueas Boltius careas Petschenig || 11 Iam non scripsi: Non iam S | diuide S || 12 milicie mox utriusq; come (s add. m. rec.) S

317 (B. III 170, M. 949) habet T quoque. In Martium cinaedum Burm. || 1 nomen S: om. T | numine ego: nomine S me T | dictum codd., corr. Burm. || 2 Pruriat (-ad S) codd. | infami codd., correxi | dune T || 3 Fors schedae | melior om. T cum scripsi: ut codd. si Burm. || 4 Aut Ouidend. | membra T || 5 utrumque T | ignoti | g supra lin. (m. 1?) S

318 (B. III 171, M. 950) habet T || tit. merice T uersus falso distinguens || 1 puto amata nulli uel amante nullo, causa ut furoris indicetur || 3 quauis T

Et uibret Parium nitens colorem,
Hirsutis tamen est petenda mulis,
Qui possint pariles citare iunctas.

319

De Arzugitano uate

Praecisae silicis cautibus edite,
Siluestri iuuenis durior arbuto,
Trunco cum stupeas horridior, cupis
Formare e propriis carmina uersibus
Et metri uariis ludere legibus?
Sed quis te docilem iudicet artium,
Quas natura dedit cordis acutior?
Solut ligna dolans fortibus asceis
Et duri resecans robora pectoris
Vatem te poterat reddere ligneum,
Qui uaccam trabibus clusit adulteris
Vel qui struxit eum fraudis Achaicae.

320

De capone phasanacio

Candida Phoebeo praefulgunt ora rubore,
Crista riget radiis, ignea barba micat.
Alae colla comae pectus femur inguina cauda
Paestanis lucent floridiora rosis.

4 bibret S biberet T | pariens (ū supra ens) S paruum T | colore T || 5 mullis T || 6 possent (i supra e) S possuit T | cithare T

319 (B. III 167, M. 946) habet et T || tit. arzugitanoe uete S arzugitano Fuetae T uersus falso distinguens || 1 Praecisse T || 2 arbuste T || 3 Tunccocum iubeas tupeas T || 4 e om. codd., add. Heinsius || 7 cordis acutior S: cordas (i supra a) acutior T; cordibus auctior Oudendorpius (almior ego) || 8 Solis S; num Solum? | asceis (ex ascibus corr. S) codd.: ascis uulgo || 9 duris codd., corr. Heinsius || 10 uadē S || 11 baccā S | tra=ib; (u supra ras.) T | clusit scripsi: lusit codd. || 12 acaice codd.

320 (B. V 150, M. 260) habent et TV || tit. caupone T | fassanatio S fassanario TV phasiano Burm. || 1 febeo S foebeco T || 2 Crusta V | ridet T | igne ab arua S || 3 femor V | incunias S unguis V || 4 Paestaniis codd. | roris T

Flammea sic rutilum distinguit pinna colorem,
Vt uibrare putes plumea membra faces.

De malis Matianis

321

Haec poterant celeris gressus tardare puellae,
Haec fuerant Veneri iudice danda Phryge.
Nam sic ingenuo flauescunt mala colore,
Vt superent auro uera metalla suo.

Aliter. Laus

322

His constat Veneri praelatae gratia formae,
Haec moriente sacrum perdidit angue nemus.

Aliter. Vituperatio

323

His concepta deum tenuit discordia mensas,
Prodidit atque urbem his Briseida suam.

De gillone

324

Gillo uomit gelidum uastis singultibus annem,
Vis aliena cui frigoris addit opem.
Nam tepidum laticem curamus claudere testa,
Vt mersa imbrigenis unda niuescat aquis.

5 Flammea T | rutilū — calore S || 6 potes T, et (u supra o) V | membra T

321—323 (B. III 208 sqq. M. 980 sqq.) habet T, 321 etiam V || 1 celeres (i supra tert. e m. ant.) t. puellas S caelerestio t. puellas T celeres p̄cio t. puellas V, correxi (pretio uulgo, stadio Sannazarius inserunt; celerem — puellam Heinsius) || 2 uenire T | iudici S | frige S friga TV || 3 ingenio codd. | flauescunt] nesc supra lin. m. 1 V || 4 metallo S || 322, 1 gratia] num gloria? | furinge T || 2 perdidit (i supra alt. e m. ant.) S | angue T || 323 tit. uitu=peratio T || 1 concepta scripsi: contempta S contempta T | genuit T | mensas scripsi: mensa codd. (-sā corr. m. rec. S) || 2 Prodidit T Prodidit S, qui et adq; et breseida

324 (B. V 150, M. 1070) habent et TV || tit. om. T || 1 uomit m. 2 ex uomit V || 2 frigoras (i supra a) T | adit V m. 1 | spem T || cludere SV || 4 indigenis TV

325

De theo

Inguine suspensam gestas sub uentre lagunam,
Quae tibi fit turgens amphora flante Noto.
Vectigal poteras figulorum reddere fisco,
Quorum tam tereti ramice uincis opus.

326

Aliter

Moles tanta tibi pendet sub uentre syringis,
Ut te non dubitem dicere bicipitem.
Nam te si addictum mittat sententia campo,
Vespillo ignoret, quod secet ense caput.

327

De Ioue in pluteo

Flexilis obliquo sinuatur circulus orbe
Inclusumque gerit machina sacra Iouem.
Vana sub aspectum duxit mendacia fictor:
Orbis rectorem quis probat orbe tegi?

328

Aliter

Cyaneas Genitor gestans post fulmina pinnas
Dulcia diffundit carmina uirginibus;
Quem retinens Leda, presso dum gaudet olore,
Amissa agnouit uirginitate Iouem.

325 sq. (B. V 198 sq. M. 1127 sq.). 1 gestas agunam S; *suppleuit Heinsius* (lagenam *schedae*) || 2 urgens amphora S || 3 fisco S || 4 terit ira mice uincis (i supra e) S || 326 1 || tibi (erasa p) S | siringi S, corr. *Burm.* (Siringi *Lessingius* siringae *Petschenig*) || 2 dicere S || 3 puto iam || 4 Vespillo S | ignorat S, *correxi* | secedens se S

327 (B. I 7, M. 562). *tit. iobe* S || 2 macina sacro iobem S || 3 aspectu (u supra o m. ant.) S, corr. *Oudendorpius* || 3 mendacia S | pictor S, corr. *Meyerus* || 4 qui *L. Muellerus* | probet *Oudend.*

328 (B. I 9, M. 565). *Aliter paulo negligentius inscriptum est (carmen ante intercidisse et hoc de Ioue et Leda inscribendum putat Riesius); an 328 post 330 ponendum est?* || 1 Gigneas S || 3 dum *Meyerus*: cum S

De ouo Ledaee

329

Ledaee partus ouo monstrantur aperto,
In eycnum uerso a Ioue quod tenuit.
Vna tribus genetrix, sed sors diuersa creatis:
Sidera pars faciet, pars fera bella Phrygum.

De Europa

330

Terga bouis credens Europa ascendit alumni
Inseditque boui non reuisura parem.
Fraude suos Genitor celat uel complet amores;
Nam deus in tauri corpore praedo latet.

Aliter

331

Mentitus taurum Europam Iuppiter aufert,
Virgineos ardens pandere fraude sinus.
Humano tandem ueniam donemus amori,
Si tibi, summe deum, dulcia furta placent.

De Narcisso

332

Inuenit proprios mediis in fontibus ignis,
Et sua deceptum urit imago uirum.

329 (B. I 11, M. 567) *habet T quoque || tit. obo S (sic et 1) || 2 cignu codd. | quod scripsi: quos S (de I. q. genuit Oudend.) || 4 faciat T m. 1 | frigu codd.*

330 sq. (B. I 12 sq., M. 568 sq.) *tit. Deuropam S || 1 bo- bis S; boui Tollius || 2 boui scripsi: ioui S; at cf. u. 4 | parem (h. e. eundem) scripsi: patrem S (reditura patri *Burm. poetam Africanum corrigens*) || 4 in] hic? || 331, 1 tauro S, corr. *Salm.* | E. t. m. *Oudend.* (possis T. m. E.) || 2 Virgineo (s *add. m. ant.*) S || 3 Humanu S, corr. *Iuuetus* (-ni *schedae*) | uenia *schedae*, -niae *Iuuetus* | donentur S, *correxi* | amores *schedae**

332 (B. I 140, M. 243) *habent et TV || tit. narciso V m. 1 || 1 propriis (om. mediis) V | ignes V (et ita S corr.) ingens T || 2 torret uulgo | urit imago] t i m. 2 corr., go m. 1 supra lin. V*

- 333 Aliter
Ardet amore sui flagrans Narcissus, in undis
Cum modo perspicua se speculatur aqua.
- 334 Aliter
Suspirat propriae Narcissus gaudia formae,
Quem frustrata suis uultibus unda domat.
- 335 De equa Philagri aduocati.
Insultatio pro concubitu
Causidicus pauper media sub nocte lucubrans
Cornipedis uoluit terga fricare suae.
Sed cum corpus equae dextra famulante titillat,
Inuasit iuuenem prodigiosa Venus.
Nam qua longa solet *quadrupia* carpere sessor, 5
Subducens durae pendula crura uiae,
Hanc fouet amplexu molli *turdumque* caballae
Adterit adsiduo pene fututor hebes.
Concubitus Cressa legitur quaesisse iuenci, 10
Quam grauis ira deae iussit amare pecus:
Par crimen flammae nostris fors intulit annis:
Passiphæ tauro, Philager arsit equa.
- 336 Aliter
Defensor probe tristium reorum,
Cuius uoce sacrum tonat tribunal

333 sq. (B. I 144 sq., M. 667 sq.). 1 fragrans narcis in S, corr. Salm. || 2 perspicuas se S || 334 1 probrie S || 2 frustrata scripsi: scrutata S (scrut. uulgo); lustrata Oudend. secreta Iacobsius

335 sq. (B. III 186 sq., M. 961 sq.) tit. filagri et concubito (ex-pito) S || 1 Causiticus S || 2 frigare S || 4 iuuenem] en supra lin. m. ant. S || 5 num calce ilia? carruchia Buechelerus || 7 puto Hac | amplexum mollitur dumq; S, (molitor Oudend., caudamque idem tergumque Piersonus cumnumque Riesius) || 8 adsidue S, corr. Oudend. || 9 gressa S; Cresse Heinsius || 11 flammis S, corr. Burm. || 12 Passifæ — filager S || 336 1 probet S || 2 uoces S

- Et palmas capiunt lares Vitenses:
Cur post athla fori togaque pompam
Gaudes monstrifero calere luxu
Vectricis propriae furens in usus?
Fessae cornipedis fricans hiatum
Verso et munere dignitatis optas
Admissarius esse quam patronus?
Expellas animo nimis, rogamus,
Mores inlicite libidinantes.
Horrendum uitium est in aduocato,
Orando solitum mouere caulas
Subantis pecudis tenere gambas.

De tabula picta

337

- Hunc, quem nigra refert tabella uultu,
Clarum linea quem breuis notauit,
Mox pictor uarios domans colores
Callenti nimium peritus arte
Formabit similem probante uero,
Indens iam propriis fidem figuris,
Vt, quoscumque manu repingat artus,
Credas corporeos habere sensus.

De Galatea

338

- Defugiens pontum siluas Galatea peragrat,
Custodem ut pecorum cernere possit Acim.

4 atla forit. ogeq; S (qui R in marg.) || 5 gaudens S, correxi || 6 probrie S || 7 fricas uulgo | meatum S, correxi || 10 animos (s punctata) S || 11 inlici. teleuidinantes S || 13 sonitum S | causas schedae || 14 Susantis S

337 (B. III 80, M. 918). 1 refert scripsi: gerens S (gerit Riesius) | uultum Petschenig || 2 quae moreuis S, corr. Riesius || 4 Callente S || 5 Formauit S, correxi | uiro S, corr. Iuretus || 6 Indens iam scripsi: Ludentam S (-tem uulgo) Ludet iam Petschenig | probriis S

338 (B. I 85, M. 626). 1 Diffugiens S, corr. L. Muellerus | peragrat] r supra lin. S || 2 posit S, qui in marg. R

Tam teneros gressus infigit sentibus, ardens
Nec tamen alta pedum uulnera sentit amor.
Ipsa Cupidineae cedunt tormenta pharetrae,
Cuius et in mediis flamma suburit aquis.

339

Aliter. De Galatea in uase

In patinis fulget ludens pulcherrima Nais,
Prudentum inflammas ora decore suo.
Congrua non tardus diffundat iura minister,
Vt lateat positis tecta libido cibus.

340

Aliter

Ludere sueta uadis priuato nympha natatu
Exornat mensas membra uenusta mouens.
Comtas nolo dapes; uacuum mihi pone boletar:
Quod placet aspiciam, renno quod saturat!

341

Aliter

In medio generata salo nunc arte magistra
Perueni ad mensam. hic quoque nuda nato.
Si prandere cupis, differ spectare figuram,
Ne tibi ieiunus lumina tentet amor.
Quae sim ne dubites: ludens sine nomine nympha; 5
Quod Galatea uocer, lactea massa probat.

3 Tam *scripsi*: Nam S iam *Oudend.* | gressos S || 5 tormenta *scripsi*: telementa S elementa *uulgo* | faredre S

339 (B. I 86, M. 627) *habet etiam* T Aliter *omittens* || 1 In patinis fulget *scripsi*: Fulget et in patinis (-tenis S) *codd.* (quo seruato ludit *uulgo*) | pulcherrima S || 2 corda *scripserim* || 3 diffundat S || 4 possitis — cibi T

340 (B. I 87, M. 630) *habet etiam* T || 1 suetabais. S sueta uagis T | pribato S | nimfa *codd.* || 2 Exornat S || 3 Comeas T (*sic*) || 4 placeat (t *ex m corr. inc. qua m.*) S | renno S (q. s. r. *Heimsius*; *possis* respuo)

341 (B. I 88, M. 631). 2 mensas *Heimsius* | sic *Burm.* || 3 difers S || 4 ieiuno inguina *Maehly* | tentet *Burm.*: tendat S || 5 sine] *num sum?* | lipha S, *corr. Burm.* || 6 nonne uocer?

De Scaeuola

342

Lictorem pro rege necans nunc Mucius ultro
Sacrificio propriam concremat igne manum.
Miratur Porsenna uirum poenamque relaxans
Maxima cum obsessis foedera uictor init.
5 Plus flammis patriae confert quam proderat armis
Vna domans bellum funere dextra suo.

De uiro quem mulier caedebat

343

Cum te Barbati referas de sanguine cretum,
Vt tibi cognatus sit Varitina ferox,
Cur tua femine caeduntur tergora socco
Insanaque manu barbula uulsa cadit?
5 Desine iam tibimet auctores fingere fortes
Vimque tuis membris stirpis inesse ferae.
Illa Salautensi magis est de stirpe creata,
Audet quae proprium sternere calce uirum.

De die frigido

344

Sint tibi deliciae, sint ditis gaudia mensae,
Munera post Bacchi sit tibi pulcra Venus,

342 (B. II 21, M. 712) *habet et* V || 1 Lictorem (c *ex corr. m. 2*) V | negans nunc mutius S || 2 manu V || 3 penamq; S || 4 cū *supra lin. V*, qui obs. *corr. ex poss.* | foedera S | inuit V || 5 patre SV (*sic*) | proderat armis *scripsi*: uouerat maris S foruesaturis V fortibus armis *uulgo* saeua securis *Burm.* uouerat arci *Petschenig*

343 (B. III 172, M. 951) *habent et* TV || *tit.* quae T quae (m. 2) V || 1 barbatae V | referans TV (-rant *Heimsius*) || 3 caeduntur T | tergora L. *Muellerus*: tempora S pectora TV || 4 Insanaque *scripsi*: Infamiae *codd.* Infirmaque *Muell.* || 5 Desinet T | auctores S || 6 ferae] fore TV fores S || 7 salautensis (saül. T te=nsis S) *codd.* | esse dest=irpe (ir *ex corr.*) T | reata V m. 1 || S q; T | quem probrium S

344 (B. III 277, M. 1012). 1 dilicie S | ditis] s *supra lin.* S | gaudia *scripsi*: prandia T

Vincere nec libeat uillosa ueste rigorem,
Sed iungat calidum feruida uirgo latus.

345

De imagine Vergilii

Subduxit morti uiuax pictura Maronem
Et, quem Parca tulit, reddit imago uirum.
Lucis damna nihil tanto ualuere poetae,
Quem praesentat honos carminis et plutei.

346

De discipulo medici

Discipulum medicus quidam suscepit adultum,
Traderet ut iuueni dogma salutiferum.
Qui primo, ut iussum nosset tolerare magistri,
Publica selliferum per loca duxit eum.
Artis prolixae breuiavit tempora doctor:
Incepto puerum reddidit Hippocratem.

347

De Hyacintho

Discrimen uitae, ludit dum forte, Hyacinthus
Incurrit, disco tempora fissa gerens.
Non potuit Phoebus fato subducere amatum,
Sed cruor extincti florea rura replet.

348

<Aliter>

Dispersit remeans ludentis tempora discus
Et dira pulcher morte Hyacinthus obit.

4 callidū s; lateri *Pierzonus*

345 (B. II 200 sq., M. 529 sq. in duo cc. diuidentes). tit. Virgili s || 3 nocuere uulgo || 4 honus s

346 (B. III 188, M. 963) || 6 In coepto *Burm.* | rededit ipogratem s || hic secuntur in s carmina 164, 166—171

347 sq. (B. I 155 sq. M. 675 sq.). tit. laquinto s || 1 ludit de sorte iaquintus s || 2 tempore s || 3 febus s || 4 num sarta?

348 adhaeret priori, diuisit *Burm. senior* || 1 Discerpsit *Petschenig* | 2 pulcer — iaquintus ouit s

Gratia magna tamen solatur sorte perenni:
Semper Apollineus flore resurgit amor.

De citro

349

Septa micant spinis felicis munera mali,
Quae tulit ut circi aureus ora tumor.
Hippomenes tali uicit certamina malo,
Talia poma nemus protulit Hesperidum.

Aliter

350

Stat similis auro citri mirabilis arbor,
Omnibus autumnu anteferenda bonis.
Haec ornant mensas, haec praestant poma medellam,
Cum quatit incuruos tussis anhela senes.

Aliter

351

Omne genus mali indignum est adsurgere citro,
Vis cui multa subest corticis et medii.
Vnum quaeque suum referunt pomuscula sucum:
Ternus ab hoc semper carpitur ore sapor.

De Daphne

352

Frondebis et membris seruauit dextera sollers
Congruus ut sculptis posset inesse color.
Dant mirum iunctae ars et pictura decorem,
Ostendit uarius cum duo signa lapis.

3 sorte perenni *scripsi*: morte peremti s perentum *Burm. sen.* amore perenni *Petschenig*

349 sqq. (B. V 184 sqq., M. 1114 sqq.). tit. citrio (o ex u inc. qua m.) s || 1 migant s || 2 corruptus; fortasse Quis comit circa (Quae colit *Riesius* Cui tegit, ut citri, a. o. ruber *Maehly*) || 3 Ippomenes s || 4 protullit esperidum s || 350, 1 auro | an muro? arbors s || 3 Hē — hec s || 4 incurbos tus. sis anelassenes (h supra prius ne m. ant.) s || 351, 1 indignum *scripsi*: dignum s adsurgere s || 3 Unumquemque s, *correxi*

352 (B. I 159, M. 681). tit. dafne s || 1 seruabit s

353

<De Marsya>

Aerio uictus dependet Marsya ramo
 Natiuusque probat pectora tensa rubor.
 Docta manus uiuos lapidem limauit in artus:
 Arboris atque hominis fulget ab arte fides.

354

De Philocteta

Prodentem ducibus Tirynthia tela Pelasgis
 Laesa Philoctetam uulnere planta domat.
 Docta manus uiuos duxit de marmore sensus:
 Sentit adhuc poenam, tristis et in lapide.

355

De balneis

Vna salus homini est calidum captare lauacrum,
 Ne tepidus reddat morbida membra uapor.

356 De ansero, qui intra se capit cupedia prandii

Eminet impletus pullorum carnibus anser
 Et uarias mensae turgidus abdit opes.
 Inguinibus nam portat olus uentrisque soluti
 Truditur e medio esitiata nitens.
 Fulcit utrumque latus tardus cum turture pinguis 5

353 (B. I 138, M. 665). tit. om. s, add. Heinsius || 1 Erio s, corr. idem | dependit (de supra lin.) marsia s || 2 Natibusq; s || 3 uiuos scripsi: uarios s || 4 adq; s | fides Canegieterus: figis s (fulgor ab artifice est Piersonus surgit a. a. decus ego olim)

354 (B. I 125, M. 654). tit. filocteta s || 1 tyrintia s || 2 filoctetam s || 3 uultus Burm. || 4 Sentit adhuc sensus pena s | lapide s, corr. schedae (lapide est Riesius, sed et = etiam)

355 (B. III 49, M. 905). 1 Una salus ex Verg. Aen. II 354 || 2 tepidibus (d ex b) s | uapor s

356 (B. V 153, M. 1087). tit. cupia s, corr. Reinesius (copiam Riesius) || 2 mens e (s e lineola coniunctae) s | torridus s, corr. L. Muellerus | abdit scripsi: ambit s addit Muell. | opes ex oues s || 4 midio s | isitiata Gronouius || 5 Fulgit s

Pulpaque perniferum corpore pandit opus.
 Quis non credat eum Graiam celasse phalangem,
 Si paruus tantas anser habet latebras?

<Aliter>

356^a

Plura saginato conclusit fercula capso
 10 Aucupia et pulpas ducere docta manus.
 Intus inest quodcumque placet; crescitque uoluptas,
 Cum scisso multas pectore prodit opes.
 Cedat Cecropii lasciuans bucula fabri,
 Qua consuerat amor claudere Passiphaen;
 15 Cedat et ille, dolo sollers quem struxit Epeos,
 Qui grauidus bellis Pergama soluit ecus.
 Maiorem in paruo haec monstrat fabrica technam:
 Vna capit totas anseris arca dapes.

De Pyrrho

357

Placat busta patris iugulata uirgine Pyrrhus
 Dilectasque litat Manibus inferias.
 Sors noua nymphigenae: uotum post fata meretur:
 Quam pepigit thalamis, hanc habet in tumulis.

De balneis cuiusdam pauperis

358

Vita opibus tenuis, sed paruo in cespite sollers
 Fundauit gemino munere delicias.

6 Multaque s, correxi | penniferum uulgo | 7 falangem s || post s nouum carmen incipere uidit Loewius || 10 Hocupiat pulpas s, corr. Tollius | doctas s || 12 apes s (aues Burm.) || 13 lascibans (prior s ex c) s || 14 passimfaem s || 15 dolos s, corr. Heinsius | efeos s (Epeus uulgo) || 16 telis Maehly || 17 Maiora s, corr. Tollius | paruo (o ex u) s parua Salm. | tagna s || 18 tota . sanseris s

357 (B. 101, M. 639). tit. pirro s || 1 pirrus s || 3 nim fige. ne s; malim Nymphigeni || 4 pepigi s

358 sq. (B. III 47 sq., M. 903 sq.). tit. pauperi s || 1 cespide s || 3 congusto s, corr. L. Muellerus (in angusto schedae)

Nam noua congesto erexit balnea campo,
 Edulibusque uirens fetibus hortus olet.
 Quae natura negat, confert industria paruis:
 Vix sunt diuitibus, quae bona pauper habet.

359

Aliter

Paruula subrectis ornauit iugera Bais
 Vrbanos callens fundere Vita locos.
 Hic quoque pomiferum coniunxit sedulus hortum,
 Qui uario auctorem germine diues alat.
 Rus gratum domino duplici iam munere constat:
 Hinc capitur uictus, sumitur inde salus.

360

De sphinga

Ales uirgo leo creuit de sanguine Lai,
 Thebano nascens et peritura malo.
 Haec fecit thalamos Idipum conscendere matris,
 Vt prolem incestam mutua dextra necet.

361

De catto qui comedens picam mortuus est

Mordaces morsu solitus consumere mures
 Inuisum et domibus perdere dente genus

4 fedib; sortus S || 5, 6 habet Y Martiali tribuens || 5 paruis L. Muellerus: paucis (u supra lin. in Y) codd. || 359, 1 Parbula S | subcinatis S, correxi || 2 Vrbanus S, corr. Heinsius | locos ex -us S (lacus Heins.) || 3 His Riesius | ortu S || 4 gramine S, corr. Schraderus || 5 duplici S

360 (B. V 166, M. 1096) habet et T || tit. svinga S || 1 lea S | deuit T | de om. T || 2 Theuano S || 3 thalamo s. idippu S thalamus sidippum T (Oedipum uulgo) | concedere T || 4 dextra S | necet ex -it S

361 (B. V 162, M. 1093) extat et in TV (et Parisino 9344: praef. p. 25) || tit. cattu ST (corr. in S inc. qua m.) | comedit picca eqs. V | pica (a corr.) S (De catto et pica inser. Par.) || 1 Mord. ex Murd. corr. S

Cattus in obscuro cepit pro sorice picam
 Multiloquumque uorax sorbuit ore caput.
 Poena tamen praesens praedonem plectit edacem,
 Nam claudunt rabidam cornea labra gulam.
 Faucibus obsessis uitalis semita cessit
 Et satur escali uulnere raptor obit.
 Non habet exemplum uolucris uindicta peremptae:
 Hostem pica suum mortua discruciat.

De Aegyptio

362

Ex oriente die noctis processit alumnus:
 Sub radiis Phoebi solus habet tenebras.
 Coruus carbo cinis, concordant cuncta colori:
 Quod legeris nomen, conuenit Aethiopi.

Aliter

363

Faex Hadrumentarum nostrum processit ad axem
 Et piceo gaudet corpore uerna niger;
 Quem nisi uox hominem labris emissa sonaret,
 Terreret uiuos horrida larua uiros.

3 coepit TV Par. | surice S sorice (u supra o) V | pigā S (u. 3 a Micone Lewita in libello prosodiaco tanquam Sophoclis adfertur) || 4 Multilocumq; S | nerax V m. 1 || 5 Pena ST | edacim V m. 1 || 6 ruidā S rapidam T (malim audiam) | cessit prior s supra lin. T (cessat Riesius) || 8 captor T | obi V | capto robi Par. || 9 uolucres uindicta T | peremptae] perhente V parente T praerepte Par. peremit S perenne Binetus || 10 mortuū S | discruciat V

362 (B. III 163, M. 943) habent et TV || tit. egyptio S aegypto T || 1 noctis bis T | fortasse procrecit | alūnis codd., corr. V m. 2 || 2 febi S foebi TV | ha&b& T || 3 Corb; S | caruo V m. 1 corbu T | cordant (c. m. rec.) S | cuncta scripsi (lect. litt. p. 34): multa codd. | colori] i lineolam adiecit m. ant. S || 4 dederis Klotzius legitur Oudend. | etiopi S ethiopi T ethiopis V

363 (B. III 162, M. 942) habet et T || 1 Fex garentarū S Fen carentarū T, correxi || 2 pige= o (o. m. 1?) S | corpora T || 3 emisa T | sonareit S || 4 Terrerent uiuos codd., correxi | larua scripsi: labra codd.

Dira Hadrumentarum rapiant sibi Tartara monstrum:
Custodem hunc Ditis debet habere domus.

364

De Telepho

Telephus, excellens Alcidis pignus et Augae,
Externi martis bella inopina tulit.
Nam Grai Troiam peterent cum mille carinis
Tangeret et classis litus adacta suum,
Occurrens Danais forti dum pugnat Achilli,
Seyria pugnantem perculit hasta femur.
Pro cuius cura consultus dixit Apollo,
Hostica quod salubrem cuspidis haberet opem.
Mox precibus flexi Pelidae robore raso,
Iniecto membris puluere plaga fugit.
Monstrant fata uiri uario miracula casu:
Vnde datum est uulnus, contigit inde salus.

365

De cicindelo

Igniculus tenuis pingui fulcitur oliuo,
Vt frangat tenebras luminis igne sui.

5 atramentatū S adamentatū T, *correxi* (Adrumeta tuum *uulgo*) | siui S || 6 Costode S

364 (B. I 99, M. 185) *habet et T || tit. telefo ST || 1 Telephus codd. | Alcidae Heinsius | ange S || 2 Externae sortis (sorsis S) codd., corr. Heinsius (Extremae Struchtmeycrus) | inoppina S || 3 pederent S || 4 glassis S clasis T || 5 Occurrens ex -ret corr. S Occurrent T | pugna acilli T || 6 Syria codd., corr. Heinsius | pugnantem ex -nata T | asta codd. || 8 quo S || 9 flexi] | supra lin. S | sato T (sacro *uulgo*) || 10 et membris Heinsius | plaga T: membra S | fuit T || 11 Monstrant ex -rans T | casu ex fatu S casu T (uero uarii — casu *Oudend.*) || 12 uulnus (n *supra t*) T | contingit S*

365 (B. V 187, M. 1117). 1 tenui S

De capris

366

Lenaeos latices hircorum tergora gestant,
Fitque caper Bromio, fuerat cui uictima, carcer.

Aliter

367

Barbati pecoris uulgus per rura uagatur,
Pampineum gaudens laedere dente nemus.
Omnibus hinc aris Baccho caper hostia fertur
Puniturque sacro munere culpa gregis.

Aliter

368

Sanguine Cinyphio placantur templa Lyaei.
Caprigenum cui fit uictima iusta pecus.
Sed licet ulcisci nequeant animalia diuos
Nec possit reddi talio numinibus,
Est uindicta capris: cassatur nomine Liber,
Cum hircino aduersus clauditur utre deus.

De Memnone

369

Filius Aurorae, Phoebi nascentis alumnus,
Producit gentis milia tetra suae.
Succurrens fessis fausto non omine Teucris
Pergit Pelidae protinus ense mori.
Iam tunc monstratur, maneat qui Pergama casus,
Cum nigrum Priamus suscipit auxilium.

366 *sqg.* (B. V 169 *sqg.*, M. 1099 *sqg.*) *extant etiam in D (eziano: cf. praef. p. 24) sine titulo || 1 Lieos D | hircorem D | tergorum D | gestans S genstans D || 2 Bromio D | cui scripsi: qui DS quae uulgo || 367, 1 pecodes (alt. e ea i, ut uid.) D | bacatur D || 3 om. D | baccho S || 4 Pun. ex Pon. D || 368, 1 cinifio S ni (deletum) cenifio D | flagantur templariore D | liei S || 2 Gabrige num D | iure D || 3 duos D || 4 om. D | possint reddi. alio S; corr. *Burm.* || 5 capri D || 6 deas D*

369 (B. I 107, M. 641). *tit. mennone S || 1 foebi S || 3 homine S (h expuncta inc. qua m.) || 4 prodinus sense S || 5 nunc Burm.*

370

De Bumbulo

Nominis et formae pariter ludibria gestans
 Conuentus nostros, Bumbule, paruus adis.
 Sed ratio est mixtus longis Pygmaeus in armis,
 Ne te deprensus grus peregrina uoret.
 Nec frustra ostendis proprio placuisse parenti,
 Quod turpis nomen sumpseris heniochi.
 Ille habuit doctas circi prostare puellas;
 Te duce lasciuae nocte fricantur anus.

371

Aliter

Dum sis patris heres teneas et, Bumbule, censum
 Vitale nec tibi sit, pietas si laesa probetur,
 Das operam proprio auctori hau diuersus haberi.
 Discordat multum contra suscepta uoluntas:
 Dilexit genitor prasinum, te russeus intrat.

372

De tabula

Discolor ancipiti sub iactu calculus astat
 Decertantque simul candidus atque rubens.
 Qui quamuis parili scriptorum tramite currant,
 Is capiet palmam, quem bona fata iuuant.

373

Aliter

In parte alueoli pyrgus uelut urna resedit,
 Qui uomit internis tesserulas gradibus,

370 sq. (B. V 195 sq., M. 1124 sq.). tit. bumbulo § (recte postea) ||
 2 parb; § (num parcus?) || 5 probrio § || 6 eniochi § || 7 aluit
 — circo *Burm.* | prostrare § || 8 lasciuie ex -ui inc. qua m. § ||
 371, 1 *malim* Cum patris heres | sensu §, corr. *Heinsius* || 3 pro-
 brio auctori § (haut auctori *Machly*) | hau diuersus *scripsi*: ad-
 uersus § | aberi § || 4 uoluntas §

372 (B. III 76, M. 914) *habet et* T || 1 ancipitis ST | cau-
 culus § || 2 adq; rubens (ex rob.) § | proueus T || 3 parilis *codd.* |
 tramite § | currat *codd. (sic)* || 4 His *codd.* | capiet (e *supra lin.*)
 §: capiat T | bene iacta *Gronovius* | iubant *codd.*

373 (B. III 77, M. 915). 1 pyrgus (i ex u) §

Sub quarum iactu discordans calculus exit
 Certantesque fouet sors uariata duos.
 Hic proprium faciunt ars et fortuna periculum:
 Haec cauet aduersis casibus, illa fauet.
 Composita est tabulae nunc talis formula belli,
 Cuius missa facit tessera principium.
 Ludentes uario exercent proelia talo,
 Russeus an nitidus praemia sorte ferat.
 Pascitur a multis auide damnosa uoluptas,
 Ne foedet gliscens otia segnities:
 Hoc opus inuentor nimie Palamedes amauiit
 Et parili excellens Mucius ingenio.

Aliter

374

Indica materies blandum certamen amicis
 Offert, sed belli fert simulacra tamen.
 Namque acie aequali concurrit russeus albo,
 Ut grauibus damnis se domet alteruter:
 Contorquet uarios alternans tessera missus
 Fataque ludentum collis et ima probant.
 Pax ac pugna simul ludo iunguntur in uno,
 Cum uicti spoliis uictor amicus ouat.

De elephanto

375

Horrida cornuto procedit belua rostro,
 Quam diues nostris India misit oris.

3 cauculus § || 4 fouit . sor § || 5 Ambiguum *Scriuerius*;
malim His pr. | ars *Salm.*: om. § | fortuna § || 6 abet aduersus
 — fouet § || 7 *sqg. a prioribus separat Scriuerius* || 7 malis for-
 mula bellis § || 9 Ex. nar. lud. *Oudend.* | fato *Salm.* || 10 nidi-
 tus § || 11 auida § || 12 Nec fedet § || 13 nimium *Salm.*

374 (B. III 78, M. 931). 2 sed *Scriuerius*: se § || 3 russeos
 § || 5 tessera § || 6 ludentum ex -sum § | colus et urna *Salm.* |
 probat § || 7 unum §, corr. *Scriuerius*

375 (B. V 145, M. 1081). tit. elephanto § || 1 Horrida cor-
 nudo — uelua § || 2 oris in horis corr. m. ant. §

Sed licet inmani pugnet proboscide barrus
 Spondeat et saeuis dentibus interitum,
 Fert tamen et domitus residentis iussa magistri
 Quoque uelit monitor, cogitur ire ferus.
 Vis humana potest rabiem mutare ferinam:
 Ecce hominem paruam belua magna timet.

376

Aliter

Monstrorum princeps elephans proboscide saeuus
 Horret mole nigra, dente micat niueo.
 Sed uario fugienda malo cum belua gliscat,
 Est tamen expertis mors pretiosa feri.
 Nam quae conspicimus montani roboris ossa,
 Humanis ueniunt usibus apta satis.
 Consulibus sceptrum, mensis decus, arma tablistis,
 Discolor et tabulae calculus inde datur.
 Haec est humanae semper mutatio sortis:
 Fit moriens ludus, qui fuit ante pavor.

377

De circensibus

Circus imago poli, formam cui docta uetustas
 Condidit et numeros limitis aetherei.

3 inmanib; (b; *punctatum*) pugnet prouoscide uarrus S ||
 5 edomitus *uulgo* | residenti S || 7 rauie S

376 (B. V 144, M. 1080) *habent et TV* || *tit.* De (a)elefanto
 TV || 1 Monstrum princeps (*ex -cipes*) T | elefans *codd.* | prouo-
 scide S | promuscides V | seb; S seuum T *om.* V || 2 Orret S |
 nigra mole TV | nigram . modo S | lente — niueo S || 3 ma=lo
 (a *ex corr.*) T | belua V | uelua S || 4 ex certis *codd.*, *corr.* *Burm.*
patruus | mons S | *preciosa codd.* || 5 q; *codd.* | conspicimus T |
 montanis roboreis S || 7, 8 *om.* V || 7 Consolib; exceptrum T |
 8 calculus S || 9 mutacio S | motatio V | mortis TV

377 (B. III 15, M. 891) *habet etiam T* (*qui in marg. ima*
m. 2 *habet* proderit ex paruus acinos potare sabucis *ex Sereno*
Sammonico) || 2 Condidit S | ad *Barthius* | aetherei S & herii T ||

Nam duodenigenas ostendunt ostia menses
 Quaeque meat cursim aureus astra iubar.
 5 Tempora cornipedes referunt, elementa colores;
 Auriga, ut Phoebus, quattuor aptat equos.
 Cardinibus propriis includunt septa quadrigas,
 Ianus uexillum qua iubet ire leuans.
 Ast ubi panduntur funduntque repagula curus
 10 Vnus et ante omnes cogitat ire prius,
 Metarum tendunt circumdare cursibus orbis;
 Namque axes gemini ortum obitumque docent.
 Iamque his Euripus quasi magnum interiacet aequor
 Et medius centri summus obliiscus agit.
 15 Septem etiam gyris claudunt certamina palmae,
 Quot caelum stringunt cingula sorte pari.
 Lunae biga datur semper Solique quadriga,
 Castoribus simpli rite dicantur equi.
 Diuinis constant nostra spectacula rebus,
 20 Gratia magna quibus creuit honore deum.

3 duodecim annis genas *codd.*, *corr.* *Heinsius* | hostea S
 hostia T || 4 mea S | atra *codd.* || 5 cornipites S | reser T | telem.
 (t *suppuncta*) S || 6 febus S foebus T | aptat *Heinsius*: aptet T
 habet S || 7 Carceribus *Schraderus* | probriis S | quadrigis *codd.*,
corr. *Heinsius* || 8 Ianis (u *supra* i) T | quas *codd.*, *corr.* *Hein-*
sius | iubet ire (*sic*) leuans T || 9 recula S | cursus *codd.*, *corr.*
Salm. || 10 cogitur *codd.*, *corr.* *Schraderus* | prior T || 11 condunt
 T | orues S orbis T || 12 gemini] i *alt. supra lin.* S | hortum T |
 ducunt S || 13 Namque *codd.*, *corr.* *Pithoeus* (Atque *Salm.*) ||
 interiuu & T || 14 sumus oboliscus T | adit *codd.*, *correxi* (adest
Riesius) || 15 Septe T | guiris *codd.* (gyri *Riesius*) | plane T || 16
 Quod *codd.* || 17 biga] ingu T || 18 singli *Gronouius* || 19 nostrae
 T (nostra haec *Pithoeus*) || 20 Grata T | creuit *om.* S | deum *om.* T

378 Verba Achillis in parthenone, cum tubam
Diomedis audisset

Vana velut caetae surgens formido parenti
Femineos iuuenem iussit me sumere cultus
Et celare uirum falsi per tegmina sexus.
Vnde ego lanificas temptaui inglorius artes
Virgineisque toris carpenda ad uellera inhaesi. 5
Nunc autem proprium seruans natura uigorem
Compellit fluxos umeris deuellere amictus.
Dum nos bella uocant rauco clangore tubarum,
Mens quatitur saeuusque mouet praecordia Mauors.
Rumpe moras omnes, feruens in praelia uirtus, 10
Nec fuerit latuisse meum! si classica temno,
Dilexi latebras, neque iam ulla est culpa parentis.
Nam cum respicio quo sim de semine cretus
Semiferique animo recolo praecepta magistri,
Nec puerum decuit muliebri pectora peplo 15
Induere et teneram gressu simulare puellam.
Nunc igitur crescens annis sapientior aetas
Deuouit Marti tenuit quae corda Cupido,
Belligerumque deum cum mens tum membra secuntur.
Stamina linquentes currant ad spicula palmae 20

378 (B. I 89, M. 695, Wernsd. IV p. 425). in titulo in parte . nona dū tuba diomedis s || 1 caetae scripserim || 2 Fimineos s || 3 falsos — sexus s, corr. Burm. (falso — sexu Salm.) || 4 temptaui s || 5 inesi s || 6 probriū s || 7 deuellere scripsi (lect. lat. p. 34): depellere s deponere Wernsd. || 8 uocent s || 9 fouet s, correxi || 10 praelia s || 12 iam addidi: om. s enim add. Heinsius (neque culpa est ulla Wernsd.) || 14 animi s, corr. Heinsius (animis uulgo) || 15 peplo s || 18 tenuitq; s || 19 tum] nunc s || 20 linquentes s | currant ad] fortasse uersanto (eurent iam Maehly)

Terrificumque caput praefixa casside mitram
Pellat et infragili decorentur tempora ferro;
Arma tegant nostrum potius quam suppara corpus.
A telis ad tela decet transire iuuentam
Atque hostes gladio quam lanæ fundere fusa.
Tenuia loricae cedant multicia forti
Splendeat et raptus proiecto pectine mucro;
Contentis radiis onerentur brachia pilis,
Clausa diu thalamo reddamus pectora campo.
Praesumit certam uirtus sibi conscia palmam
Ac dubios gaudet perferre interrita casus:
Nil metuit, qui magna cupit. constantia mentis
Fata domat, nec iam potis est Fortuna nocere
Securo mortis, cui non sunt bella timori.
Fortibus una uiris parilisque per omnia sors est,
Aut palmae aut leti pugnando acquirere laudem.
Cernere iam uideor, quanta mercede cruoris
Constabit raptus Paridi crimenque latenti,
Obuia cristatus cum sparserit agmina uertex
Et solo aspectu claudentur Pergama nostro;
Cumque nouus uersos bellator fudero Teucros,
Multa trahet Xanthi Troiana cadauera gurgis
Maioremque feret cultorum sanguine cursum.
Sed mihi quis regerat: tu (quem praesaga creatrix

21 mitra s. corr. Heins. || 22 infragili Maehly: ingracili s hinc gr. Schraderus | decorentur s || 23 sipara s, corr. Burm. || 24 decit s || 25 Adq; s | lanas s, correxi | fuso uulgo || 26 Tenuia Salm.: Uia s Licia Heinsius | edant s || 27 mugro s || 28 bracia s || 29 thalamo s || 31 Ac Burm.: Hac s Haec uulgo | dubius s || 32 metuat s, corr. Schraderus || 33 domant s | nec enim Burm. | furtuna s || 38 Constauit s | latenti scripsi: iacent s iacenti uulgo nocenti Maehly || 39 Obbia s | conspaserit hactena s || 41 nouus (s supra lin.) in nouos corr. s | uersos uel fessos (cf. Sen. Tro. 1082) Higtius: fusos s uisos Wakkerus || 42 trait scī (= sancti) s, corr. Heinsius || 43 caesorum Burm.; num natorum? || 44 referat s, corr. Schraderus | tu que s, corr. Duchnerus (Statii II p. 360); quae tu uulgo cum te Schraderus | presaga creatoris s

Subducens fati alieni schemate sexus
 Ad Lycomedeos fecit transire penates
 Depositumque suum maluit committere blandis
 Virginibus, ne, te rapiat si Martius ardor,
 Orbatam crucies non uiso funere matrem)
 Vadis in arma ferox thalamum natumque relinquens?
 Nec uenit in mentem, quantum mereatur amorem,
 Quae te prima uirum conlato pectore fecit?
 Is ad bella libens, ubi quaeritur alea mortis,
 Nec spondet certam tristis Bellona salutem!
 Sed Danaïs me adesse placet sociumque pericli
 Pro famae titulis meliori adiungere causae.
 Scilicet ut coniunx uiduo reddatur Atridae,
 Procumbet uilis Teucrorum uictima Achilles!
 Aufer, iners monitor, turpis fomenta medellae
 Meque sine proprio sectari praelia sensu.
 Non ita me genitor praeclarus nomine Peleus
 Aut dilecta Ioui fudit Thetis alma sub auras,
 Degener ut lateam primaëuo in flore iuuentae,
 Maior et ignauo tantum mihi torpeat aetas
 Abstrudamque toris iam debita pectora castris,
 Cum manus Argiium ultricia iuret in arma.
 Denique cum promptum ruat in certamina uulgus,
 Solus ego in cunctis infami carcere clausus

45 scematis ex -tus corr. S, corr. Salm. || 46 licomedeos S ||
 47 uoluit Schraderus | comittere S || 48 ne Schraderus: nec S | si
 Duebnerus: sic S || 49 inuiso Riesius praëuiso Machly || 50 tala-
 mū S || 51 amore S, corr. Schraderus || 54 spondit et tristis S ||
 55 danaïcomesesse S, correxi; Danaïs uulgo comitem esse (uel
 isse) Burm. | placit S | q; supra lin. S || 56 causę ex -sis corr.
 (m. 1?) S || 57 coniunx Salm.: cons S | atridi ex atriti S, corr.
 Meyerus || 58 Procumbat S, corr. Burm. || 59 nonne querellae?
 (loquellae Oudend. medullae Petschenig) || 60 probrio S || 61 fodit
 tetis S || 63 iuuentē S || 64 turpeat S || 65 Abstrutamq; S (num
 Abstrudatque?) | deuita S || 66 uictricia Schraderus | iuret Dueb-
 nerus: luderet S ludat uulgo ducat Schrad. tendat M. Gess-
 nerus | in] i supra n -S || 67 prumtū S

Subducatur pugnae? quanto tolerabo pudore
 Me non ferre pedem, quo fert Thersites, in omni
 Parte miser, forma breuior menteque fugaci?
 Absit ab ingenio ac uiribus Aeacidarum,
 Ut dubitem pro laude mori metuamque supremum
 Quem dat Parca diem. mihi nam lux amplior illa est,
 Quae uirtute cluit, quae nescit claustra sepulchri.
 Namque homini semper meritorum lege perenni,
 Quam breuiat fatum, propagat gloria uitam.
 Ergo animus fidens in Dardana saeuat arma
 Nec mihi iam gemini dilectus pigneris obstet:
 Deidamiam Pyrrhumque meos nunc Scyros habebit
 Visueros nostrum reditum celeremque triumphum.
 Me pudor hortatur rapere in certamina gressus:
 Ferre potest, quaecumque inhians successibus aetas
 Exigit. obseruans matris praecepta uerendae
 Induxi molles habitus uelut edita uirgo,
 Lusimus et tactis modulantes carmina chordis;
 Virtuti adsurgat, fuerat quaecumque uoluptas:
 Succedat ferrum citharae. quod nutrit amores,
 Depensum est Veneri: reddamus cetera Marti.

70 tersites S || 71 mentisque fugacis Oudendorpius || 72 in-
 genio hac S, unde ingenioq. ac conicias | acitarum S || 73 Vt
 diuitem S ('dubitem uel uitam' Salm. mg.); Deuitem Heinsius |
 suppressū S || 74 illa Burm.: ulla S || 75 cluit Higtius: fluet
 (i supra e) S || 76 hominis S, correxi || 76 Quam — uitam uulgo:
 Quem — uitum S || 80 pirrunq; et sciros S || 81 redditum S,
 corr. Salm. | triumphū S || 82 ortatur S || 83 potesq; cumq; S,
 corr. Burm. | inhians scripsi: labans S | successibus S || 82 Exigit
 Duebnerus: Exigi (i prior supra lin.) S Exegi uel Exigua apo-
 grapha || 85 moles S, corr. Salm. || 86 cordis S || 88 citare S

VESPAE

379 Iudicium coci et pistoris iudice Vulcano

Ter ternaе, uarie cunctas quae traditis artes,
 Linquite Pierios colles et scribite mecum:
 Ille ego Vespa precor, cui diuiae saepe dedistis
 Per multas urbes populo spectante fauorem.
 Scribere maius opus et dulcia carmina quaero,
 Nec mel erit solum: aliquid quoque iuris habebit.
 Contendit pistor, cocus est contrarius illi,
 His est Vulcanus iudex, qui nouit utrosque.
 Ad causam pistor procedit primus agendam,
 Canitiem capiti toto praebente farina:
 'Numina per Cereris iuro, per Apollinis arcus!
 Miror enim (fateor) et iam uix credere possum,
 Quod cocus iste (mihi) sit respondere paratus,
 De cuius manibus semper fit panis ad usus,
 Quisue sit utilior, audet contendere mecum.
 Sunt testes anni faustae Ianique kalendae,

379 (om. S) iudiciū coci et pistoris uespe iudice (-ci S) uulcano ST ||
 (om. S) iudiciū coci et pistoris uespe iudice (-ci S) uulcano ST ||
 1 Terrenae T | uarie cunctas quae scripsi (coll. 32): uarias
 cuncteq; T uarias cunctaq; S uarias cunctis Riesius | tradidit T ||
 2 pi=eros T || 3 cu S | dedisti T || 5 mellis opus — crimina
 Riuius || 6 Nec solum melerit Barthius (idem ast ante aliquid
 inserendum proponit) || 8 uulganus codd. || 10 toti uulgo || 11 parte
 reris T (sic) | apullinis S | arcu T; artem Riuius || 12 Moror T ||
 uerba possum — 13 respondere om. T, qui pa=atus totum in
 ras. m. 2 habet || 14 sit panit (t in s corr.) T | ad usus scripsi:
 sat (in sad corr.) ullus S aut ullus T an ullus Pithoeus (cuius
 cum mihi iungas) || 15 Quiue T | nonne studeat? | meum T ||
 16 fauste iamq; T (sic) fausteq; iani S

Quique meum studium per Saturnalia norunt,
 Quorum epulas semper rerum commendo paratu.
 Sis memor, o Saturne, tuis quod praesto diebus,
 20 Et me pro studio trepidum tu numine firma.
 Aurea coeperunt sub te quoque saecula ferri;
 Denique si Cereris non tu pia dona dedisses,
 Roderet adsidue cocus iste sub ilice glandes.
 Nempe opus est cunctis panis, quem nemo recusat;
 25 Quo sine quas possunt mortales ponere cenas?
 Qui uires tribuit, qui primum poscitur, hic est,
 Quem serit agricola, quem maximus educat aether.
 Hunc pater Aeneas Troianis uexit ab oris,
 Nec sine quo tua iura ualent, ingrata, coquina.
 30 Prouocor ut dicam: *miltonem tu roso* temptas,
 Quem docuit notus Cerealis fingere panes
 Vrbe Placentinus, cunctas qui tradidit artes.
 Pythagoras populo nescis quae suaserit olim?
 Mandere ne uellent mixto cum sanguine carnes.
 35 'Si iugulatis oues, quid erit quod uestiat?' inquit,
 'Mactentur utuli: nec erit iam uomeris usus
 Nec segetum fecunda dabit sua munera tellus.'
 Sed temere facio, si te, coce, comparo nobis,
 Cum possim, numen quodcumque potest superiorum.
 40 Iuppiter ipse tonat: tono, cum molo, sic ego pistor.

18 comendo S commedo T | paratū S || 19 saturne ex -no
 corr. S saturnie T || 20 pro scripsi: prae codd. | tuo T | nomine
 S munime T || 21 ceperunt S | secula S | ferri scripsi: ferre S
 ferre T farre Barthius || 22 pica T | dona om. S (iura suppl.
 Salm.) || 23 adsiduae T | illice S || 25 Quos in equas S | mortale
 p. cenas T || 26 primus T || 27 agricola (u in o corr., m. 1?) S ||
 29 Nec ego: Te T Tu S Nil Riesius (Me Pithoeus) | coquina
 ego coll. u. 60: comina S cumina T cylindre Barthius ingrata
 culina Wernsd. || 30 in uerbis corruptis latet prouerbium anti-
 quom (Milonem tu Thraso Wernsd. mihi panem tu coce Riesius)
 temptas S || 32 tradedit S || 33 Pitagoras codd. | suaserut T (sic)
 35 quid S: quod T | inquit S || 37 facunda T || 38 Et codd. (At
 Barthius) | coce ex coci S | comp. T || 39 posum T | quocumq; S
 40 molo T: ulo S; puto roto

Mars subigit bello multas cum sanguine gentes:
 Pistor ego macto flauas sine sanguine messes.
 Tympana habet Cybele: sunt et mihi tympana cribri;
 Thyrsitenens Satyros: facio et saturos ego plures;
 Illum praecedunt Panes: facio mihi panes. 45
 Quidque etiam manibus nostris non dulce paratur?
 Nos facimus populo studiose coptoplacentas,
 Nos adipata damus, nos grata canopica uobis,
 Crustula nos Iano; sponsae mustacia mitto. 50
 Nouerunt omnes pistorum dulcia facta:
 Nouerunt multi crudelia facta cocorum.
 Tu facis in tenebris miserum prandere Thyestem;
 Nescius ut Tereus cenet facis, inprobe, natum;
 Tu facis in lucis ut cantet tristis aedon
 Maestaque sub tecto sua murmuret acta chelidon. 55
 Talia si numquam feci nec talia suasi,
 Ordine primus ero, dignus quem palma sequatur.
 Conticuit pistor. coepit cocus ordine fari,
 Ora niger studio, faciem mutante fauilla:
 'Si uerbis pistor damnauit iura cocorum, 60
 Qui semper multis dicit se uendere fumum,
 Illi ne credas aliquid, quia fingere nouit,
 Stat qui sub saxo quasi Sisypheus atque laborat,
 De nuce qui tantum, de melle et polline fingit

41 subit T || 43 timpana bis S | ciuile S cibile T | cybri T ||
 44 Thyrsitenens ego; Tyrsiden S Tirsitten T Thyrsiger en
 Wernsd. | satyros T | facio et S; fortasse latet uerbum ad Thyrs.
 spectans | saturo codd.; fortasse saturoq. || 46 Quidue codd. | etia
 T; in litteris ne etiam aliquid latere puto; num Quid uero? ||
 47 populos T | comtempl. S comtempl. T, corr. Heinsius || 48 adi-
 pada S | uobis corruptum; num facis? || 49 Caio Barthius | mitto
 ex mitto S || 52 tieste S uertem T || 53 tereus S: erius T | cenit
 S (impr. etiam T) || 54 canet T | edon S edon T || 55 murmuret
 S | chelidon S encheldon T (sic) || 58 cepit S || 59 Hora S | faciam
 T | mutante S: uttanta T (sic) | fabilla S || 60 ueruerbis S | dam-
 nauit T || 61 si T | uindere S || 63 sisifus codd. | liboret (a supra
 e) S || 64 Denique Riesius

65 Has quas iactat opes. nobis quae copia, dicam.
 Silua feras tribuit, pisces mare et aura uolucres,
 Dat unum Bromius, Pallas mihi praestat oliuam
 Datque sues Calydona et saepe ego condio dammas,
 Saepe etiam perdix iacet et Iunonius ales,
 70 Gemmatam pinnis solitus producere caudam.
 Certe quem extollit, quem laudat saepius ille,
 Ille tuus panis sine nobis, crede, placere
 Solus non poterit, nec si sit melleus ipse.
 Quis me non laudet sternentem pisce patellas,
 75 Cum positus madeat deceptus ab aequore rhombus?
 Et similem superis ego me magis esse docebo.
 Est Bromio Pentheus: est et mihi de boue Pentheus.
 Vritur Alcides flammis: conburor ad illas.
 Sicut Neptuno, feruent in caccabo fluctus.
 80 Nouit Apollo suas studiose tangere chordas:
 Et mihi per digitos texuntur quam bene chordae!
 Exseco sic gallos, quasi Berecynthia Gallos.
 Partes quisque suas tollit, qui cenat aput me.
 Vngellam Oedipodae, sycotum pono Promethei,
 85 Pentheo pono caput, ficatum do Tityoni;
 Siccus aqualiculum reddi sibi Tantalus orat.

65 nobisq; S nobisque T | cupia S || 66 Silluas feras (s supra
 lin.) S | auras uolucres S || 67 promius S | pellas codd. (etiam
 T) | oliba S || 68 calidona S calidon T | et om. S || condicio
 T | damrs S (in cuius marg. R id est require) || 70 Gem-
 mantem T || 72, 73 om. T || 73 sic sit S || 75 madeat | m supra
 lin. S | rombus codd. || 76 Et scripsi: Si codd. Sed Riesius | si-
 melem S || 77 pentheus bis codd. (pantix altero loco Wernsd.) |
 de bobes S || 78 R marg. S | conmurora dollas T || 79 cacanos T;
 feruent ita concana Riuius cacabo mihi fluctus uel mihi ca-
 caba fluctu Wernsd. || 80 appollo T | sua S | cordas codd. || 81
 cord(a)e codd. || 81 Et seco codd., corr. Wernsd. | quas T quasi
 cum Riuius | uere quintia S uero quintia T | galles T || 83 quis-
 que suas S: quas T | tollet codd. | cenat S | aput T || 84 Vng-
 nellam T | ydippi S hydippi T, corr. Heinsius (Hippolyto
 Riuius) | psico. tum S | prometei (t supra o erasa) S || 85 penteo
 codd. | titioni codd. || 86 Siccus Hauptius (opusc. II p. 35): Solus
 codd. | aqualiculum S | tantalus S: tanta uel T (ex tantal' ortum)

Ceruinam Actaeon tollit, Meleager aprinam,
 Agninam Pelias, taurinam lingulus Ajax.
 Orpheu, tu tollis chordas, Leandre, lacertos;
 Me sterilem Niobe, linguam Philomela rogant me. 90
 Pluma *Philocteta meruit*; rogat Icarus alas;
 Bubula Passiphae, Europe bubula poscit.
 Auratam Danaae, cycnum bene condio Ledaee.
 Iam finem pugnae faciat sententia nobis.
 Vtque cocus pressit uocem, sic Mulciber infit: 95
 'Es, coce, suavis homo; dulcis sed tu quoque, pistor.
 Aequales dimitto deus, qui uos bene noui.
 Consentite (probis sine rixa uiuere dulce est),
 Ne frigus faciam, si me subduxero uobis.'

87 tollit *ex* tullit **S** | aprinam **T** (aprunam *Pithoeus*) || 88
 peleas **T** || 89 Orfeu *codd.* | tolle **S** telle **T** (*sic*) | cordas *codd.* ||
 90 nioue *codd.* | filomela *codd.* | rogat **T** || 91 filocteta **S** siloc-
 teta **T**; *in loco corrupto coniecere* Pluma Philoctetea amicit
Rivinus Pl. Philoctetam reficit *Riesius* Planta Ph. nutrit *Pet-*
schenig | Icarus] *c ex t S* | alia **T** || 92 Bulbula **T** | passife *codd.* ||
 nubula *codd.* || 93 danegygnem **T** | cignum **S** || 94 fiat **T** || 95
 pressit (*prior s supra lin.*) **S** pressit **T** | mulcifer **S** || 96 suavis
 homo **S**: suauisa **T** | noui *in nobi corr.* **S** noui **T** || 98 probis
scripsi: uobis *codd.* bonis *Barthius* (boni *Riesius*) Conueniat
 nobis *Wernsd.* | rexa **S** || *sequitur in S c. 307, tum 380*

De Thetide

380

Pande manum, genetrix; totus tingatur Achilles!
 Tu facis, a, natum mortis habere locum.

De luco amoeno

381

Hic, Cytherea, tuo poteras cum Marte iacere:
 Vulcanus prohibetur aquis, Sol pellitur umbris.

[LVXORII]

382

In Anclas saluatorium domini regis

Hildirici regis fulget mirabile factum
 Arte opere ingenio diuitiis pretio.
 Hinc radios sol ipse capit, quos huc dare possit:
 Altera marmoribus creditur esse dies.
 Hic sine nube solum, nix iuncta et sparsa putatur;
 Dum steterint, credas mergere posse pedes.

380 (*B. I 91, M. 632*). *tit. teti S* || 1 achillis **S** || 2 a *addidi*:
om. S (facies *Salrn.*) | talum *Burm.*

381 (*B. III 52, M. 928*). *tit. lucameno S* || 2 Vulcanus pro-
 hibetur **S** || *poemation est uariatio illius 428*

382 (*B. III 27, M. 383*). *habent et TV* || *tit. Luxorii om. S* |
 Luxuri in anclas **V** Luxurii nanclas **T**; in Anclas *uel Aclas O.*
Schubertus coll. Procop. II 7 (del. Muellerus antas Riesius) | *post*
Anclas codd. addunt in, quod deleui (num ex i. = id est ortum?) |
 saluatoriu **S** | *dn S dom V (sic) dicunt' (= tur) T* || 1 Hildirigi **S**
 Hildirici **V** | saxum *Schraderus* tectum *Burm.* || 2 precio **S** || 3 quod
 huc (*sic*) **V** | posset (*c ex i*) **S** posset **T** || 4 redditur ecce *L.*
Muellerus || *inter 4 et 5 nonnulla intercidisse uidentur (5 sq.*
nouum epigramma putat Riesius) || 5, 6 *om. S* || 4 si nube **T** |
 uincta *Heinsius; puto* Hinc sine luce solum: nix una hic sparsa
 p. (solo nix iacta et *Petschenig*)

383

De Seruando medico

Seruandum spurcum medicum nostrumque medeorum,
 Qui se Tartareo missum de carcere finxit,
 Auctoritate tumens Orci, cui corpora mittit
 Inperitus iners, *ausus terrae repetam*
 Cum staret in medio, mox illi uoce superba
 Burdonum ductor (paleas nam forte gerebat) 5
 'Seruande infamis, Seruande diabule, pestis'
 Aiebat, 'Seruande canis, seruande catenis,
 O Seruande meis semper seruande flagellis,
 Seruande in parte misera nabrastanos aesis 10
 Vitualas ualmam uitiduis tanda uitritam
 Capia feis?: gibatus enim transire solebat.

384

De castellano

Castellane sorex cluacae, pressura tuorum
 Horrida, caeca fames! cenum tibi bullit in ore,
 Putredo et cancer triuit dentesque malasque.
 Accipe, nariputens oris latrina, Philippe:
 Liuidus in rubro color est tibi, cepula, uultu, 5
 Obscenitas frontem mortis sulcauit aratro,

383 (B. V 204, M. 1133). 1 *puto* Seruandus spurcus medicus nostrumque || 2 tartareo *ex* -reum S || Auctoritate S | num Orco qui || 4 ausus terrae repetam S (haustu terrae repentendus *Riesius*, unde nil lucramur; fortasse ausus terrere +petam†, nisi forte uersus perit) || 5 superba S || 7 diabule *ego*: zabule S, quod a scriba positum esse metrum monstrat || 8 Aiebat S | seruante catenis (h supra lin. m. ant.) S || 9 O om. S || 10 in partem miseram *Riesius*; num omni in parte miser? | uerba nabrastanos aesis — 12 feis cuiusnam sint linguae nondum exploratum est || 12 gibatus (o ex a) S | uolebat S, correxi

384 (B. V 205, M. 1134) habet T quoque, qui castelliano in tit. || 1 cluat epressura T || 2 Horrida S | *puto* saeua fames | hore (h supra lin.) T || 3 Putredo S | tribit S | malasque *codd.*, corr. *Meyerus* || 4 Accipi T | nariputens *Burm.* | horis S | latrina T quoque | philippe S || 5 Libidus S (Luridus *schedae*) | calor T | es S | uultus *codd.*, correxi || 6 frontem *ex* -tes S | *puto* forti

Fistula sunt oculi, polypus de naribus horret:
 Heu, manes patitur putido sub coniuge coniunx,
 Hanc uiduam simul ac fecit fortuna suorum.
 10 Qua te cumque moues, os culum porrigis ultro;
 Nam turpe os fetore graui, si forte loquaris;
 Si taceas, bifidis secessum natibus efflas:
 Lasanus es, plenus fusorius est tibi guttur.

De Perpetuo

385

Parce, rapax, epulis uehemens, Perpetuae, glutto
 Mensarumque uorax, omnis cui cenula cessit,
 Stultis qui maragas furto subducis ofellas.

De Crescituro

386

Cresciture ferox, ne quid tibi dorsa flagellis
 Conscindat coniunx, iunctis tu pedibus astas.

De Tautano

387

Tautane, infamem nulla quem coniuge captum
 Spiritus immundus subito praecordia torsit,
 Vendere mancipium pulcrum commune theatro

* * *

7 polipus T filippus S | naribus S || 8 Heu *ego*: Eu S He T (*sic*) En *uulgo* | putrido S | coniuna S coniunx T || 9 Hanc *ego*: Hac T Ac S | simul ac fecit *scripsi*: simul facit *codd.* similem fecit *Burm.* | fortuna S || 10 mobes . obsculum S | osculum tu p. T || 11 turpe os *scripsi*: turpes S torpes T | fedore grabi (b ex u) S || 12 bifidis *ego*: bissis S iussis T binis *uulgo* fissis *Riesius* | secessum T | natibus *ego*: naribus S moribus T || 13 num Es lasanus? | plenus guttur tibi grande (grand T) fusorius est *codd.*, quod correxi remota glossa grande

385 (B. V 200, M. 1129) habet T quoque || 1 uehemens (h m. ant. supra lin.) S | perpetuo *codd.* | gloto T || 2 cui cenula *scripsi*: cui cicula S ciucula T | ce=ssit S || 3 Stultis *ego*: Stultia S Dulcia T | emaratas T; madidas *schedae*; num mansas? | subducis *ex* -ces S | ofellas T

386 (B. V 202, M. 1131) tit. De crescituro S (Crescentino *schedae*) || 1 Cresciture S | ferox ni quid *Petschenig*, qui u. 2 iunctis

387 (B. V 201, M. 1130). 1 Tautano S || 2 percordia S || 3 Venderē S | comonet S | finem deesse uidit *Riesius*

388

De Abcare seruo dominico

Regius est Abcar seruus, *palus hispidus ursus*
 Rana nanus strobilus palmus zeloceca cylindrus.
 Piperis exigui formam uix corpore complex.
 Pulicis e corio uestit te gumma profusa.
 Ad maratros dabitur grandis formica caballus. 5
 Pulueris ut pilula breuis es, ut glomus hic erras.
 Ast ubi dormieris, caueat castissima coniunx,
 Erres ne subito mixtus sub nocte tomento.
 Lendis forma tibi, statu non transilis oua,
 Aequalis ciceri, par est tibi forma cumini, 10
 Fasciarii pondus, longi pars summa telonis.
 Sic sepiam pelagus crispanti uertice gestat,
 Sic niger inpellit pilulas de stercore zinzar
 Araneosque leues pendens in stamine bulla.

389

FELICIS de thermis Alianarum

Hic ubi conspicuis radiant nunc signa metallis
 Et nitido clarum marmore fulget opus,
 Arida puluereo squalebat cespite tellus
 Litoreique soli uilis arena fuit.
 Pulera sed immenso qui duxit culmina tecto, 5
 Ostendens pronis currere saxa iugis,

388 (B. V 203, M. 1132) *habet etiam T || tit. obearo T | sermo S || 1 Abgar Burn. | serb; S || 2 natus T || stropilus T | cilindrus codd. || 3 corporae cōples T || 4 exorio T | uestit ex-tis S || 5 maratros T | formusca canallus T || 6 Pulueris in Pulueris corr. S Volueris T | brebis S | est T | puto inerras || 7 Ads T (num Atq;?) | dormieri T | cabeat S cueat T || 8 mistus codd. || 9 salta Burn. | oba codd. || 10 ciceri scripsi: piperi codd. (e u. 3) | comini S || 11 puto Fasciarum nodus | num tēmonis? || 12 pelacus S || 13 imp. T | pilulos uulgo | zinzor T || 14 lebes S | post leues codd. addunt digitis, quod eiecerunt schedae*

389 (B. III 34, M. 291) *tit. De terminis alianarū felicis uē S || 2 clarum ex claro S; Pario Klotzius || 3 cespide S || 4 Litureq; S, corr. Oudend. || 5 tecto scripsi: caelo S || 6 num corruptus? (uuis Riesius)*

Publica rex populis Thrasamundus gaudia uouit,
 Prospera continuans munere saecula suis.
 Paruit imperiis mutato lympha sapore
 10 Et dulcis fontes proluit unda nouos.
 Expauit subitas Vulcanus surgere thermas
 Et trepida flammam subdidit ipse manu.

Aliter EIVSDEM

390

Nobilis exultat Baiarum fabrica thermis
 Et duplicat radios fontibus aucta dies.
 Hoc uno rex fecit opus Thrasamundus in anno,
 Inclita dans propriis munera temporibus.
 5 Hic senibus florens uirtus renouatur anhelis,
 Hic fessos artus uiua lauacra fouent.
 Miscentur pariter sociis incendia lymphis
 Et gelidos imbres proximus ignis habet.
 Vtilis hic flamma est et nullos pascitur artus
 10 Optaturque magis per noua uota calor.
 Longior hic aegros morborum cura relinquit
 Nec lauat in uitreis hic moriturus aquis.

Aliter EIVSDEM

391

Regia praeclaras erexit iussio moles,
 Sensit et imperium calx lapis unda focus.
 Inclusus Vulcanus aquis argentibus hic est
 Et pacem liquidis fontibus ignis habet.

7 thramundo S || 8 nomina saecula suis S, *correci* (omnia *Ruhnkenius* numine s. suo *Schraderus*; ad suis *intellege* saeculis) || 9 limfas S || 10 dulces — undas nobis S || 11 surgere (rgere in ras.) thermas S || 12 flamas S

390 (B. III 35, M. 292). 1 exultat scripsi: insultat S | balarum — thermis S || 2 duplicat S | fontibus *corruptum* (cf. 392, 12); num rupibus? || 3 Hic unus S, corr. *Vossius* | trasa-mundus S || 4 propriis scripsi: populis S paruis uel paucis *Oudend.* || 5 anelis S || 6 lauacra S || 7 lymphis S || 9 flammest et nullos (ex -lis) S || 10 puto per bona uota || 12 labat S

391 (B. III 36, M. 293). 2 calx S

Cum lymphis gelidis constat concordia flammae
 Ac stupet ardentis frigida nympha lacus.
 Vritur hic semper gaudens neque laeditur hospes
 Et uegetat medicus pectora fota uapor.
 Maxima sed quisquis patitur fastidia solis
 Aut grauibus madido corpore torpet aquis,
 His Thrasamundiaci properet se tingere thermis:
 Protinus effugiet tristis uterque labor.

392

Aliter EIVSDEM

Publica qui celsis educit moenia tectis,
 Hic pia rex populis Thrasamundus uota dicauit,
 Per quem cuncta suis consurgunt pulchra ruinis
 Et noua transcendunt priscas fastigia sedes.
 Hic quoque post sacram meritis altaribus aedem
 Egregiasque aulas, quas grato erexit amore,
 Condidit ingentes proprio sub nomine thermas.
 Hic bonus inriguis decertat fontibus ignis,
 Hic etiam ardentis nemo timet ora camini,
 Plurimus hic imber gelidas adcommodat undas,
 Hic aestus leuis est, hic nullum frigora torrent,
 Hic geminata dies per candida marmora fulget.

393

Aliter EIVSDEM

Tranquillo, nymfae, deCurrite fluminis ortV,

5 limfis S | constat Schraderus: gestat S | cumcordia S ||
 6 Hac S, corr. Vossius | nifa m. rec. in nifa corr. S || 7 hospes ea
 hostes S || 8 uegitat (i in e m. rec. corr.) S || 9 Proxima —
 fastigia L. Muellerus || 10 turpet S || 11 tras. S | propere —
 termis S || 12 Prodinus S

392 (B. III 37, M. 294). 2 tras. S | dicabit S || 5 sacra (ā
 corr. m. rec.) S || 7 Concedit — termas S || 8 dertat S || 9 nemo
 Oudend. (nullus Burm.): om. in 4 litt. lacuna S || 11 terrent S,
 corr. Kootenus || 12 gemina — marmore (-ra corr. m. rec.) S

393 (B. III 33, M. 892) habet et T De termi alianarum in-
 scribens; acrostichon primarum, mesostichon undeuicesimarum,
 telestichon tricesimarum septimarum litterarum indicatum est in
 S a rubricatore, solum acrostichon in T || 1 Tranquillū S | nymf(a)e
 codd. | DEcurrite S | hortu T

Hic proba flagranti sVcedite, lumina, FoebO:
 Rupibus ex celsis ubi Nunc fastigia surgunT
 Aequanturque polo toTis praecelsa lauacrA
 Sedibus, hic magnis exArdent marmora signiS,
 Ardua sublimes praecIngunt culmina termaE,
 Muneraque eximius taNti dat liminis auctoR.
 Vnica continuae praeNoscens praemia famaE.
 Nonhic flamma nocet:uOtum dinoscite carmeN,
 Discite uel quanto uiVat sub gurgite lymphA.
 Vandalicum hic renouAt caro de semine nomen,
 Sub cuius titulo meriTis stat gratia factiS.

In Anclas

394

Vandalirice potens, gemini diadematis heres,
 Ornasti proprium per facta ingentia nomen.
 Belligeras acies domuit Theodosius ultor,
 Captiuas facili reddens certamine gentes;
 Aduersos placidis subiecit Honorius armis,
 Cuius prosperitas melior fortissima fecit;
 Ampla Valentiniani uirtus cognita mundo
 Hostibus addictis ostenditur arce nepotis.

Postulatio muneris

395

Sic tibi florentes aequaeuo germine nati

2 Huc Oudend. | flagranti ≡ (erasa s) Succedite S succedit
 T | uimine flebo T numine febO S, corr. L. Muellerus (numina
 ulgo lumine Heinsius) || 4 Aequanturque — lauagrA S || 5 Sedbus S ||
 6 sublimes T: sedibus S (eu. priore) | praueincunt codd., corr. Schra-
 derus | thermae T || 7 eximii ustanti dant T | luminis codd., corr.
 Heinsius || 8 Vni T || 9 fama noce T | botum codd. | dinuscite S den-
 tiscite T || 10 quant ≡ S quanta T | uiBat S | limfA S || 11 Vandalico
 Heinsius | renobAt S | claro S clarum T, corr. L. Muellerus

394 (B. V 182, M. 1112). de titulo cf. ad c. 382 || 2 pro-
 briū S || 3 domoit S | ultro L. Muellerus || 4 facile — certamine
 (ea -na) S || 5 placitis S || 7 ualentiani S || 8 nepotes S

395 (B. III 156, M. 940) ante 396 extat in TV; casu hic
 omissum postea adicit S (praef. p. 7) | tit. Postolatio S || 1 tibi
 S: om. T s (= sunt) V | equebo S: queuo T aquæum V

Indolis aetheriae sidera celsa petant,
 Sic priscos uincant ataus clarosque parentes
 Exuperent meritis saeclaque longa gerant,
 Sic subolis numerum transcendat turba nepotum
 Nobilibusque iuges gaudia tanta toris:
 Ne sterilem praestes indigno munere Musam,
 Vtque soles, largus carmina nostra foue,
 Imperiis ut nostra tuis seruire Thalia
 Possit et in melius personet ieta chelys!

396

Epistula. Amans amanti

Candida sidereis ardescunt lumina flammis,
 Fundunt colla rosas et cedit crinibus aurum,
 Mollia purpureum depromunt ora ruborem
 Lacteaque admixtus sublimat pectora sanguis,
 Ac totus tibi seruit honos formaque deorum
 Fulges et Venerem caelesti corpore uincis.
 Argento stat facta manus digitisque tenellis
 Serica fila trahens pretioso in stamine ludis.
 Planta decens nescit modicos calcare lapillos
 Et dura laedi scelus est uestigia terra;
 Ipsa tuos cum ferre uelis per lilia gressus,

2 aeternae *codd.*, *corr. Schraderus* | patent **T**, *corr. m.* 2
 pa&ant **V** || 3 uincant **V** uincant **T** | atabos **SV** atabo **T** || 4 saeclauq; **S**
 seglaunce **TV** | longarant **S** || 5 sobolis **TV** || 6 Nobilibusq; (s *pr.*
punctata) **S** Nobilibsq; **V** | riges **TV** | gaudia *m. 1 ex gaudea* **V** ||
 8 largos **S** | fouet **S** foue **T** || 9 talia **ST** taetalis **V** || 10 possit
in u. 9 **S** Pessit **V** *m. 1* | iota **T** hicta **V** | celis *codd.* || Explicit
subser. S (finis scilicet praefationis libello praemissae)

396 (*B.* III 253, *M.* 183). Incipit epistf (ae pistola **V**) *ect.*
TV || 1 sidereis **ST** || 2 Fundant **T** | *ad rosas cf. Horatianum*
ceruicem roseam | cedunt **S** caedit crinib; **V** || 3 Mellea *Bine-*
tus | purpureum **SV** | roborem **S** || 4 Lacteaque **T** | amixtus sub-
 limina p. sanguis (*in -guis corr.*) **S** || 5 honor **V** || 6 Fulgens et
 in uenerem **T** | uinges **S** uinces **TV** || 7 firma (*acta supra* *irma*
punctata) digitusq; (*i supra u*) **S** || Sirica **T** Silica **V** | traens **S** |
 pretioso **TV** | *in om. TV (in hoc post 8 linea uacua)* || 9 capil-
 los **S** || 10 laedis caelum **V** || 11 conferre **TV**

Nullos interim leuiori pondere flores.
 Guttura nunc aliae magnisue monilibus ornet
 Aut gemmas aptent capiti: tu sola placere
 15 Vel spoliata potes. nulli laudabile totum est:
 In te cuncta probat, si quis tua cernere possit.
 Sirenum cantus et dulcia plectra Thaliae
 Ad nocem tacuisse rear, mela quaque propagas
 20 Dulcia et in miseros telum iacularis amoris
 22 Et graue uulnus alis nullo sanabile ferro.
 20 Langueo deficio marcesco punior uror
 21 Aestuo suspiro pereo debellor anhelor.
 23 Sed tua labra meo saeuum de corde dolorem
 Depellant morbumque animae medicamen et huius
 25 Causa fuget, ne tanta putres uiolentia neruos
 Dissecet atque tuae moriar pro crimine curae.
 Sed si hoc grande putas, saltem concede precanti,
 Vt iam defunctum niueis ambire lacertis
 Digneris uitamque mihi post fata reducas.

12 Nulli s herimes **V** Nullos int erimes **T** || 13 Guttula **T** |
 magnis *codd.*, *corr. Dousa* | mollibus **T** || 15 laudare **S** || 16 pro-
 bent **T**; probet *Boissonadius* | quis tua *scripsi*: quisquam *codd.* |
 possit (*e supra i*) **T** || 17 Sir. *in Syr. corr. inc. qua m. S* | cantas
V | taliae *codd.* || 18 reas **T** reor **V** | mela quaque *scripsi*: qua
 (quam **T**) mella (-le **V**) *codd.* || 19 misero **TV** || *post 19 traieci* 22 ||
 22 alis *scripsi*: alit (aut **S**) *codd.* alo *Riesius* | sanabile **V** ||
 20, 21 *delet Binetus* || 20 punior (*o supra lin.*) **S** || 21 depellor
S | anelo **S** anaelo (*h supra alt. a*) **T** || 23 meo *ex* meo **S** |
 dolem **T** || 24 medicamen et *scripsi*: medicaminis *codd.* || 25
 Causa *scripsi*: Cura *codd.*; *uitae periculum depellat etiam tam-*
quam medicamentum ea, quae periculi illius est auctor | fugit **S**
 fulget **T** | nec **T** (*non V*) | pudres — nerbos **S** || 26 Dissecit adq; **S**
 (*num Dissicet?*) | curae *scripsi*: causae *codd.* (*ex causo corr. V*)
 tua — causa *Wernsdorffius* || 27 saltim **TV** || 28 nibeis **S** | amuire
 (*u in b corr.*) **V** || *sequitur in S c. 93*

397

De Narcisso

Se Narcissus amat captus lenonibus undis;
Cui si tollis aquas, non est ubi saeuat ignis.

398

De Perdica

Eximius Perdica fuit, qui corpore eburno
Fulgebat roseisque genis, cui lumina blanda
Fundebant flammis, crocei per colla capilli
Pendebant uariosque dabant sibi saepe colores,
Fuluos poples erat, nitidus pes: omnia habebat,
Quidquid auet iuuenis: solus uincebat Adonem.

399

De Cupidine

Sol calet igne meo; flagrat Neptunus in undis;
Pensa dedi Alcidae; Bacchum seruire coegi,

397 (B. I 142, M. 246) habent et TV || tit. Dae nascio V m. 1 || 1 narcissus T narcissus V

398 (B. II 11 et V 193, M. 706) habent et TV || tit. perdica TV (in hoc De gillone praemisum punctis lineolisque deletum) || 1 perdica V || 2 cui] eui T | blandas T blandis V || 3 Fulgebant TV | procella T || 4 siui sepe S sepe (e supra p) T || 5 Fulbos T: Fuuluus S Fulbuus (-uidus m. 2) V | pople S | erant T | nitidus S; conicias niueus, sed cf. 373, 10 | per V | habebat scripsi: habebat ridens S rident TV || 6 Quid S Quicquid T | hauet scripsi: habet V habit S habent (n deleta) T | solus] cullus TV (in hoc uenis cullus u in ras.) | adone TV

399 (B. I 28, M. 586) extat et in TV, praeterea adscriptum est ad Claudiani epith. Honorii u. 112 in eius codd. Petauiano et Vossiano, denique plenissimum habetur in mss. inscriptionum Cyriaci Anconitani (cf. Burm. Add. I p. 718; cf. et Gruterus Inscr. p. LX) || tit. Super statnam Veneris Cyriacus || 1 Sol STV Cyriacus: Mars Claud. Pet. et Voss. | meū S | Nept. flagr. Claud. Pet. et Voss. || 2 redi Cyriacus | alcidae S, Claud. Pet. et Voss.: alcidi TV tandem Cyriacus | Bacchum (baccū ST bachum V) seruire coegi STV, Cyriacus: feci mugire tonantem Claud. Pet. et Voss.

Quamuis Liber erat; feci mugire Tonantem,
Quamuis *liber* erat; Martem sine Marte subegi.

De electione coniugii

400

Moribus et uultu coniunx quaeratur habenda;
Horrida nam facies nullo celatur ab auro.
Si quis erit sponsus, talem qui ducat, auarus,
Horreat ipse suam: feditas dissoluet amorem.
5 Illa calens sequitur, dorsum dabit ille calenti;
Cogetur feruens clunem submittere asello,
Concubitu turpi monstrum paritura biforme,
Mater ut ipsa suum timeat contingere natum:
Discite, formosas aurum superare puellas.

De esiciata

401

Amisit proprias uacuato corpore carnes
Acceptitque nouas, dedit ac tulit et graue lucrum
Perdendo adquiret: damno bene creuit in illo.

3 om. V | Quauis S | erat liber Cyriacus | in erat desinunt ST | f. m. t. Cyriacus: Bacchum seruire coegi Claud. Pet. et Voss. (cf. u. 2) || 4 om. Claud. Pet. et Voss. | Quamuis liber erat Gruterus e coniectura: Quam liber erat Cyriacus; latet in liber lusus ceterorum similis || secuntur in S cc. 189 et 190

400 (B. III 190, M. 925) habent et TV (hic tit. Coniugii de electione) || 1 E uultu maribus L. Muellerus et uita Piersonus | uultus T | coniunx V | abenda codd., sed h supra a pr. in TV; auenda Petschenig || 2 Orrida S | nam] non Klotzius | nullo Schraderus: multo (-ta T) codd. | celeratur (er punctatae) S || 3 qui uulgo: si codd. || 4 Horreat (i. e. horrebit) Muellerus: Horret (-rit S) et codd. | feritas Binctus | dissoluit (in -net corr.) S dissoluit T || 5 Sequitur illa calens codd., corr. Burm. | dorsum om. T | daut S || 6 feruens scripsi: feruore suo codd.; cetera ne immutes uetat Iuuen. VI 334 expressus | clunem] erura V suras Binctus | submittere ex -teret corr. V || 7 Concubito S cūbitū V | monstrum] o ex e corr. inc. q. m. S | biforme V: biformem ST || 8 Mater ut scripsi: Quem mater codd. Mater quem L. Muellerus | ipsa S | contigere T || 9 formonsas ST

401—407 (B. V 154—160, M. 1088—1091, 550—552) || 401, 1 probrias S || 2 Accipitq; — tollet — lucro S || 3 illa S (quo seruato damnum schedae)

- 402 CORONATI *Aliter unde supra*
Mortua fit praedo: pullorum turgida membris
Ex aliis crescit nec sese repperit in se.
- 403 DONATI *de ouata*
Ouorum copiosa phalanx in uentre tumentis
Conditur et membris crescit gallina repletis:
Mortua concepit, quantum nec uina creauit.
- 404 CORONATI *Vnde supra*
Medea ut fertur natos Progneque necasse,
E natis atausque simul uel caede sororum
Crescit plus moriens: sumpsit de prole tumorem.
- 405 De *pressa*
Turgida sum moriens sollertique arte refixa:
Crescens decresco, nomine pressa uocor.
- 406 De *mixtu asso*
Perna, lepus, turtur, perdix, Iunonius ales,
Agnus, porcellus iunguntur, candidus anser:
Aethera quod pontusque, altrix quod terra creauit,
Cernimus esciferum paulatim sumere uentrem.
- 407 De *pastillo coceto*
Blandum mellis opus sollerti fingitur arte:
Faucibus hoc dulce est, dentibus interitus.

402 *tit.* Aliter unde supra $\bar{u}c$ coronati S || 2 reperit S ||
403 *tit.* De obata Donati S || 1 Oborum S | fallanx (n *supra lin.*)
S || 2 crescit S || 404 *tit.* Vnde sup $\bar{u}c$ coronati S || 1 Medeam f.
n. prognemq; S, *correxi* | negasse S || 2 Ennatis S, *correxi* (Ex
Meyerus, Haec *Riesius*) | atabisq; S | uel] ne *in ras.* S | sorum
S, *corr.* L. *Muellerus* || 405, 1 Turgita S | solertisq; S, *corr.*
Burm. | defixa S || 406 *tit.* De missuassu S, *recte interpretatus*
est Meyerus || 3 Etera S Aethra *Duebnerus* || 407 *tit.* De pastillu
cocten S, *correxi* (De pastilli coctu *Meermanus*) || 1 solerti S ||
2 interitū S || *post 407 in S cc. 1 et 110 secuntur*

- PENTADI *de fortuna* 408
Res eadem adsidue momento uoluitur uno
Atque redit dispar res eadem adsidue.
Vindice functa manu Progne pia dicta sorori,
Impia sed nato uindice functa manu.
5 Carmine fisa suo Colchis fuit ulta maritum,
Sed scelerata fuit carmine fisa suo.
Coniugis Eurydice precibus remeabat ad auras,
Rursus abit uitio coniugis Eurydice.
Sanguine poma rubent Thisbae nece tincta repente:
10 Candida quae fuerant, sanguine poma rubent.
Daedalus arte sua fugit Minoia regna,
Amisit natum Daedalus arte sua.
Munere Palladio laeti qua nocte fuere,
Hac periere Phryges munere Palladio.
15 Nate quod alter ades caelo, sunt gaudia Ladae;
Sed maeret mater, nate quod alter abes.
Hostia sacra fuit diri Busiridis hospes
Busirisque aris hostia sacra fuit.
Theseus Hippolyto uitam per uota rogauit,
20 Optauit mortem Theseus Hippolyto.

408 (B. III 105, M. 251) *extat et in TV* || Pintati de fur-
tuna S .. ntadi .. fortuna T *margin. abscisso* Pintadie fortuna V ||
1 adsiduo V (et sic u. 2) adsuo T || 2 Adq; S | res] es S || 3, 4
functa L. *Muellerus*: facta *codd.* | dicti V || 4 Impia SV | uind.]
i *supra lin.* V || 5, 6 Carmina bis T; Crimine *Schraderus* | fisa
scripsi: uisa bis *codd.* nisa *Riesius* | cholchis V | ultra TV || 7 Eu-
ridici (y *supra pr.* i) S Eurithice T (Euridice 8, sic et V) | at V m.
z || 8 Rur S | habit T habet V || 9 rubrent V | Thisbae *Muellerus*:
tristi *codd.* Thisbaeo t. *Heinsius* || 10 fuerant] n *supra lin.* S || 11
sua om. S | minonia T || 13 laeti V | quam T quia V || 14 Ac TV |
friges *codd.* || 15 ades *Pithoeus*: adest *codd.* | sunt] s *in ras.* V
gaudio S gaudi V | lete (d *supra t*) S || 16 abes *Pithoeus*: adest
codd. || 17, 18 sacra *scripsi*: saepe *codd.* et ipse *Heinsius* saena
L. *Muellerus* || diri Busiridis] dirib; *codd.*, tum irib; S hiridis
T iridis V | ospes V || 18 Busiritis aris S Busiridis horis T Bus-
iridis oris V | hostia S || 19, 20 hyppol(1)ito S hippolito T yppo-
lito V || 20 Optauit S

Stipite fatifero iuste quae fratribus usa est,
 Mater saeua fuit stipite fatifero.
 Sola relicta toris fleuisti litora, Cnosis;
 Laetatur caelo sola relicta toris.
 Aurea lana fuit, Phrixum quae per mare uexit;
 Helle qua lapsa est, aurea lana fuit.
 Tantalus est numero natorum facta superba,
 Natorum adflicta Tantalus est numero.
 Pelias hasta fuit, uulnus graue quae dedit hosti;
 Hoc quae sanauit, Pelias hasta fuit.
 Per mare iacta ratis pleno subit ostia uelo,
 In portu mersa est per mare iacta ratis.
 Lux cito summa datur natusque exstinguitur infans
 Atque animae prima lux cito summa datur.
 Sunt mala laetitiae diuersa e lege creandi,
 Iuncta etiam adsidue sunt mala laetitiae.

409

EIVSDEM de aduentu ueris

Sentio, fugit hiems; Zephyrisque animantibus orbem
 Iam tepet Euris aquis: sentio, fugit hiems.
 Parturit omnis ager, persentit terra calores
 Germinibusque nouis parturit omnis ager.

21 inseq: T | ausa *codd.*, *corr. Heinsius* || 23 litora (*con-
 iungendum cum sola*) *scripsi*: litore *codd.* in litore *uulgo* | gnosis
 (*ex-tis corr. T*) *codd.*, *correx* || 24 celos — thoris S || 25 frixūq;
 — uixit TV || 26 Helles *codd.* || 27 est *om. S* | superua S || 28 affl.
 S || 29 asta S (*et* 30) T | hosti (*h supra lin.*) T: hostis SV || 30,
 31 *om. TV* || 30 Hoc quoq; S || 31 Post — uela S || 32 mersa *Hein-
 sius*: uersa *codd.* | per *Pithoeus*: post *codd.* || 33 extinguit T || 34
 Adq; S | prima *corruptum*; pretium *Heinsius* primae *Oudend.*;
 num uictae? | 35 diuersa lege creati *codd.*, *correx* (*creata uul-
 go*) || 36 Iuncta etiam *scripsi*: Iunctatā, SV Iunctam T Et iuncta
uulgo I. autem *Riesius* | adsiduae *codd.*, *corr. Maehly* | leticie S
 409 (B. V 69, M. 252) *habent et TV* (*hic in tit.* Pintadi
 d. a. ueneris) || 1 hiemps T | zephyrisq; T zepherisq; S | aman-
 tib; V || 2 equis *codd.*, *corr. Pithoeus* | fuit T | hiemps TV || 3
 persenti T | cera *codd.*, *corr. Pithoeus* || 4 nobis V (*qui om̄s
 habet*)

Laeta uirecta tument, folio sese induit arbor,
 Vallibus apricis laeta uirecta tument.
 Iam Philomela gemit modulis, Ityn in pia mater
 Oblatum mensis iam Philomela gemit.
 Monte tumultus aquae properat per laeuia saxa
 Et late resonat monte tumultus aquae.
 Floribus innumeris pingit sola flatus Eoi
 Tempeaque exhalant floribus innumeris.
 Per caua saxa sonat pecudum mugitibus Echo,
 Voxque repulsa iugis per caua saxa sonat.
 Vitea musta tument uicinas iuncta per ulmos;
 Fronde maritata uitea musta tument.
 Nota tigilla linit iam garrula luce chelidon;
 Dum recolit nidos, nota tigilla linit.
 Sub platano uiridi iucundat somnus in umbra,
 Sertaque texuntur sub platano uiridi.
 Tunc quoque dulce mori, tunc fila recurrere fuis,
 Inter et amplexus tunc quoque dulce mori.

Cupido amans

410

Quis me feruor agit? noua sunt suspiria menti.
 Anne aliquis deus est nostro uehementior arcu?

5 foliis *Pithoeus* || 6 apricis TV | tument *ex* tument T ||
 7, 8 filomella S philomella V | modolis sytin S modulis (s *ex*
 t) tot T moduli sit in V | ipia V: impia SV || 9, 10 aq; S | per]
 pes T | leuia *codd.* || 10 resonat S resanant (s *ex* t) T rore sonat
 V || 11 patus T pat' *ex pat' corr. V* || 12 Temporeaque V | ex-
 alant TV || 13 pecodū SV || 14 Visque T Usque V Bisque S,
corr. Salm. || 15 Videat S | iunctas S; uincta *Heinsius* || 16 uitea]
uirgula supra a erasa in S || 17 garula S garulla T | lucem S;
 uoce *Meyerus* | celidon *codd.* || 19 Sup V | iucunda *codd.*, *corr.*
Meyerus | somnus *ex* sumnus S summimus T | ubra S || 20 su
 V | pladano S | uiri T || 21 Dulce V | recurrere T | fuis (s *supra
 lin.*) S fisis (u *supra pr. i*) V || 22 Intr — duce T || *secuntur in
 S cc. 1—4, 52.*

410 (B. I 30, M. 588). 1 feruorgit S | mentis S || 2 ue-
 nementior S

Quem mihi germanum partu fraudante creauit
 Diua parens? *satis* an *mea* spicula fusa per orbem
 Vexauere polum laesusque in tempore mundus
 Inuenit poenam? sed si mea uulnera noui,
 Hic meus est ignis: meus est, qui parere nescit.
 In furias ignesque trahor! licet orbe superno,
 Iuppiter, et salsis undis, Neptune, tegaris,
 Abdita Taenarium te cingant Tartara, Pluton:
 Inpositum rumpemus onus! uolitabo per axem
 Mundigerum caelique plagas pontique procellas
 Vmbriferumque Chaos; pateant adamantina regna,
 Torua uenenatis cedat Bellona flagellis!
 Poenam mundus amet: stupeat mox! maior anhelat
 In se saeuus Amor fraudemque in uulnera quaerit!

411

De rore

* * *
 Cumque serenifico sudat nox humida caelo,
 Mane rigent herbae uitreaque asparagine lucent
 Gramina et in gemmis stabiles tenet aura liquores.

* * *

412

FLORI de qualitate uitae

Bacche, uitium repertor, plenus adsis uitibus:

3 germano **S** | partu *scripsi*: fato **S** furto *Wakkerus* || 4 *satis*
et mea om. S, add. *Wakkerus* || 5 mundū **S** || 6 mundū (*punctatum*)
 penā **S** || 8 traor **S** || 9 et salsis *Wakkerus*: ex altis **S** || 10 Tae-
 narium *scripsi*: penarū **S** poenarum *uulgo* terrarum *Maehly* |
 te cingant *Oudendorpius*: est ingum **S** || 13 caos **S** | adaman-
 tica **S** || 14 Turba **S** || 15 Pena **S** | mox *scripsi*: uix **S** (uis *schedae*);
illud stupeat *ex usu Africanorum accipe pro* stupebit (*cf. u.*
 13 et 14) || 16 uulnere **S**, *correxi* | quaerat **S**

411 (*om. B. M.*) *sine lacunae indicis in S* || 1 serenifluo **S**,
corr. L. Muellerus || 2 erbe uitreoq; **S** || 3 Graminet **S** | stabilem
 t. auras ligores **S**; *num* stabilem — liquorem? || *secuntur in S*
 cc. 185—187

412 *sqq.* (*B. I 17, 20; III 111—115; 265; M. 213—220*) *habet*
 et **T** Floridi de *egs. inscribens* || 1 uitum **T**; uini tu *L. Muellerus*

Effluas dulcem liquorem comparandum nectari
 Conditumque fac uetustum, ne malignis uenulis
 Asperum ducat saporem uersus usum in alterum.

Omnis mulier intra pectus celat uirus pestilens: 413
 Dulce de labris locuntur, corde uiuunt noxio.

Sic Apollo, deinde Liber sic uidetur ignifer: 414
 Ambo sunt flammis creati prosatique ex ignibus;
 Ambo de donis calorem, uite et radio, conferunt;
 Noctis hic rumpit tenebras, hic tenebras pectoris.

Quando ponebam nouellas arbores mali et piri, 415
 Cortici summae notauit nomen ardoris mei.
 Nulla facta exinde finis uel quies cupidinis:
 Crescit arbor, gliscit ardor: animus implet litteras.

Qui mali sunt, non fuere matris ex aluo mali, 416
 Sed malos faciunt malorum falsa contubernia.

Sperne mores transmarinos, mille habent officia. 417
 Cuius Romano per orbem nemo uiuit rectius:
 Quippe malim unum Catonem quam trecentos Socratas.

2 comp. **T** || 3 que fac **T** | nec **S** | uenilis (*u supra pr. i*) **S**
 suenu=lis **T**; *num* faecibus? || 4 dicat **T** | uersus usum (*sic*
m. I) *m. rec. in* uersum usus *corr. S* | uin **S** | alterum (*sic*) *m.*
rec. in alteros *corr. S* altero **T** || 413 1 Mulier *i. p. omnis Pier-*
somus | uirus *ex uiros S*; uleus *Bouherius* || 414. 2 sun **S** || 3 donis
Schraderus: comis **ST** | uite **S**, *om. T* | et *del. Schraderus* |
 conserunt **T** || 415, 1 arboris **T** | pyri (*yri in ras.*) **S** || 2 cortice (*i*
supra e) **S** | sume **T** || 3 facta *scripsi*: fit *codd.* fuit *Schraderus*
 fit iam *L. Muellerus* || 4 ardor **S**; arbor **T** | animus *Peerlkampius*:
 ramus *codd.* || 416 *ex (uel abs) Pithoeus*: ab *codd.*; *cf. Theognis*
 305 *sq.*; a bulga *Loewius* || 417. 1 Spernes (*s punctata*) more **S** |
 officia **S** offugia **T**, unde officia *formam restituit L. Muellerus*:
 officias *Salm.* || 2 urbem *codd.* || 3 malum **T** | CCC **T** | *socrates*
S *soereteas T, corr. Salm; quamquam formam Socrates codd.*
inducant

418 Tam malum est habere nummos, non habere quam
malum est;
Tam malum est audere semper, quam malum est semper
pudor;
Tam malum est tacere multum, quam malum est multum
loqui;
Tam malum est foris amica, quam malum est uxor domi:
Nemo non haec uera dicit, nemo non contra facit. 5

419 Consules fiunt quotannis et noui proconsules;
Solut aut rex aut poeta non quotannis nascitur.

420 REPOSIANI de concubitu Martis et Veneris

Discite securos non umquam credere amores.
Ipsa Venus, cui flamma potens, cui militat ardor,
Quae tuto posset custode Cupidine amare,
Quae docet et fraudes et amorum furta tuetur,
Nec sibi securas ualuit praebere latebras. 5
Inprobe dure puer, crudelis crimine matris,
Pompam ducis, Amor nullo satiate triumpho!
Quid conuersa Iouis laetaris fulmina semper?
Vt mage flammantes possis laudare sagittas,
Iunge puer teretes Veneris Martisque catenas: 10
Gestet amans Mauors titulos et uincula portet
Captiuus, quem bella timent! utque ipse ueharis,
Iam roseis fera colla iugis submittit amator:
Post uulnus, post bella potens Gradius anhelat
In castris modo tiro tuis semperque timendus 15

418, 1 prius habere bis T || 2 semper alterum T: per S | pudor S: pauere T (unde pauor Lipsius) || 3 et 4 tam pro quam S || 419, 1 quodam T || 2 aut rex] malum auspex | quodannis codd. 420 (B. I 72, M. 559, Wernsd. III p. 319 sqq.) in titulo de om. S || 1 securus S | nonnumquam S, corr. Schraderus || 3 custode S || 5 securo S || 8 Quid Burmannus: Quod S Quo Oudendorpius || 12 uearis S; cf. Rohde, d. griech. Roman p. 108 || 13 submittat Burm. || 14 gradib; S || 15 tyro S

Te timet et sequitur qua ducunt uincla
Ite, precor, Musae: dum Mars, dum
Imis ducta trahunt suspiria cre
Dumque intermixti captatur
20 Carmine doctiloquo Vulca
Quae Martem nectant Vene.
Inter delicias roseo modo liua
Namque ferunt Paphien, Vulcan.
Inter adulterium nec iusti iura mariti
25 Indice sub Phoebos captam gessisse catenas.
Illa Venus duos nexus tulit, illa mariti
Ferre uincla sui? quae uis fuit ista doloris?
An fortem faciebat amor? quid, saeue, laboras?
Cur nodos Veneri Cyclopa flamma parauit?
30 De roseis conecte manus, Vulcaene, catenis!
Nec tu deinde liges, sed blandus uincla Cupido,
Ne palmas duro nodus cum uulnere laedat.
Lucus erat Marti gratus post uulnera Adonis,
Huius amore deae; si Phoebi lumina desint,
35 Tutus adulterio, dignus quem Cypris amaret,
36 Quem Byblos coleret, dignus quem Gratia seruet.
39 Ornat terra nemus: nunc lotos mitis inumbrat,

16 di. cumt. S | mariti S, corr. Oudendorpius || 17 cithere S || 19 traunt S || 20 uulgani S || 21 bracia S || 22 delicias Burm.: diuitias S | modo scripsi (cf. Mus. Rhen. XXXI, p. 605): prope S || 23 ferunt (nt supra in) S | pa. fien S || 24 nec Maehly: uel S (adulterio — iure Oudendorpius) || 25 foebos et gessisse S || 26 Venus scripsi: manus S manu Schraderus || 29 ueneris cyclopa — parabit S || 30 uulgane S || 32 cum nodus siue nodus cum scripsi: comodus S nodus modo uulgo cum nodis uel conodans Oudendorpius conectens — laedas Klappius nodus duro cum Maehly || 33 gradus et donis S; gratus, post uulgo interpungunt p. u. A. ad sequentia trahentes || 34 Huius scripsi: Pictus S Dictus uel Lectus uel Dignus Wernsdorpius | se febi S || nonne dessent? || 35 adulterio ex -rii corr. S || 36 biblos coleret dignusq; gratia seruit S; pro seruet Maehly haberet siue aueret || ut. qui sunt in S 37 et 38 traieci post 41 || 39 lotos mitis Burm.: locos (ex-cus corr.) uitis S lucos uulgo

Nunc laurus, nunc myrtus. habent sua munera rami; 40
 Namque hic per frondes redolentia mala relucet. 41
 Vilia non illo surgebant gramina luco: 42
 Pingunt purpureos candentia lilia flores; 43
 Hic rosa cum uiolis, hic omnis gratia odorum, 44
 Hic inter uiolas coma mollis laeta hyacinthi:
 Dignus amore locus, cui tot sint munera rerum.
 Non tamen in lucis aurum, non purpura fulget: 46
 Flos lectus, flos uincla tori, substramina flores:
 Deliciis Veneris diues natura laborat.
 Texerat hic liquidos fontes non uilis arundo,
 Sed qua saeua puer componat tela Cupido.
 Hunc solum Paphie puto lucum fecit amori: 50
 Hic Martem expectare solet. quid Gratia cessat,
 Quid Charites? cur, saeue puer, non lilia necis?
 Tu lectum consterne rosis, tu sarta parato
 Et roseis crinem nodis subnecte decenter!
 Haec modo purpureum decerpens pollice florem, 55
 Cum delibat eum, suspiria ducat, odorem
 Ast ibi blanda manus *matris* sub pectore condat;
 Tu, ne purpurei laedat te spina roseti,

40 rami] lauri *uulgo* || 41 mala relucet *scripsi*: lilia pendent *s e. u.* 38 (*incredibilia Machly*) || 38 Cingunt *Oudendorpius* purpureus *s* || 42 rosas *s* | odorum *scripsi*: florum (rum *solito compendio*) *s e u.* 38 || 43 uiolas *e u.* *priore repetitum uidetur*: num casias? | coma *ex* comas *s* | iacinti *s* || 44 sunt *Burm.* rerum] rum *sol. comp. s*; num uerni? || 45 tamen *suspectum* 46 toris *s*, *correxi* | subtramine *s* || 48 hic] num et? || 50 Hunc *s* | puto soli | pafie *s* | lucum *s* | an legit? || 51 Hic *ex* Hinc *corr. s* | cessit *s*, *corr. Burmannus qui et* cessas || 52 carites *s* | lilia *uulgo* || 54 notis *s* | descender (d *in ras.*, s *punctata*) *s* 55 purpureum *s* | decerpit *Burm.* || 56 delibat eum *scripsi*: diligatum *s* delicato — odore *Wernsdorfius* (delibato *Riesius* delibato *Klappius*) || 57 Ast tibi *s*, *correxi* | matris (penito) *Oudendorpius*: om. *s* telum *Burm.* flores *Riesius* sucum *ego olim* || 58 Tu ne *ego*, *Klappius*: Tunc *s* Tunc ne *Burm.* | te] me *ego olim*, cum *Riesium secutus uerba u.* 51 quid — 63 Titan a *Venere dicta opinarer falso* | purpurei *s*

Destrictis teneras foliis constringe papillas.
 Sic decet in Veneris luco gaudere puellas,
 Ut tamen inlaesos Paphiae seruetis amores.
 Vincula sic mixtis caute constringite ramis,
 Ne diffusa ferat per frondes lumina Titan.
 His igitur lucis Paphie, dum praelia Mauors
 Horrida, dum populos diro terrore fatigat,
 Ludebat teneris Bybli permixta puellis.
 Nunc uarios cantu diuum referebat amores
 Inque modum uocis nunc motus forte decentes
 Corpore laeta dabat, nunc miscens denique plantas,
 Nunc alterna mouens suspenso pollice crura,
 Molliter inflexo subnitens poplite sidit.
 Saepe comam pulcro collectam flore ligabat
 Ormans ambrosios diuino pectine crines.
 Dum ludos sic blanda Venus, dum gaudia miscet
 Et dum flet, quod sera uenit sibi grata uoluptas,
 Et dum suspenso solatia quaerit amori:
 Ecce furens post bella deus, post praelia uictor
 Victus amore uenit. cur gestas ferrea tela?
 Ne metuat Cypris, contum decet ire rosetis.
 A, quotiens Paphie uultum mentita furentis
 Lumine conuerso serum incusauit amantem!
 Verbera saepe dolens minitata est dulcia serto
 Aut, ut forte magis succenso Marte placeret,
 Amouit teneris suspendens oscula labris

60 decit *s* | lucos *s* || 61 pafie *s* || 63 diffusa *s* | serat *Wakkerus* || 64 igitur *s* | pafie *s* || 65 duos (s *punctata*) *s* || 66 permixta *s* || 68 motus] modus *s* || 69 corpora *s*, *corr. Burm.* | leda *s* || 71 sidet *s* || 73 Ormans (s *supra lin.*) ambrosius *s* || 74 miscit *A* || 76 ante 75 posuit *Oudendorpius* || 76 Et addidit *idem*: om. *s* (sero — ueniat *Schraderus*) | flet — gratula *s* || 77 per bella *Wakkerus* || 78 redit *Burm.* || 80 pafiens . uultu *s*; in ns *litteris* latere *puto* us ad uultu *pertinens*, ut uultus *fortasse sit restituendum* || 81 conuerso *ex -su corr. s* || 82 minitata *Higius*: mentita *s e u.* 80 || 84 Amouit *Wakkerus*: Atmouet *s* Admouit *uulgo* | obscula *s*

Nec totum effundens medio blanditur amore. 86
 Decidit aut posita est deuictis lancea palmis
 Et, dum forte cadit, myrto retinente pendit.
 Ensem tolle, puer, galeam tu, Gratia, solue; 88
 Soluite, Bybliades, praeduri pectora Martis:
 Haec laxet nodos, haec ferrea uincula temptet 89
 Loricaeque moras, uos scuta et tela tenete. 91
 Nunc uiolas tractare decet. laetare, Cupido,
 Terribilem diuum tuo solo numine uictum:
 Pro telis flores, pro scuto myrtea sarta
 Et rosa forte loco est gladii, quem bella tremescunt! 96
 Iuerat ad lectum Mauors et pondere duro
 Floribus incumbens totum turbarat honorem.
 Ibat pulcra Venus uix presso pollice cauta,
 Florea ne teneras uiolarent spicula plantas,
 Et nunc innectens, ne rumpant oscula, crinem, 100
 Nunc uestes fluitare sinens uix lassa retentat,
 Cum nec tota latet nec totum nudat amorem.
 Ille inter flores furtiuo lumine tectam
 Spectat hians Venerem motoque ardore tremescit.
 Incubuit lectis Paphie. pro sancte Cupido, 105
 Quam blandas uoces, quae tunc ibi murmura fundunt!

86 aut] *num* haut? || 87 Ed s (*num* Sed?) || 88 Ense s |
 tolle *ex* tollet s || 90 ante 89 *posui* || 90 bibliates s || 89 tēplet
 s, corr. *Wernsdorpius* (demat *Riesius*) || 92 uiolas] i *supra* lin.
 s | decit s || 93 solo *ex* solum s || 95 loco est *scripsi*: nocet s |
 bella (cf. u. 12) *scripsi*: iura s; Ferre doces; iacet et gladius
 q. iure tremiscis *Oudendorpius* Et rosa; ferte (nocet) gladium,
 q. iura tr. *Wakkerus* || 97 incumbens] n altera *supra* lin. s |
 turbabat *Wakkerus* || 99 teneris — plantis *Wakkerus*; an tenerae
 — plantae? || 101 sinens *Oudendorpius*: sinū s; fluitante sinu
Wernsdorpius | laxa s, *correx* || 102 totum *ego*, *Klappius*: tota s
 (quo seruato renudat *Oudendorpius*) || 103 furti uolumine tectas
 s, *correx*; furti uelamine tectus *uulgo* (unde fulcri *ego olim*,
 serti *Petschenig*) || 104 Spectans thians s (erat nimirum *primitus*
 t *supra* Spectans *scr.*) | motoque *scripsi*: totoque s totus-
 que *Wakefieldus* || 105 pafē pro scē s (saeue *Burm.*) || 106
 quae] q; s

Oscula permixtis quae tunc fixere labellis!
 Quam bene consertis haeserunt artibus artus!
 Stringebat Paphiae Mauors tunc pectore dextram
 Et collo innexam ne laedant pondera laeuam,
 Lilia cum roseis supponit candida sertis.
 Saepe leui cruris tactu comouit amantem
 In flammis, quas diua fouet. iam languida fessos
 Forte quies Martis tandem compresserat artus;
 Non tamen omnis amor, non omnis pectore cessit
 Flamma dei, trahit in medio suspiria somno
 Et Venerem totis pulmonibus ardor anhelat.
 Ipsa Venus tunc tunc calidis succensa uenenis
 Vritur ardescens, nec somnia parta quieta.
 O species quam blanda! o quam bene presserat artus
 Nudos forte sopor! niueis suffulta lacertis
 Colla nitent, pectus gemino quasi sidere fulget.
 Non omnis resupina iacet, sed corpore flexo
 Molliter et laterum quo se confinia iungant.
 Martem respiciens deponit lumina somno,
 Sed gratiosa, decens,
 pro lucis forte Cupido
 Martis tela; rigens quae postquam singula *lustrat*,
 Loricam clypeum gladium galeaeque minacis
 Cristas, flore ligat; tunc hastae pondera temptat

107 q; tun s || 108 artibus = artubus || 109 pafē s | pec-
 tora dextra *Oudendorpius* || 111 candida s || 112 leue — comouit
 s || 113 flammis] s *supra* lin. s | fouet *Oudend.*: mouet s || 114
 artus] arte s || 116 trait s || 118 suspensa s, corr. *Burm.* || 119
 parte s, corr. *Oudend.* || 120 species quam blanda *scripsi*: quam
 blanda quies s e u. *priore* || 121 Nudus s, corr. *Burm.* || 124 quo
 — iungant *scripsi*: qua — iungunt s (en l. qua — iungunt
Klappius ut l. sua — iungant *Maehly*) || 122 tubere *Wernsd.*
 fulget *scripsi*: turget s || 126 gratiosa *per* i *consonam*: cf. 401, 3
 copiosa et apud nostrum u. 93 tuo' | post decens lacunae signa
posui; nimis abruptus transitus, etiamsi proludit cum *Oudendorpio*
scribas | fortis s || 127 rigens *scripsi*: regens s gerens *Riesius* | q;
 s | *lustrat* *Burm.*: om. s uidit *uulgo* sumpsit *Riesius* || 128 gla-
 dius caleq; minaces s || 129 flores — aste — tātāt s

Miraturque suis tantum licuisse sagittis. 130
 Iam medium Phoebus radiis possederat orbem,
 Iam tumidis calidum spatium librauerat horis:
 Flammantes retinebat equos. pro conscia facti
 Inuida lux! Veneris qui nunc produntur amores
 Lumine, Phoebæ, tuo! stant capti iudice tanto 135
 Mars Amor et Paphie, ramis cum inserta tremescunt
 Lumina, nec crimen possunt te teste negare.
 Viderat effusus Graduum Phoebus habenis
 In gremio Paphiae spirantem incendia amoris.
 O rerum male tuta fides! o gaudia et ipsis 140
 Vix secura deis! quis non, cum Cypris amaret,
 Praeside sub tanto tutum speraret amare?
 Criminis exemplum si iam de numine habemus,
 Quid speret mortalis amor? quae nota ferenda?
 Quod numen poscat, quo sit securus, adulter? 145
 Cypris amat, nec tuta tamen! compressit habenas
 Phoebus et ad lucos tantummodo lumina uertit
 Et sic pauca refert: 'nunc sparge o tela, Cupido,
 Nunc nunc, diua Venus, nati deuicta sagittis
 Da mihi solamen, sub te si lusus amaui: 150
 Fabula, non crimen, nostri dicentur amores.'
 Haec ait et dictis Vulcanum instigat amaris:
 'Dic ubi sit Cytherea decens, secure marite!

130 liguisse S || 131 foebi S | possedera (d ex t corr.) S;
 puto conscenderat || 132 puto tumidum calidis; contra calidus
 spatiis — horas *Burm.* (mediis pro tumidis male *Maehly*) ||
 134 quid *Oudendorpius* | prodentur *Schraderus* | amores] s *supra*
lin. S || 135 foebe S || 136 pafie S | ramis cum scripsi: ramisq; S |
 incerta *Burm.* || 138, 39 fortasse ante 133 ponendi || 138 Vderat in-
 fufus et foeb; S || 139 pafie spirante S || 142 presside S (prior s
 a m. rec. deleta) | amare (substantiue) scripsi: amare. t S amorem
 vulgo || 144 quae nota scripsi: qua noce S quo nota *Higtius* ||
 146 habenas] s *supra lin.* S || 147 Foeb; S | tantum puto S,
 corr. *Oudendorpius* || 148 sparge tela S, correxi (tela sparge
 male *Higtius* sparge en tela *Burm.*) || 149 natis diuumue S,
 corr. *Oudendorpius* (qui et Das mihi) || 150 si lusus scripsi:
 securus S || 152 He ait S || 153 cytherea S

154 Te expectat lacrimans, tibi castum seruat amorem?
 156 Vel si forte tuae Veneris fera crimina nescis,
 155 Quaere simul Martem, cui tu modo tela parasti.
 157 Dixit et infuso radiabat lumine lucum
 Inque fidem sceleris totos demiserat ignes.
 Haeserat Ignipotens stupefactus crimine tanto.
 160 Iam quasi torpescens (uix sufficit ira dolori)
 Ore fremit maestoque modo gemit ultima pulsans
 Ilia et indignans suspiria pressa fatigat.
 Antra furens Aetnaea petit. uix iusserat, omnes
 Incubuere manus, multum dolor addidit arti.
 165 Quam cito cuncta gerunt ars numen flamma maritus
 Ira dolor! nam uix causam tunc forte iubendo
 Dixerat, et uindex coniunx iam uincta ferebat.
 Peruenit ad lucos, non ipsi uisus Amori,
 Non Chariti: totas arti mandauerat iras.
 170 Vincula tunc manibus suspensio molliter ictu
 Inligat et teneris conecit brachia palmis.
 Excutitur somno Mauors et pulcra Cythere.
 - Posset Graduius ualidos disrumpere nexus,
 Sed retinebat amor, Veneris ne brachia laedat.
 175 Tunc tu sub galea, tunc inter tela latebas,
 Saeue Cupido, timens. flat Mauors lumine toruo
 Atque indignatur, quod sit deprensus adulter.

154 Te spectat S || *uu. qui sunt* 155 et 156 in S traiecit
Wakkerus || 157 lucus S, corr. *Wakefieldus* (lucos *Maehly*) || 160
 turpescens S || 161 maestoque *Burm.*: mestus in mestu corr. S |
 intima *Riesius*; puto gemitu itima || 163 aetnea S || 163 si de
 alio poeta ageretur, in molestissima repetitione uix iusserat *egs.*
 et 166 uix c. t. f. iubendo *offensus interpolatione* (ex *Verg. Aen.*
 VIII 444 *sumpta*) nauiter sublata haec relinquerem poetac A. f.
 A. petit: dolor addidit alas; nunc ambigo || 164 addedit S ||
 165 cuncta S | nomen S, corr. *Oudend.* || 166 causa S || 168
 Venerat *Heinsius* | ipsis uisos S || 169 cariti S || 170 sus-
 penso ex -sus corr. S | icto S | citere (y *supra* i m. I, ut *uid.*)
 S || 173 gradib; S || 174 ledant S || 175 iacebas S, corr. *Riesius* ||
 176 flat scripsi: stans S stat *Burm.* | torbo ex turbo S || 177 Adq; S

At Paphie conuersa dolet non crimina facti;
Sed quae sit uindicta sibi tum singula uoluens
Cogitat et poenam sancit, si Phoebus amaret. 186
Iamque dolos reparans decorabat cornua tauri,
Passiphaeae crimen mixtique cupidinis iram.

421

FLAVII FELICIS

Postulatio honoris aput Victorinianum
Aspera cum quaterent humanas praelia gentes
Aut raperet uastum nigra procella fretum,
Cum dubiis fortuna suis penderet habenis
Torqueretque uagus torpida corda metus,
Anxia Phoebeis sanabant pectora templis 5
Et sacros tripodas nosse salubre fuit.
Nunc etiam saenis agitatur quos cura periculis
Atque inopi uexat dura labore fames,
Altera Parnasi currunt ad numina montis
Castalioque lacu uiscera maesta fouent: 10
Te nudi tristesque rogant, tibi flebile plangit
Auxilium poscens paupera turba tuum.
Tu mihi numen eris, Phoebeco munere plenus
Qui potes infirmos morte leuare manu;
Quaeque meos domus est proauos miserata patremque 15
Haec eadem natis praemia nota ferat:

178 Ad paphie s | confessa *Higtius* | crimine *Boissonadius* ||
179 sibi s | tum *Boisson.*: dum s || 180 pena s | sentit s,
correxi | foeb; s || 181 dolo preperans s, *correxi* (rep. = parans);
dolos properans *Burm.* || 182 Passife s

421 (*B. ad Luc.* 86, *M.* 295). Fl. Felicis. uiri. clarissimi.
postulatio honori. aput. uictorinianum (ni supra lin.). fi. inf.
et primiscrinium: sunt ur XXXII s (cf. praef. p. 6) ||
1 cum — gentes *L. Muellerus*: dum — mentes s || 3 fortuna
suis (prior s supra lin.) s; num ruens? (leuis *Riesius*) || 4 tor-
pida *L. Muellerus*: stolidi s | mtus s || 5 foebeis s || 6 sacro s ||
7 agitatur s | num procellis? || 8 Adq; s | labores s || 10 foebunt
s || 13 foebeco numenere s, *corr. Burm.* (numine *schedae*) || 14
informes s, *corr. Burm.* | labare s | manu s

Erige languentem, morbos depelle meroris
Et miserum melior factus Apollo iuua!
Non ego litigeros cupio cognoscere fasces,
20 Nec mihi reddantur iura superba precor;
Triste forum nolo, uersat quod praelia pacis
Fraternisque odiis area caeca subit;
Conflictus audire piger rixasque togarum,
Quas inter fictus concrepat ore furor,
25 Iustitiam calcat seductus faenore praedae
Et, quas defendit, partibus arma parat;
Nec mihi qui pereant ulli poseuntur honores
Aut audis pompae maxima lucra peto:
Sit mihi fas audire sacros et cernere cultus,
30 Ecclesiae spectans dona uenire mea.
Sic tibi Phoenicis transcendere congruat annos
Incolumique aeuum coniuge laetus agas,
Sic thalamis prolem socies uideasque nepotes
Pendentis gremio ludere semper aui,
35 Inclita sic celsi praeuectus fata parentis
Exsuperes meritis saeclaque longa geras,
Sic priscos uincas atauos clarosque parentes
Et placido regi nuntius orsa feras:
Adnue poscenti, misero sustolle ruinas;
40 Clericus ut fiam, dum uelis ipse, potes.

17 sq. ante 15 sq. ponit *Riesius* || 17 merores (i supra alt.
e) s || 19 cognoscere s || 21 uexat quod praemia s, *correxi*
(uexant quod praelia *Riesius*) || 22 alea s, *correxi* || 25 Iustitiam
s | seductos s | praedo *schedae* || 27 fortasse qui decorent || 28
auitus s || 29 cultus] u alt. in ras. s || 30 corruptus; num Ec-
clesia spero? || 31 fenicis s || 32 coniunge letu s || 34 Pruden-
tis s; Prudentis *uulgo* Pendentes uel Prudentes *L. Muellerus* ||
35 prouectus s, *correxi* || 39 miserum s, *correxi* (quo seruato
ruinae *Burm.* ruina uel ruinis *Muell.*) || *secuntur in s ce.* 188,
155—163

422

PENTADI

Cui pater amnis erat, fontes puer ille colebat
 Laudabatque undas, cui pater amnis erat.
 Se puer ipse uidet, patrem dum quaerit in amne,
 Perspicioque lacu se puer ipse uidet.
 Quod Dryas igne calet, puer hunc inridet amorem 5
 Nec putat esse decus, quod Dryas igne calet.
 Stat stupet haeret amat rogat innuit aspicit ardet
 Blanditur queritur stat stupet haeret amat.
 Quodque amat, ipse facit uultu prece lumine fletu;
 Oscula dat fonti, quodque amat ipse facit. 10

423

EIVSDEM

Hic est ille, suis nimium qui credidit umbris,
 Narcissus uero dignus amore puer.
 Cernis ab inriguo repetentem gramine ripas,
 Vt per quas periit crescere possit aquas.

424

EIVSDEM

Chrysocome gladium fugiens stringente marito
 Textit adulterium iudice casta reo.

422 (B. I 139, M. 242) habent et TV || Pentadi TV || 1 annis V | erat om. S || 3 post patrē (pro quo puerum Piersomus) duae litterae uix dinoscendae punctatae in V | querat T | anē SV || 4 lacu] laus T || 5 Quo Salm. | drias S || 6 Ne S | dryas S | ig=e (n supra ras.) V || 7 Stat] Flet Heinsius | herit S (et u. 8) | inuitat spicit S || 10 num dans? | quoque S, T m. 1

423 (B. I 141, M. 244) habent et TV || 1 Hoc V | illa V m. 1 | suis S | creditur codd. | umbris scripsi (conl. 332, 2): undis codd. || 2 Narcissus T, V m. 1 || 3 puto Ecce sub inriguo ripam TV; uitam Higtius, qui et margine || 4 puer T | perit V conicias cernere; cf. ad u. 3 | poscit T posset V

424 (B. I 165, M. 248). 1 Crisoconte (y supra i inc. q. m.) S; corr. Oudend. (Chrysogone Burm.) | fortasse fugiens gladium stringente S || 2 casta ex te S m. ant. | reo] eo in ras. S

EIVSDEM

425

Crede ratem uentis, animum ne crede puellis;
 Namque est feminea tutior unda fide.
 Femina nulla bona est, uel, si bona contigit una,
 Nescio quo fato est res mala facta bona.

REGIANI

426

Quis deus has incendit aquas? quis fontibus ignes
 Miscuit et madidas fecit discurrere flammis?
 In regnis, Neptune, tuis Vulcanus anhelat!

EIVSDEM

427

Ante bonam Venerem gelidae per litora Baiae;
 Illa natate lacus cum lampade iussit Amorem;
 Dum natat, argentes cecidit scintilla per undas;
 Hinc uapor ussit aquas: quicumque natauit, amauit.

EIVSDEM

428

Bellipotens Mauors, Veneri gratissime, furtim
 Hic securus ama: locus hic amplexibus aptus:
 Vulcanus prohibetur aquis, Sol pellitur umbra.

425 (B. III 88, M. 245) habent et TV (hic Eivdem) Y (Pentade), porro ut uersus Ciceronis Strozianus 75 saec. XIII fol. 5, Monacensis 19413 (cf. praef. p. 17 not.) cum titulo Ciceronis disertissimi oratoris (et sic 'multos' codd. inscribere testatur Scaliger); ceterum uu. 3 et 4 ut proprium carmen a prioribus separauit Bourdelotus || 1 credere V || 3 est add. Scaliger: om. codd. | bona fuerit Mon. | una STV: ulla Y Strozz. Mon. || 4 pacto Strozz. | est ante res addidi: om. codd. | bona STV Mon.: bona est Y || secuntur in S Ouidi de aetate uersus (etiam in TY obuui) ex arte am. III 65 sq. et 73 sq.

426 (B. III 38, M. 537) || 2 decurrere S || 3 hanelat S

427 (B. III 28, M. 536) habet et V Regiani inscribens || 1 litorara S || 2 natatae V | lacu Salm. | lapade V || 3 natata gentes S natat argentens V, corr. Salm. | scintilla S || 4 Hunc S | ussit, prior s supra lin. V

428 (B. III 53, M. 538). 1 ueneris, sed s expuncta S | furtum S, correui (furto L. Muellerus) || 2 ama securus S || 3 proibitur S

429

MODESTINI

Forte iacebat Amor uictus puer alite somno
 Myrti inter frutices pallentis roris in herba.
 Hunc procul emissae tenebrosa Ditis ab aula
 Circueunt animae, saeua face quas cruciarat.
 'Ecce meus uenator', ait 'hunc' Phaedra 'ligemus!' 5
 Crudelis 'crinem' clamabat Scylla 'metamus!'
 Colchis et orba Procne 'numerosa caede necemus!'
 Didon et Canace 'saeuo gladio perimamus!'
 Myrrha 'meis ramis', Euhadneque 'igne crememus!'
 'Hunc' Arethusa inquit Byblisque 'in fonte necemus!' 10
 Ast Amor euigilans dixit 'mea pinna, uolemus'.

430

PONNANI

Picta fuit quondam Pharii regina Canopi
 Artifici formata manu. nam sugere serpens
 Creditur et morsa gaudens dare fata papilla.
 O quam uiuit opus, quam paene figura dolorem
 Sentit et ex ipso moritur pictura ueneno! 5

431

TVCCIANI

Cantica gignit amor et amorem cantica gignunt:
 Cantandum est ut ametur et ut cantetur amandum.

429 (B. I 31, M. 231) *habet et T titulum et u. 1 omittens* || 1 aside S || 2 frutices T | albensis *Ruhnkenius* | pullanti floris *Petschenig*; puto roris | erba S || 4 sacra *schedae* | facent T || 5 ait S; alt T | fedra *codd.* || 6 squilla T seilla *etamus* S || 7 Cholchis S | erba T | progne *codd.* || 8 Dido *codd.*, *correxi* (ait et *Oudend.*) | per in manus T || 9 Myrra S | ramis ramus T | euhadnes S euhadnē T, *correxi* | signe T || 10 aredusa S arethus T | inquit S inquit T: in aquis *uulgo* | biblis T blibis S; que *add. Oudend.*

430 (B. II 71, M. 539). 1 farri S || 2 Artificis S, *corr. Salm.* | sugere *Oudend.*: uiuere S (bibere *ne imputes nostro*) || 3 morsu S, *corr. Salm.* (morsae — papillae *Oudend.*) | gaudens *ex gaudens corr.* S || 4 poene S || *secuntur in S Martialis I 57 et c. 129*

431 (B. III 281, M. 545) *habet et Y Lucanus inscribens et u. 2 cantetur amandum omittens*

EIVSDEM

432

Pallas tota Iouis patrio de uertice nata
 In caelum cecidit

VINCENTI Phaedra

433

Victē pudor, compone preces! secreta duorum
 Tertius ignoret: sit tantum littera testis
 Immensum locutura nefas. metus unicus urget,
 Ne speret iuuenis lacrimas finxisse nouercam.
 5 Hinc tamen incipiam. caeli regnator amauit,
 Et thalamos tenet inde soror: num crimine dignum est,
 Quod mundus cum lege facit? Telluris alumnus
 Unus in orbe fuit: nulla est cognatio plebis?
 Venimus ex uno mixti patre, matre, sorore:
 10 Ne metuas facinus! 'non uult hoc scire Cupido.'
 Pignus habes tabulas: rea sum nempe et rea sola.
 Sed si uirgineum suffundunt ora ruborem,
 Vel negature ueni: liceat sperare roganti
 Et fastus tolerare tuos; sequar ora superbi,
 15 Oscula suspensis defigam singula plantis:
 Me cruciet captiuus amor, nemus omne resultet
 Hippolytum, secumque ferat uox ultima nomen.
 Testor amoris onus Venerisque insignia nostrae:
 Dum uolo, dum uolo, dum uincor scribo repugno,
 20 Suspensus collo laqueos rogatura resolu.

432 (B. III 282, M. 546) *sine lacunae signo in S*

433 (B. I 154, M. 548) *tit. fedra S* || 2 litera S || 3 dolitura *Burm.* doctura *Oudend.* | medus S || 6 thalamos S | inde *scripsi*; una S | num *scripsi*: nec S || 7 rege *L. Muellerus* || 8 multa *idem* || 11 nempe et *scripsi*: semper et S *uulgo et delent* (semper rea sum et r. s. *Muellerus*) || 13 rogantem S, *correxi* (spectare negantem *Muellerus*) || 17 Hyppolitum S || 18 opus *Burm.* || 19 scriuo S || 20 Suspensus — laqueo (s *add. m. rec.*) S | nexura *Oudend.*

434

BONOSI Vnde supra

Incestum si promiseris, petiit;
Si negaueris, tu petisti.

435

De funambulo

Vidi hominem pendere in uia,
Cui latior erat planta quam semita.

436 De ursa aenea, in qua serpens fuit, ubi inscius
puer manum misit

Aere cauo falsam serpens impleuerat ursam,
Addidit et morsum et iubet esse feram

* * *

Inpleuit serpens quod minus artis erat.

437

De pectine

Crinibus ambrosiis Veneris decus addidit, ut se
Frustra iactarent Pallas uel pronuba Iuno.

434 (om. B. M.) tit. Honori L. Muellerus || 1 peti s || 435 (B. III 156, M. 924) tit. De funambulo s || 1 in Oudend.: cum s (pergere funi uel curta uia L. Muell.) || alii huiusmodi lusum metro carentes extant in Sangallensi 196 saec. X circa finem: Item enigmata uulgaria. Uidi mortuum sedentem super uiuum et ex risu mortui moriebatur uiuus. Uidi hominem ambulante cum matre sua et pellis ei pendeat in pariete. Uidi mulierem flentem et cum quinque filiis currentem, cuius semita erat uia et pergebat ualde plana campestris: cf. Schenkelius relatt. acad. Vindob. a. 1863 p. 18

436 (B. V 176, M. 1106) tit. inmisit Burm. || 1 cabo s | factam Riesius || 2 Addedit s | morsu in -sus m. rec. corr. s, in quo post u. 2 nulla lacuna (Cumque puer dextram committeret inscius ursae explet Burm.; sed plura periisse uidentur)

437 (B. V 183, M. 1113) 1 addidit se s, corr. Burm. || 2 Frustra scripsi: Pulcras s

De antlia

438

Pandit et haurit aquas, pendentes euomit undas,
Et fluuium uomitura bibit. mirabile factum!
Portat aquas, portatur aquis. sic unda per undas
Voluitur et ueteres haurit noua machina lymphas.

De conuiuibus barbaris

439

Inter 'eils' goticum 'scapia matzia ia drincan'
Non audet quisquam dignos educere uersus.

Calliope madido trepidat se iungere Baccho,
Ne pedibus non stet ebria Musa suis.

438 (B. V 181, M. 1111) tit. De ancla s, corr. Salm. || 1 Pandit ego: Pendit s Reddit Iuretus Fundit uulgo | aurit s || 2 uomitur. auuuit s || 3 undas ex -dis s || 4 aurit noua macina limfas s

439 (B. V 161, M. 1092). tit. conuiuibus s || de goticis cf. Massmannus in Hauptii ann. germ. I p. 379 sqq. || 2 audit — edicere uersos s || duos ultimos uersus a prioribus separauit L. Muellerus || 1 baccho s || 2 sobria Muellerus

440

SYMPHOSII AENIGMATA

Praefatio

Annua Saturni dum tempora festa fremebant
 Perpetuo uacuis semper sollemnia ludo,
 Post epulas laetas, post dulcia pocula mensae
 Deliras inter uetulas puerosque loquaces
 Cum streperet late madidae facundia linguae,
 Tum uerbosa cohors studio sermonis inepto
 Nescio quas passim magno de nomine nugas
 Est meditata diu; sed friuola multa locuta est.
 Nec mediocre fuit, magni certaminis instar,
 Ponere diuerse uel soluere quaeque uicissim.

440 (om. B., M.; Wernsd. VI p. 410 sqq.). Ad S, qui sine interuallo post 439 habet, accedunt duae codicum reliquorum classes β et γ, de quibus cf. praef. p. 25 || titulum habet S post 15 hic solum Praefatio praebens; Incipiunt aenigmata symphosii (uel symphosii) inscribunt fere β Praefatio omittentes Incipit praefatio aenigmatum symphosii fere γ || classis γ praemittit hos uersus:

Haec quoque Symphosius de carmine lusit inepto.

Sic tu, Sexte, doces; sic te deliro magistro.

quos a Sβ omissos reieci utpote inepte interpolatos nec cum numero ternario, cui respondent 15 praefationis uersus, congruentes || 1 fremebant scripsi: rederent S. redirent βγ (cum — redirent Schenkelius nihilo melius) || 2 uacuis semper scripsi: nec semper S semper nobis βγ e mala correctura | sollemnia S || 3 laetas βγ: leticias S | pocula dulcia βγ || 5 late madidae βγ: latea madideuide S, in quo duplex lectio madide et auide inest (num rabidae?) || 6 chors S | inepti βγ || 7 malim magno molimine (conamine Bucnemannus) || 8 meditata; diu sic fr. Heumannus | est om. Perionius || 10 diuersae Sβγ, corr. ε; diuersos Perionius

Ast ego, ne solus foede tacuisse uiderer,
 Qui nihil adtuleram mecum, quod dicere possem,
 Hos uersus feci subito e conamine uocis.
 Insanos inter sanum non esse necesse est:
 15 Da ueniam, lector, quod non sapit ebria Musa.

I Graphium

De summo planus, sed non ego planus in imo
 Versor utrimque manu. diuerso munere fungor:
 Altera pars reuocat, quidquid pars altera fecit.

II Harundo

Dulcis amica dei, semper uicina profundis,
 20 Suaue cano Musis. nigro perfusa colore
 Nuntia sum linguae digitis signata ministris.

III Anulus cum gemma

Corporis extremi digito non pondus inhaesi:
 Ingenitum dicas oneratum pondere tali;
 Vna tamen facios plures habitura figuras.

11 fedet. hacuisset S || 12 attulerim γ | possem ε: possim Sβγ || 13 uersos S | ieci L. Muellerus d. r. m. p. 57 | e conamine scripsi: e carmine S de carmine βγ discrimine Buemannus || post 15 Aenigmata Symfosi scolastici. grauius S || 17 utrumque et utraque ε | diuerso et munere (-sa et munera) fere γ || 18 facit S || 19 dei semper u. profundis ε: ripae semper u. profundis Sβ dei ripae u. profundae γ || 20 cano scripsi: canis S canens βγ | malim liquore || 21 sunt bilingue S | ministris scripsi: magistris Sγ magistris β (digitis stipata magistri Heumannus digito signante magistri Schenkelius) || in titulo cum gemma om. β (Cū gemma ad u. 22 trahit S) || 22 ita habet S:

corporis extremi digito .ñ magno pondus adhesi
 corporeo digito extremo non pondus inhesi

in quibus prima et ultima uocabula genuina puto; Corporis extremi non magnum pondus inhaesi β et (adhaesi) γ; qua in lectione uulgo recepta adhaesi datiuum requirit, magnum friget || 23 oneratum (scil. digitum) pondere tali scripsi: grauatum pondere tali S ita pondere nemo grauatur βγ languide || 24 puto habet unca

III Clavis

Virtutes magnas de uiribus offero paruis;
Pando domos clausas, iterum sed claudio patentes;
Seruo domum domino, sed rursus seruor ab ipso.

V Catena

Nexa ligor ferro, multos habitura ligatos;
Vincior ipsa prius, sed uincio uincta uicissim;
Et solui multos, nec sum tamen ipsa soluta.

VI Tegula

Glaeba mihi corpus, uires mihi praestitit ignis;
De terra nascor, sedes est semper in alto;
Rore ego perfundor, sed me cito deserit umor.

VII Fumus

Sunt mihi, sunt lacrimae, sed non est causa doloris.
Est iter ad caelum, sed me grauis impedit aer;
Et qui me genuit, sine me non nascitur ipse.

VIII Nebula

Nox ego sum facie, sed non sum nigra colore
Inque die media tenebras tamen affero mecum;
Nec mihi dant stellae lumen nec Cynthia lucem.

VIII Pluuia

Ex alto uenio longa delapsa ruina;

25 de uiribus γ : deuiribus diuitibus \mathfrak{s} diuitibus β | offero β : adofferō \mathfrak{s} affero (adf.) γ | parua β || 26 secludo uel recludo fere γ || 27 Seruor \mathfrak{s} (corr. Salm.) || 28 legatos \mathfrak{s} || 30 Et. Perionius: Sed $\mathfrak{s}\beta\gamma$ || 31 Glaeba scripsi: Terra $\mathfrak{s}\beta\gamma$ | mihi est corpus \mathfrak{s} | prestetit \mathfrak{s} || 32 De terra nascor \mathfrak{s} : Est domus in alto $\beta\gamma$ (unde Estque domus tecto sedes mihi Heumannus) | in alto \mathfrak{s} (γ ex parte): in imo β (γ ex parte) || 33 Et ego perfundor sed $\mathfrak{s}\beta$, correxi; Et me perfundit qui γ || 38 die \mathfrak{s} || 39 lumen — lucem $\mathfrak{s}\beta$: lucem — lumen γ | cyntia \mathfrak{s} || 40 ueni Schenkelius

De caelo cecidi medias si missa per auras,
Excipit ecce sinus, qui me simul ipse recepit.

X Glacies

Vnda fui quondam, quod me cito credo futuram.
Nunc rigidi caeli duris conexa catenis
45 Et calcata pati possum nec nuda teneri.

XI Nix

Puluis aquae tenuis modico cum pondere lapsus,
Sole madens, aestate fluens, in frigore siccus,
Flumina facturus totas prius occupo terras.

XII Flumen et piscis

Est domus in terris, clara quae uoce resultat.
50 Ipsa domus resonat, tacitus sed non sonat hospes.
Ambo tamen currunt, hospes simul et domus una.

XIII Nauis

Longa feror uelox formosae filia siluae,
Innumera pariter comitum stipe facta cauerna;
Curro uias multas, uestigia nulla relinquens.

XIII Pullus in ouo

55 Mira tibi referam nostrae primordia uitae:

41 si missa scripsi: dimissas \mathfrak{s} dimissa β transmissa γ demissa \mathfrak{s} || 42 Et sinu excipit qui me simul ipse recipit \mathfrak{s} , correxi; Sed sinus excepit q. m. s. i. recepit $\beta\gamma$ male (prius pro simul Heumannus) || 44 frigidi \mathfrak{s} || 45 Et scripsi: Nec $\mathfrak{s}\beta\gamma$ | nuda] puto tacta || XI post XII ponit γ || XII (Fluminei pisces β) affert Apollonii regis historia c. 42 || 49 num interius? [q; uocis \mathfrak{s} || XIII itidem habet Apollonii hist. || 52 formosae γ || 53 Innumera β : Innumeras \mathfrak{s} Innumeris γ | stipe facta cauerna scripsi: stipata cateruis $\mathfrak{s}\gamma$ stipante caterua β (Apollonii codex Laurentianus hic deficit, ceteri interpolati) || XIII. tit. in ouo om. β

Nondum natus, eram matris damnatus in aluo;
Iam posito partu natum me nemo uidebat.

XV Vipera

Non possum nasci, si non occidero matrem.
Occidi matrem, sed me manet exitus idem:
Id mea mors patitur, mea quod iam fecit origo. 60

XVI Tinea

Littera me pauit nec quid sit littera noui:
In libris uixi nec sum studiosior inde;
Exedi Musas nec adhuc tamen ipsa profeci.

XVII Aranea

Pallas me docuit texendi nosse laborem:
Nec telam radii poseunt nec licia telae;
Nulla mihi manus est, pedibus tantum omnia fiunt. 66

XVIII Coclea

Porto domum mecum, semper migrare parata,
Mutatoque solo non sum miserabilis exul,
Sed mihi concilium de caelo nascitur ipso.

XVIII Rana

Rauca sonans ego sum media uocalis in unda, 70

56 Nondum natus fueram. nec fueram matris danatus in aluo S, *correci*; N. n. eram nec eram iam matris (genetricis) in aluo $\beta\gamma$ || 57 posito S || 58 posso S || 59 mane S || 60 mea quod iam (siue m. i. q.) *scripsi*: quod mea iam S quod iam mea $\beta\gamma$ || 61 nec] ne S || 63 profici S || *tit.* Araneus S || 64 labore S | 65 telam (-as) radii *scripsi*: tela radio S telae radios β pepli radios γ | tela ϵ || 66 tantum *Pithoeus*: tamen $\beta\beta\gamma$ || 67 sepe marina per mirare parata S || 69 consilium ϵ conchylium *Castilio* || 70 Rauca sonans S Raucisonans γ

Sed uox laude uacat, quasi se quoque laudet et ipsa;
Cumque canam semper, nullus mea carmina gaudet.

XX Testudo

Tarda, gradu lento, specioso praedita dorso;
Docta quidem studio, sed duro prodita fato
75 Vix nihil dixi, quae sic modo mortua canto.

XXI Talpa

Caeca mihi facies atris obscura tenebris;
Nox est ipse dies nec sol mihi cernitur ullus;
Malo tegi terra: sic me quoque nemo uidebit.

XXII Formica

Prouida sum uitae, duro non pigra labore,
80 Ipsa ferens umeris securae praemia brumae;
Nec gero magna simul, sed congero cuncta uicissim.

XXIII Musca

Inproba sum, fateor: quid enim gula turpe ueretur?
Frigora uitabam, quae nunc aestate reuertor;
Sed cito submoueor falso conterrita uento.

XXIII Curculio

85 Non bonus agricolis nec frugibus utilis hospes

71 uacat *Hasaeus*: sonat $\beta\beta\gamma$ e u. priore (caret, quae se laudauerit *Heumannus* Sed non l. sonat uox quae se *Schenkelius*) || 72 uerba nullus m. c. laudat *adfert sub Valentini nomine* (cf. *praef.* p. 50) *auctor de dub. nom. (gramm. lat. K. V p. 577)* | gaudet *scripsi*: laudat $\beta\beta\gamma$ e u. priore || 73 grado lentu (o *supra* u S) | spatioso *Heumannus* || 74 duro β : seuo duro S saeuo γ | perdita *Heum.* || 77 ipsa β || 78 Mallo S | terra $\beta\gamma$: om. S || 79 labori $\beta\gamma$ || 80 securae γ : uel secure S pro duro β (*num praedurae?*) | praemia brumae $\beta\gamma$: mense brumali β || 81 cuncta *ego*: multa cuncta S multa $\beta\gamma$ || 82 gylla S || 84 comoueor β || 85 nec *Perionius*: om. S non β frugibus non γ | utelis hospis S

Nec magnus forma nec recto nomine dictus
Nec gratus Cereri de multa uiuo sagina.

XXV Mus

Parua mihi domus est, sed ianua semper aperta;
Exiguo sumptu furtiua uiuo rapina;
Quod mihi nomen inest, Romae quoque consul habebat. 90

XXVI Grus

Littera sum caeli penna perscripta uolanti,
Bella cruenta gerens uoluceri discrimine Martis;
Nec uereor pugnare, dum non sit longior hostis.

XXVII Cornix

Viuo nouem uitas, si me non Graecia fallit,
Atraque sum semper nullo compulsa dolore, 95
Et non irascens ultro conuitia dico.

XXVIII Vespertilio

Nox mihi dat nomen primo de tempore noctis;
Pluma mihi non est, cum sit mihi pinna uolantis;
Sed resto in tenebris nec me committo diebus.

XXVIII Ericius

Plena domus spinis, parui sed corporis hospes; 100

86 Non — non γ | nomina \mathbf{s} || 87 Ne gradus \mathbf{s} | sed multa uiuo sagina $\mathbf{s}\beta$, *correxi*; non paruam sumo saginam γ || 88 Parum \mathbf{s} | est *om.* \mathbf{s} || 89 sumpto \mathbf{s} | rapina *scripsi*: sagina $\mathbf{s}\beta\gamma$ e u. 87 || 90 michi \mathbf{s} | romae β : troiae $\mathbf{s}\gamma$ || *tit.* Gruis \mathbf{s} || 91 pinna \mathbf{s} | uolante (-ti *Heum.*) *Bochartus*: uolantis *codd.* || 92 uolucris \mathbf{s} || 93 longius \mathbf{s} || 95 Atraque sum semper *Castalio*: Nomen habens atrum utraque sum semper \mathbf{s} Nomen habens atrum β Utraque sum semper γ || 96 ultro] r *super lin.* \mathbf{s} || 98 cum sit mihi penna $\beta\gamma$: dum sint mihi pinnae \mathbf{s} || 99 resto *scripsi*: redeo *codd.* sedeo \mathbf{s} *Pithoeus* prodeco *Schenkelius* | me in tenebris \mathbf{s} | nec me committo (*meco supra lin.*) \mathbf{s} ; non me β | diebus $\beta\gamma$: bies \mathbf{s}

Incolumi dorso telis confixus acutis
Sustinet armatas sedes habitator inermis.

XXX Peduculus

Est noua notarum cunctis captura ferarum,
Ut, si qui capias, et tu tibi ferre recuses
105 Et, si non capias, tecum tamen ipse reportes.

XXXI Phoenix

Vita mihi mors est; morior si coepero nasci;
Sed prius est fatum leti quam lucis origo;
Sic solus Manes ipsos mihi dico parentes.

XXXII Taurus

Moechus eram regis, sed lignea membra sequebar;
110 Et Cilicum mons sum, sed mons sum nomine multo;
Et uehor in caelis et in ipsis ambulo terris.

XXXIII Lupus

Dentibus insanis ego sum, quis trunco bidentes,
Sanguineas praedas quaerens uictusque cruentos;
Multaque in rabie uocem quoque tollere possum.

XXXIII Vulpes

115 Exiguum corpus, sed cor mihi corpore maius;

101 Incolomi \mathbf{s} | confixus $\mathbf{s}\beta$: completus γ || 102 segetes β || *tit.* De Peduculus \mathbf{s} Peducla β || 103 notarum *Heumannus*: notarum *codd.* | captura $\beta\gamma$: captiua \mathbf{s} || 104 qui *scripsi*: quid *codd.* | et \mathbf{s} *Perionius*: sed *codd.* id *Pithoeus* | tu tibi] ubi *ita ut ti supra n sit scriptum* \mathbf{s} | recuses *ea -sas* \mathbf{s} || 105 si *scripsi*: *om.* \mathbf{s} quod $\beta\gamma$ || *tit.* Fenix \mathbf{s} || 106 cepero \mathbf{s} || 108 solus \mathbf{s} : solos $\mathbf{s}\beta\gamma$ | duco *Pithoeus* || 109 Moechus \mathbf{s} || 110 nomine multo *scripsi*: nomine solo $\mathbf{s}\beta\gamma$ (sed non sum n. s. \mathbf{s}) || 111 uehor \mathbf{s} || ambulo \mathbf{s} || 112 quis trunco *scripsi*: qui uinco *codd.* | uedentes \mathbf{s} || 114 Multaq; curauit \mathbf{s} Multa (-taque) cum rabie γ Mixtaque cum rabie β , *correxi* || *tit.* Vulpis \mathbf{s} || 115 corpore \mathbf{s}

Sum uersuta dolis, arguto callida sensu;
Et fera sum sapiens, sapiens fera si qua uocatur.

XXXV Capra

Alma Iouis nutrix, longo uestita capillo,
Culmina de facili peragrans super ardua gressu,
Custodi pecoris tremula respondeo lingua. 120

XXXVI Porcus

Setigeræ matris fecunda pastus in aluo
Desuper ex alto uirides expecto saginas,
Nomine numen habens, si littera prima peribit.

XXXVII Mula

Dissimilis matri, patri diuersa figura,
Confusi generis, generi non apta propago, 125
Ex aliis nascor nec quidquam nascitur ex me.

XXXVIII Tigris

A fluuio dicor, fluuius uel dicitur ex me;
Iunctaque sum uento, quo sum uelocior ipso;
Et mihi dat uentus natos nec quaero maritum.

XXXVIII Centaurus

Quattuor insignis pedibus manibusque duabus 130
Dissimilis mihi sum, quia sum non unus et unum;
Et uehor et gradior: duo me mea corpora portant.

116 arguito S || 117 malim En | fera rum S || 119 de facili Salm.: difficile S | difficili βγ | supero Buenemannus saepe Heynazius || 120 Custodi S | pecoris γ: pecori S pecorum β | tremola S | uoce ε || 121 pastus scripsi: natus codd. || 122 puto excepto || 123 peribit scripsi: periret codd. (peremta ε) || 126 matri patri Sβ: patri matri γ (patris ε matris ε) | puto figuram (figuræ ε) || 125 Confusa S | generi om. S || 126 quisquam γ || 128 quo sum scripsi: que sum S uento βγ || 129 natus S | maritos γ || 131 Dissimilis S | sum non S: non sum βγ | unum S: unus βγ || 132 uehor S || 132 duo scripsi: que S; inter quia et qua et cum fluctuant βγ (quo ε) | mea] duo ε

XL Papauer

Grande mihi caput est, intus sunt membra minuta;
Pes solum est unus, sed pes longissimus unus;
135 Et me somnus amat, proprio nec dormio somno.

XLI Malua

Anseris esse pedes similis mihi, nolo negare;
Nec duo sunt tantum, sed plures ordine cernis;
Et tamen hos ipsos omnes ego porto supinos.

XLII Beta

Tota uocor graece, sed non sum tota latine.
140 Pauperibus semper proponor *namque* tabernis;
In terris nascor, lymphæ lauro, unguor oliuo.

XLIII Cucurbita

Pendeo, dum nascor; rursus, dum pendeo, cresco;
Pendens commoueor uentis et nutrior auris;
Pendula si non sim, non sum iam magna futura.

XLIII Cepa

145 Mordeo mordentes, ultro non mordeo quemquam;
Sed sunt mordentem multi mordere parati:
Nemo timet morsum, dentes quia non habeo ullos.

tit. Papauer S || 134 solum est unus scripsi: unus est solus S unus solus βγ || 135 probrio S || tit. Malua S || 136 similes βγ || 138 supinus S || 141 Tota γ: Beta Sβ | tota γ: tobeta (= tota, suprascr. be) S beta β || 140 sic Sβ (namque corruptum; num praeque?): Ante tamen mediam cauponis scripta tabernam γ praua interpolatione || 141 terra γ | lymphæ labor unguor oliuo S || 142 pendeo cresco Salm.: pendeo teresco S pendeo nascor γ pendo tumesco β || 143 commoueor S | auris scripsi: undis codd. || 144 iam magna scripsi: iam iamque codd. tam longa Wernsdorffius || 146 mordentes S || 147 time S | qui γ | habeo ε: habet Sβγ | ullus S

XLV Rosa

Purpura sum terrae pulcro perfusa colore,
 Saeptaque, ne uioler, telis defendor acutis;
 O felix, longo si possim uiuere fato!

150

XLVI Viola

Magna quidem non sum, sed inest mihi maxima uirtus:
 Spiritus est magnus, quamuis sim corpore paruo;
 Nec mihi tegmen habet noxam nec culpa ruborem.

XLVII Tus

Dulcis odor nemoris flamma fumoque fatigor,
 Et placet hoc superis, medios quod mittor in ignes, 155
 Cum mihi peccandi meritum natura negauit.

XLVIII Murra

De lacrimis et pro lacrimis mea coepit origo:
 Ex oculis fluxi, sed nunc ex arbore nascor;
 Laetus honor frondi, tristis sed imago doloris.

XLVIII Ebur

Dens ego sum magnus populis cognatus Eois, 160
 Nunc ego per partes in corpora multa recessi;
 Nec remanent uires, sed formae gratia mansit.

L Fenum

Herba fui quondam uiridis de gramine terrae;

148 rubore γ || 150 si] sim \mathfrak{S} | possem \mathfrak{S} (150 et 153 inter se transponit Heumannus) || 152 sim \mathfrak{S} : in β e γ || 153 tegmen scripsi: germen *codd.* | roborē \mathfrak{S} || 155 Sed γ | num placeo? | superhis — igne \mathfrak{S} || 156 solum sic habet β : Nec mihi poena datur sed habetur gratia dandi γ ; utrumque exhibet \mathfrak{S} (interpolatum post genuinum, in illo mihi] in, porro pena et habetur); uitium natura negarit Pithoeus || tit. Murra $\mathfrak{S}\beta$: Succinum γ || 157 De lacrimis sucinū \mathfrak{S} (huc scil. alter titulus delapsus est) | per lacrimas Castatio | cepit \mathfrak{S} || 159 frundi (o supra u) \mathfrak{S} frondis γ | dolores (i supra e) \mathfrak{S} || 160 puto prognatus || 161 corpore \mathfrak{S} || 163 uiridis *Salm.*: uirides \mathfrak{S} uiridi $\beta\gamma$

Sed chalybis duro mollis praecisa metallo
 165 Mole premor propria, tecto conclusa sub alto.

LI Mola

Ambo sumus lapides, una sumus, ambo iacemus;
 Quam piger est unus, tam non est et piger alter:
 Hic manet immotus, non desinit ille moueri.

LII Farina

Inter saxa fui, quae me contrita premebant,
 170 Vix tamen effugi totis conlisa medullis;
 Et iam forma mihi minor est, sed copia maior.

LIII Vitis

Nolo toro iungi, quamuis placet esse maritam;
 Nolo uirum thalamo: per me mea nata propago est;
 Nolo sepulcra pati: scio me submergere terrae.

LIII Amus

175 Exiguum corpus, munus mucronis adunci,
 Fallacis escas medio circumfero fluctu:
 Blandior, ut noceam; morti praemitto saginas.

LV Acula

Longa sed exilis, tenui producta metallo,

164 calybis \mathfrak{S} calibus γ | d. m. p. m.] seu duro (sum nonnulli addunt) p. meatu γ || 165 Molle \mathfrak{S} | inclusa \mathfrak{S} || 166—168 om. γ || 167 unus, tam non est et piger alter scripsi: unus. unus est non piger et alter \mathfrak{S} unus tantum non est (uel t. sed non uel tam uelox non) piger alter β || 168 desinet ille moueri \mathfrak{S} || Et iam forma mihi γ : Et iam mihi nunc forma \mathfrak{S} Et nunc forma mihi β | cupia \mathfrak{S} || 172 marita \mathfrak{S} || 173 uiro \mathfrak{S} | est] s supra lin. \mathfrak{S} || 175 corpus munus mucr. scripsi: munus. corpus flexi mucr. \mathfrak{S} (flexi apparet esse glossam) corpus flexi mucr. β munus ferri mucr. γ ; flexu *Salm.* || 176 Fallaces $\beta\gamma$ | circum (fero om.) \mathfrak{S} || 177 saginas *Perionius*: sagina \mathfrak{S} saginam $\beta\gamma$ || tit. Acula β : Cocla \mathfrak{S} (num Acla?) Acus γ

Mollia duco leui comitantia uincula ferro,
Et faciem laesis et nexum reddo solutis.

LVI Caliga

Maior eram longe quondam, dum uita manebat;
At nunc exanimis lacerata ligata reuolsa
Dedita sum terrae, tumulo sed condita non sum.

LVII Clauus caligarius

In caput ingredior, quia de pede pendeo solo:
Vertice tango solum, capitis uestigia signo;
Sed multi comites casum patiuntur eundem.

LVIII Capillus

Findere me nulli possunt, praecidere multi;
Sed diuersicolor sum albus quandoque futurus;
Malo manere niger: minus ultima fata uerebor.

LVIII Pila

Non sum compta comis et non sum calua capillis;
Intus enim crines mihi sunt, quos non uidet ullus;
Meque manus mittunt manibusque remittor in auras.

LX Serra

Dentibus innumeris sum toto corpore plena,

180 et s: sed fere $\beta\gamma$ || tit. Callica s || 182 At s: Ad s
Sed $\beta\gamma$ | mox *Nigronus* | reuolsa $\beta\gamma$ || tit. Clauus caligarius s
Clauus caligarius γ Clauus β || 185 capiti s || 186 casus s || tit.
Capillos s Capilli β || 187 Findere s || 188 Sed sum uersicolore.
albos s Sed sum uersicolor albus $\beta\gamma$, *correxi* || 181 Mallo s |
ultima facta (uerebor om.) s || 190—193 *habet hist. Apollonii* ||
190 compta s compta *Apollonii Laurentianus*: cineta $\beta\gamma$ (*sic uel*
uicta Apoll. deteriores) | calua *scripsi*: compta s β *Apoll. Laurent.*
cineta γ (non sum nudata *Apoll. dett.*) || 191 crines mihi sunt $\beta\gamma$:
crines insunt (in *supra lin.*) s mihi crines sunt *Apoll. codd.*
optimi | uidit s, *Apoll. Laurent.* || 192 manibus mittunt *Apoll.*
Laurent. || tit. Serras s || 193 sum s β : in γ

Frondicomas suboles morsu depascor acuto,
195 Mando tamen frustra, quod respuo praemia dentis.

LXI Ancora

Muero mihi geminus ferro coniungitur uno;
Cum uento luctor, cum gurgite pugno profundo;
Scrutor aquas medias, ipsas quoque mordeo terras.

LXII Pons

Stat domus in lymphis, stat in alto gurgite silua.
200 Et manet in mediis undis immobile robur;
Terra tamen mittit, quod terrae munera praestat.

LXIII Spongia

Ipsa grauis non sum, sed aqua mihi pondus inhaeret;
Viscera tota tument patulis diffusa cauernis;
Intus lympa latet, sed non se sponte profundit.

LXIII Tridens

205 Tres mihi sunt dentes, unus quos continet ordo;
Unus praeterea dens est et solus in imo;
Meque tenet numen, uentus timet, aequora curant.

LXV Sagitta

Saepta graui ferro, leuibus circumdata pinnis

194 Frondicolas suboles s, *correxi*; Frondicomam subolem
 $\beta\gamma$ | depasco s || 195 frustra $\beta\gamma$: focus s | quod s: quae β quia
 γ | r. p. d.] spernunt dentes acuti s; num spernunt praemia
dentes? || 196—198 in fine post 315 ponit γ (Anchora) || 196
geminus $\beta\gamma$: minus s | unco γ || 198 Scrutor s || 199 domus s β :
nemus γ | limfis s || 200 robur s || 201 munere s || 202—204 *habet*
hist. Apollonii (adsunt codd. tantum deteriores, qui 202 adhaesit
204 quae se non habent) || 202 aqua s: aquae $\beta\gamma$ *Apoll. codd.*
dett. || 203 patullis — cauernis s || 204 limfa s || 205 unus quos
 γ : unus (quos om.) s quos unus β || 207 numen om. s | uentos
s || 208 Secta s (Tecta *Salm.*)

Aera per medium uoluceri contendo meatu,
Missaque descendens nullo mittente reuertor. 210

LXVI Flagellum

De pecudis dorso pecudes ego terreo cunctas,
Obsequium reddens memorata lege doloris;
Nec uolo contemni sed contra nolo nocere.

LXVII Lanterna

Cornibus apta cauis, tereti perlucida gyro,
Lumen habens intus, diuini sideris instar, 216
Noctibus in mediis faciem non perdo dierum.

LXVIII Vitreum

Perspicior penitus nec luminis arceo uisus,
Transmittens oculos ultra mea membra meantes;
Nec me transit hiems, sed sol tamen emicat in me.

LXVIII Speculum

Nulla mihi certa est, nulla est peregrina figura; 220
Fulgor inest intus radianti luce coruscus,
Qui nihil ostendit, nisi quidquid uiderit ante.

LXXX Clepsydra

Lex bona dicendi, lex sum quoque dura tacendi,

209 uoluceri tendo β || 210 *puto* Ipsaque | descendens β :
discendens β discedens γ || 211 pecudis β || 212 *sic* β : Obsequio
cogens moderati l. γ | oloris β || 213 sed β : nec β || *tit.* Lan-
terna β : Laterna β || 214 cabis β | perlucida giro β || 215 sy-
deris β || *tit.* Vitreum β : Vitrium β Specular γ || 217 Perspicio
specular penitus β (*ex tituli uar. lect.*) || 218 ultra *scripsi*: intra
codd. || 219 hiems] β *supra lin.* β || 220—222 *habet hist. Apol-*
lonii || 221, 22 ante 218 *ponit* β *quasi ad aen. prius pertinentes,*
nostrum ex 220, 223, 225 *conformans deique* LXX Clepsydra
et 224 *omittens* || 221 Fulgur *Apoll. codd.* | radiantia β | corru-
scus β choruscus *Apoll. codd.*: coruscans β || 222 quidquid (*uel*
siquid) *scripsi*: quid β *Apoll. Laurent.* quod γ || 223 lex sum
bona β

Ius auidae linguae, finis sine fine loquendi,
Ipsa fluens, dum uerba fluunt, ut lingua quiescat.

LXXI Puteus

Mersa procul terris in cespite lymphae profundo
Non nisi perfossis possum procedere uenis,
Labor et ad superos alieno ducta labore.

LXXII Tubus ligneus

Truncum terra tegit, latitant in cespite lymphae;
Alueus est modicus, qui ripas non habet ullas;
In ligno medio uehitur, quae ligna uehebat.

LXXIII Vter

Non ego continuo morior, dum spiritus exit;
Nam redit adsidue, quamuis et saepe recedit:
Nunc mihi *sic* magna est animae, nunc nulla facultas.

LXXIII Lapis

Deucalion ego sum crudeli sospes ab unda,
Affinis terrae, sed longe durior illa;
Littera decedat: uolucris quoque nomen habebo.

LXXV Calx

Euasi flammam, ignis tormenta profugi:

224 (*om. β ; cf. supra*) Vis *Castalio* || 225 lingua] *n supra*
lin. β || 226 cispite limfa β || 227 perfossis β : profusis β | uenis
 β : rimis γ riuis ϵ || 228 Labor et *Castalio*: Et labor β Et
trahor β || *tit.* ligneus β : *om. β* || 229 cispide limphe β ||
231 medio uehitur *ego*: modico uehitur β uehitur medio β ||
quae β q; β : quod γ || *tit.* Vter follis β Follis β || 234 Nunc
mihi β Et mihi nunc β ; *addidi sic* (Nuncque mihi *Camerarius*) ||
235 crudelis hospes (-pis β) *codd.*, *corr. Heumannus (qui et*
Deucalionis ego) || 236 Afines β || 237 recedat β | uolucrum γ ||
tit. Calix β || 238 turmenta β | refugi *uulgo*

Ipsa medella meo pugnat contraria fato;
Infundor lymphis: gelidis incendor ab undis. 240

LXXXVI Silex

Virtus magna mihi: durus mollibor ab igni,
Cessantique foco fomes mihi uinus adhaeret:
Semper inest in me, sed raro cernitur ignis.

LXXXVII Rotae

Quattuor aequales currunt ex arte sorores
Sic quasi certantes, cum sit labor omnibus unus; 246
Et prope sunt pariter nec se contingere possunt.

LXXXVIII Scalae

Nos sumus, ad caelum quae scandimus alta petentes,
Concordi fabrica quas unus continet ordo,
Vt simul haerentes per nos nitantur ad auras.

LXXXVIII Scopa

Mundi magna parens, laqueo conexa tenaci, 250

239 meoppugnant s || 240 Infundor scripsi: Infrigor s
Infrigidor β Ardeo de γ | limfis s | gelidis scripsi: calidis sβ
mediis γ | ab undis sβ: ad ignes γ || 241—243 sic sβ (241 duro
mollitur sβ a me correctum, igne β; 242 Cessanteq; s, foco intus
mihi uirtus sβ, correxi; 243 cernitus s); sed ante hos s exhibet.
Aliter. Semper inest intus sed raro cernitur ignis.

Intus enim latidat sed solo prodit ad ictus.

Nec lignis ut uiuat eget nec ut occidat undis.

quod idem tristichon solum γ praebet (sed latitat sed solos);
manibus tenes grammatici lectorisue conatum uersibus corruptis
meliores substituendi || 244—246 habet hist. Apollonii || tit. Scalae
rotae s || 244 parte β || 246 Et prope cum sint p. non se per-
tingere p. Apoll. Laurent. (Cum prope sint Riesius) | se | si s ||
247—249 habet hist. Apollonii || 247 scandimus sβ (scandit uitiose
Apoll. Laurent.): tendimus γ Apoll. codd. dett. || 248 conserit
hist. Apollonii (cuius codd. dett. interpolati) || 249 Ut s. haeren-
tes sβγ: Quicumque alta petunt Apoll. Laurent. (similia dett.)
nitantur Buenemannus: comitentur sβγ comitantur hist. Apoll.
(mittentur eius edd. uetustae) || 250 M. m. parens sγ: In siluis
genita et β

Vincta solo plano, manibus compressa duabus
Ducor ubique sequens et me quoque cuncta sequuntur.

LXXX Tintinnabulum

Aere rigens curuo patulos componor in orbes;
Mobilis est intus linguae crepitantis imago;
255 Non resono positus, motus longeque resulto.

LXXXI Laguna

Mater erat Tellus, genitor est ipse Prometheus;
Auriculaeque regunt geminatae uentre cauato;
Dum misere cecidi, diuisit me mea mater.

LXXXII Conditum

Tres olim fuimus, qui nomine iungimur uno;
260 Ex tribus est unus, set tres miscentur in uno;
Quisque bonus per se: melior, qui continet omnes.

LXXXIII Vinum in acetum conuersum

262 Sublatum nihil est, nihil est extrinsecus auctum;
264 Nec tamen inuenio, quicquid prius ipse reliqui:
263 Quod fueram, non sum; coepit, quod non erat, esse.

251 Vincta s: Iuncta sγ | compressa s || 252 sequuntur s ||
tit. LXXXI (sic) Tintinnabulum s, numeros abhinc uno augens ||
253 curbo s | patulos — orbes scripsi: patulos — orbem (ex
urbem corr.) s patulum — orbem γ patulo — orbe β || 254
Mouilis s || 255—257 om. fere γ || 255 resonat — resultat β |
motus longeque Castalio: motus quoque longe s motus quoque
saepe ceteri sed motus saepe Schenckelius || tit. Laguna an Lagona
s habeat dubium est; Laguena uel Lacuna β || 256 fortasse geni-
torq; est (fuit uulgo) | prometeus s || 257 Auriculae regunt sβ,
corr. Perionius | redimito u. cauata s redimita u. cauato β,
correxi (redimitae Perionius, redimitam Pithoeus) || 258 misere
cecidit s: misera cecidit s misera cecidi β cecidi (gaudii uel
gaudii s) subito γ | diuisit me mea mater scripsi: mater mea
me diuisit sβ mater mea me lamiauit γ || tit. Conditum potus β ||
260 trebus s | set ego: et codd. || 261 Quisque ex Quisquis s || tit. Vinum
uersum in acetum β || 262 actus || 263 et 264, in codd. qui sunt,
traiecit Heumannus || 264 inueni γ | cuiquid — relinqui s || 263 Quod
fuerat non est γ | coepi (cepi s) quod non eram esse sβ, corr. γ

LXXXIII Malum

Nomen ouis graece, contentio magna dearum, 266
Fraus iuuenis puleri, iunctarum cura sororum
Excidio Troiae uel bella cruenta peregi.

LXXXV Perna

Nobile duco genus magni de gente Catonis;
Vna mihi soror est, plures licet esse putentur;
De fumo facies, sapor et mihi salsus inhaesit. 270

LXXXVI Malleus

Non ego de toto mihi corpore uindico uires,
Sed capitis pugna nulli certare recuso:
Grande mihi caput est, totum quoque pondus in illo.

LXXXVII Pistillus

Contero cuncta simul uirtutis robore magno;
Vna mihi ceruix, capitum sed forma duorum; 276
Pro pedibus caput est: nam cetera corpore non sunt.

265 Nomen habens grecum ς || 266 puleri *Castalio*: functi. pulerā ς functi $\beta\gamma$ furtim *Schenkelius* cineti *Klappius*; ego iuuenem intellego *Acontium* (cf. de eius forma *Diltthey de Call. Cyd. p. 36*) | iunctarum scripsi: multarum $\varsigma\beta\gamma$ pulcrarum *Klappius* (quod non minus atque tradita lectio incertum uagumque est; iunctas sorores intellego *Gratias*) || 267 Excidium (*Exidium* ς) troiae bella cruenta peregi $\varsigma\beta$, quod correxi (ante bella addunt dum ς quae *Perionius* cui *Heum.*); ante hunc u. ς habet:

Hoc uolo ne breuiter mihi syllaba prima legatur.

quod commentum grammatici alicuius sapientiam olens recepit γ || 269 uidentur ς || 270 sapor et mihi salsus inhaesit scripsi: mihi sapor inhaesit ς de mari mihi sapor inhaesit β sapientia de mare nata est γ aperto corruptionis progressu || 271 Non mihi de totū corpus ego . non ego de toto eqs. ς || 273 mihi $\varsigma\beta$: tamen γ | pondus $\varsigma\beta$: corpus γ | in illo $\varsigma\gamma$: in ipso est β || 278 corpore *Wernsdorfius*: corpora *codd.* (corporis absunt ς *prae*)

LXXXVIII Strigilis aenea

Cuprea curua capax, alienis humida guttis,
Luminibus falsis auri mentita colorem,
Dedita sudori, modico subcumbo labori.

LXXXVIII Balneum

280 Per totas aedes innoxius introit ignis;
Est calor in medio magnus, quem nemo ueretur;
Non est nuda domus, sed nudus conuenit hospes.

LXXXX Tessera

Dedita sum semper uoto, non certa futuri;
Iactor in ancipitis uaria uertigine casus;
285 Nunc ego maesta malis, nunc rebus laeta secundis.

LXXXXI Pecunia

Terra fui primo, latebris abscondita duris;
Nunc aliud pretium flammae nomenque dederunt,
Nec iam terra uocor, licet ex me terra paretur.

LXXXXII Mulier quae geminos pariebat

Plus ego sustinui quam corpus debuit unum;
290 Tres animas habui, quas omnes intus alebam;
Abscessere duae, sed tertia paene peregit.

tit. aenea *om.* β || 277 Cuprea scripsi: Rubea $\varsigma\beta$ Rubida γ Roscida *Castalio* Unida uel Rufeio *Wernsd.* | curba ς || 278 Fluminib; ς | mentita colorem γ : simulata metallo mentita colorem ς simulata metallo β || 280—282 habet *hist. Apollonii*, sed deprauatos et tantum in *codd. dett.* || 282 nudus *om.* ς || 28 fato γ | futuro *codd.*, *corr.* *Heumannus* || 285 Non — non γ || 286 primum β | duris ς : diris $\varsigma\beta$ terrae γ || 287 aliud ex alio *corr.* ς | regnum *Perionius* | dederant ς || *tit.* paribat ς || 290 alebam scripsi: habebam *codd.* || 291 Abscessere scripsi: Discessere *codd.* | paene γ : pena ς poena β | peregit (*scil. duas*) $\varsigma\beta$: secuta est γ ; an peractast?

LXXXXIII Miles podager

Bellipotens olim, semper metuendus in armis,
 Quinque pedes habui, quos numquam nemo negavit;
 Nunc mihi uix duo sunt: inopem me copia reddit.

LXXXXIIII Luscus alios uendens

Cernere iam fas est, quod uix tibi credere fas est: 295
 Vnus inest oculus, capitum sed milia multa;
 Quidquid habet uendit, quod non habet unde parauit?

LXXXXV Funambulus

Inter luciferum caelum terrasque iacentes
 Aera per medium docta meat arte uiator;
 Semita sed breuis est, pedibus nec sufficit ipsis. 300

LXXXXVI

* * *

LXXXXVII Vmbra

Insidias nullas uereor de fraude latentis;
 Nam deus attribuit nobis haec munera formae, 305
 Quod me nemo mouet, nisi qui prius ipse mouetur.

tit. Miles potager s: Miles podagricus γ Miles β || 292 semper s: saeuus βγ || 293 Quinque γ: Sex sβ Sexque Pithoeus | quod γ | unquam Heynazius inutiliter || 294 cupia s | reddit sβ: fecit γ || *tit.* alium γ | uindens s tenens γ || 296 Quidquid s: Qui quod βγ | uindit s | parauit s: parabit βγ || *tit.* Funambulus s || 298 lucificum βγ || 299 doctā . eat s || LXXXXVI (301—303) *deest in* sβ; *aenigma scilicet aliunde sumptum et medio aeuo factum praebet γ hoc:*

De VIII ut tollas VII et remanent VI

Nunc mihi iam credas (-des), fieri quod posse negatur.
 Octo tenens (-nes *uulgo*) manibus, sed me monstrante magistro
 Sublatis septem reliqui tibi sex remanebunt.

u. 3 quinque manebunt scribi *uult L. Muellerus d. r. m. p. 222 et Fleckeis. ann. 1866 p. 269; cf. et H. Klappius l. l. p. XVIII*

LXXXXVIII Echo

Virgo modesta nimis legem bene seruo pudoris:
 Ore procax non sum nec sum temeraria linguae;
 Vitro nolo loqui, sed do responsa loquenti.

LXXXXVIII Somnus

310 Sponte mea ueniens uarias ostendo figuras;
 Fingo metus uanos nullo discrimine ueri;
 Sed me nemo uidet, nisi qui sua lumina claudit.

C Monumentum

Nomen habens hominis post ultima fata relinquo;
 Nomen inane manet, sed dulcis uita profugit;
 315 Vita tamen superest meritis post tempora uitae.

304 latentis s: latentis βγ || 305 munera] ne *supra lin.* s || 306 nisi quid s | mobetur s || 308 lingua β || *tit.* Somnium *mauult Muellerus* || 311 nero γ || 312 claudet s || 312 relinquo *Castalio*: relinquer s remansi βγ || 313 sed] *num si?* || 315 meritis *scripsi*: mortis s morti βγ multis *Heumannus*

LVXORII EPIGRAMMATON LIBER

441

Ad Faustum

Ausus post ueteres tuis, amice,
 Etsi iam temere est placere iussis,
 Nostro Fauste animo probate conpar,
 Tantis grammaticae magister artis,
 Quos olim puer in foro parauit 5
 Versus ex uariis iocis deductos
 (Illos scilicet, unde me poetam
 Insulsum mage quam puto legendum),
 Nostri temporis ut amauit aetas,
 In paruum tibi conditos libellum 10
 Transmisi memori tuo probandos
 Primum pectore; deinceps, si libebit,
 Discretos titulis, quibus tenentur,
 Per nostri similes dato sodales.
 Nam si doctiloquis nimisque magnis 15
 Haec tu credideris uiris legenda,

Luxorium habes apud Burm. VI 1—83, Mey. 299—381 ||
 Expl. enigmata . sinfosi . incip . liber . epi . grammaton . uiri .
 clari . luxori . et spectabilis . sunt ur' LXXXXVII *inscribit s ||*
 441 Metro falecio . ad faustum s (*fortasse hae quoque inscriptiones*
metrum indicantes, utpote a Fausto additae, seruandae sunt) ||
 2 iam uulgo: tam s || 5 pauit s, *corr. Heinsius* || 6 iocis *scripsi*
(coll. u. 21): locis s | reductos Burm. || uu. 5 et 6 traici uult
Riesius, fort. recte || 8 mage quam puto *Machly: puto quam*
magis s || 9 puto ut sacrauit (aestimauit Burm. ut probauit
Machly, quod refutat u. 11) || 12 deinceps; scripsi: deinceps s dehinc
uulgo deinceps Heinsius | libebet s || 13 Discretos s | matim qui-
bus notentur || 14 sodales s || 16 credederis s; tradideris Burm.,
recte puto

Culpa nos socios notabit index:
 Tam te, talia qui bonus recensens,
 Quam me, qui tua duriora iussa
 Feci nescius, inmemor futuri.
 Nec me paeniteat iocos secutum,
 Quos uerbis epigrammaton facetis
 Diuersos facili pudore lusit
 Frigens ingenium, laboris expers.
 Causam, carminis unde sit uoluptas,
 Edit ridiculum sequens poema.

Ad lectorem operis sui

442

Priscos cum haberes, quos probares, indices,
 Lector, placere qui bonis possent modis,
 Nostri libelli cur retexis paginam
 Nugis refertam friuolisque sensibus,
 Et quam tenello tiro lusi uiscere?
 Set forte doctis si illa rara est uersibus,
 Sonat pusillique e laboris scommate
 Nullo decoris ambitu sententia,
 Hanc tu requiris et libenter incohas,
 Velut iocosa si theatra peruoles.

17 notauit s || 18 Tam te *Meyerus: Tante s | bonus scripsi*
(cf. 271, 3): bonis s | recensens s || 22 peniteat . iocos securum s,
corr. Heinsius et Burm. || 22 Quod s, corr. Meyerus | epigrama-
thon facitis s || 23 Diuersos ego (lecti. lat. p. 35): Diuerso et s ||
 26 Edit ego: Egit s Edet *Riesius | rediculū s*

442 iam uici ad lectorem operi sui s (*id est Iambici*) || 1
 probare s || 4 tribulisque s, *corr. Meyerus* || 5 tyrolusibiscere s ||
 6 Set ego: Et s An *Riesius | si uulgo delent | cara s, correxi* ||
 7 Sona s | pusillique e *scripsi: pusilliq; s quae uulgo | scomm-*
mate ego: comute s schemate Riesius || 8 ambitus s, *correxi* ||
 9 tu requiris ego: lurequeris s iure (tute) quaeris *Heinsius* ||
 incoas s || 10 teatra s | peruoles *scripsi: pernotes s personent*
Machly

443

Ad librum suum

Paruus nobilium cum liber ad domos
 Pomposique fori serinia publica
 Cinctus multifido ueneris agmine,
 Nostri defugiens pauperiem laris,
 Quo dudum modico sordidus angulo 5
 Squalebas, tineis iam prope perditus,
 Si te despiciet turba legentium
 Inter Romulidas et Tyrias manus,
 Isto pro exequiis claudere disticho:
 Contentos propriis esse decet locis, 10
 Quos laudis facile est inuidiam pati.

444 Epigrammata parua quod in hoc libro scripserit

Si quis hoc nostro detrahit ingenio,
 Attendat modicis condi de mensibus annum,
 Et graciles hiemis, ueris et esse dies,
 Nouerit in breuibus magnum deprendier usum: 5
 Citra mensuram gratia nulla datur.
 Nec mea continuo sic pagina displicet actu:
 Finito citius carmine clausa silet.

443 Asclepiadei ad eqs S || 1 Parbus S || 2 Pomposique —
 publici S || 3 agmine uulgo: hacminerue S || 4 diffugiens S || 5
 sordidos S || 6 Saualebas S, corr. Meyerus | perditus ego: dedi-
 tos S (-tus uulgo) delitus Riesius debitus Maehly || 7 despiciet
 S || 9 exiquiselaudere distico S (exeq. corr. m. 1) || 10 probriis
 esse debet S; decet Salm. || 10 puto modis || 11 ludi facile L.
 Muellerus haud difficile Maehly

444 De epigrammata eqs. S (De eo quod epigr. uulgo) || 1 sic
 explet Burm. Parua quod exiguo sint scripta epigrammata li-
 bro || 2 in hoc Burm. | detrahit S || 3 de om. S, add. Burm. (con-
 cludi Meyerus) | mensibus S || 4 faciles S, corr. Meyerus | ueris
 et esset S || 5 in om. S; an et? | brebib; S | dependere S, corr.
 Meyerus || 6 Citra ego: Altra S Ultra uulgo || 7 Nec ego: Hic S |
 continuo sic scripsi: concinno si S || 8 Finito S | carmina S,
 correxi | silent Burm. (licet uulgo)

Nam si constaret libris longissima multis,
 10 Fastidita forent plurima uel uitio.

De piscibus, qui ab hominibus cibos capiebant 445

Verna clausas inter undas et lacunas regias
 Postulat cibos diurnos ore piscis paruolo,
 Nec manum fugit uocatus nec panescit regiam;
 Roscidi sed amnis errans hinc et inde margine
 5 Odit ardui procellas et dolosi gurgitis
 Ac suum, quo liber esset, transnatans horret mare.
 Sic famem gestu loquaci et mitiori uertice
 10 Discit ille quam sit aptum uentris arte uincere.

De apro mitissimo in triclinio nutrito 446

Martis aper genitus iugis inesse montium,
 Frangere et horrisonum nemus ferocius solens,
 Pabula porticibus capit libenter aureis
 Et posito famulans furore temperat minas;
 5 Nec Parios lapides reuellit ore spumeo
 Atria nec rabidis decora foedat unguis,
 Sed domini placitam manum quietus appetens
 Fit magis ut Veneris dicatus ille sic sacris.

10 uel uitio suspectum (uel merito Riesius bella cito Pet-
 schenig)

445 Trocaicū de ... cybos .. S || 1 puto Clausa uernas ||
 2 Postula — pisces (s alt. supra lin.) paruolo (ex -lus corr.) S
 3 Heci S | pupescit regia S, corr. Duebnerus (pudescit Meyerus) ||
 4 margines S || 5 gurgites S || 6 esset Duebnerus: esse S | trans-
 natat Meyerus | horret scripsi: solet S colit Duebn. || 7 et] num
 in? || 8 Discos ille quem S | aptus Meyerus | uentris arta Klapp-
 pius; nondum emendati ui. 7 et 8

446 Arcilocū de eqs S | mitissimo Riesius: missū S || 2 et
 om. S, add. Meyerus | ferotius S || 4 famulas S, correxi (tre-
 mulas Klappius) || 6 rabidis L. Muellerus: rapitis S (-dis uulgo) |
 fedat S || 7 placidam S, correxi || 8 sic ego: sit S (It pro Fit
 Klappius)

447 De auriga Aegyptio qui semper uincebat
 Quamuis ab Aurora fuerit genetrice creatus
 Memnon, Pelidae conruit ille manu.
 At te Nocte satum, ni fallor, matre parauit
 Aeolus et Zephyri es natus in antra puer.
 Nec quisquam qui te superet nascetur Achilles: 5
 Tu Memnon facie es, non tamen et genio.

448 In grammaticum furiosum
 Carminum interpres ueterumque uatum,
 Cum breues artem pueros docere
 Diceris uel te iuuenes magistrum
 Audiunt uerbis ueluti disertum, 5
 Cur in horrendam furiam recedis
 Et manu et telo raperis uerendus?
 Non es, in quantum furor hic probatur,
 Dignus inter grammaticos uocari,
 Sed malos inter sociari Orestas.

449 In aduocatatum effeminatum
 Execti species uiri,
 Naturae graue dedecus,
 Vsu femineo patens,
 Foedae cura libidinis:

447 tit. aurica S || 1 ab del. Meyerus || 2 pellide S || 3 Vt S, corr. Meyerus || 4 Eolos S | puto latus || 5 Ne S (Nequiquam L. Muellerus) || 6 Tu Muell.: Dum S | facie es (siue facie's) Meyerus: facies S | es Burm. (an ingenio?)

448 Saffiū in eqs. S || 1 ueterumque scripsi: merifique S | uadam S, corr. Salm. || 2 breues ego: leues S || 3 num Niteris? || 4 Audeant S (-diant uulgo), corr. Riesius || 5 Quir in orendā S | descendis schedae Diuion.; puto repente || 6 uerendus scripsi: eruendos S cruentus uulgo || 8 gramaticos S || 9 sociarios orestas S, corr. Burm.

449 Gliconium in eqs. S || 2 grabe S || 3 Vso S | patens scripsi: pares S Paris Burm. || 4 Fere S, corr. Heinsius

5 Cum sis ore secundior,
 Cur causas steriles agis
 Aut corrupta negotia
 Et perdenda magis locas?
 10 Agnoui et uideo: tuo
 Ori quid bene credier
 Non uis, sed puto podici.

In clamosum Pygmaeum corpore et furiosum 450
 Corpore par querulis es uel clamore cicadis:
 Hinc potior, quod te tempora nulla uetant.
 Dum loqueris, quaerunt cuncti, nox cuius oberret,
 Atque sonum alterius corporis esse putant.
 5 Miramur, tantum capiant qui membra furorem,
 Cum sit forma leuis, clamor et ira grauis.

In moechum, quod debriatus plorabat, cum 451
 coitum implere non posset
 Saepius futuis nimisque semper
 Nec parcis, nisi forte debriatus
 Effundis lacrimas, quod esse moechus
 Multo non ualeas mero subactus.
 5 Plora, ne futuas, peto, Lucine!
 Aut semper bibe taediumque plange,
 Aut, numquam ut futuas, uenena sume.

5 facundior S, correxi || 6 Quir S || 8 colis Schubertus || 9 et Meyerus: ut S (an ut uideo?) || 11 bis sed puro S, corr. Salm.

450 (B. III 164, M. 944) habent etiam TV || tit. pigmeum codd. | corpore om. TV || 1 per T p V | quaerelis (u supra alt. e) | cicauis S || 2 patior T potius V || 2 uedant S || 3 cui obirent T aborret V || 4 adq; S | somnū T || 5 cupiant T | qui scripsi: quē S que T que V || 6 Cum S: Vt TV

451 Falletium inme . cum quod debriatus . . . possit S (inebr. Burm.; de forma debriatus cf. Peiperus in Fleckeis. ann. 1873 p. 340) || 1 Saepius] laeius S || 2 Ne parcis S | inebriatus Burm. || 3 megus S || 4 Multa S || 5 Plura Riesius | futuas S || 6 Et S, corr. Meyerus | niuit odiuq; plangit S, corr. idem

452 In spadonem regium, qui mitellam sumebat

Rutilo decens capillo
Roseoque crine ephebus
Spado regius mitellam
Capiti suo locauit;
Proprii memor pudoris,
Bene conscius quid esset,
Posuit cogente nullo,
Fuerat minus quod illi.

453

In magum mendicum

Tibi cum non sit diei panis,
Magicas artes inscius imple.
Ire per umbras atque sepulcra
Pectore egeno titubans gestis.
Nec tua Manes carmina sumunt,
Fame dum pulsus Tartara cantu
Omnia turbas, aliquid credens
Dare quod possit superis Pluton
Pauperibus, qui (puto quod peius)
Egeas totum semper in aeuum,
Mage, si poscis membra perempta.

454 In acceptorarium obesum et infelicem

Pondere detracto miseram, Martine, fatigas
Pressura crudelis aues: pinguedine tanta

452, 1 Rutilo *Burm.*: Ratio § Raro *Heinsius* || 2 Roseaque carne *Petschenig* | crines effoeb; § || 4 Capitis uolo capit §, *correxi* || 5 probrii §

453 Anapesticum in magnū medicum §; mendicum *corr.* *Isidorus Hilbergius* || 3 adq; § || 7 credens *scripsi*: crederis § credis *Meyerus* || 8 super his §, *corr.* *Klappius* || 9 qui ego: q; § | peius *scripsi*: petus § (quae p. q. dentur *Riesius* quo p. ditentur *Klappius*) || 10 aeuum *scripsi*: orbem §

454 *tit.* accipitrarium *Draesekius* (*ap. Klappium p. VI*) || 1 detracto *Duebnerus*: uel facto § || 2 haues §

Vt tu sis, frustra maciem patiuntur iniquam.
Debuerant (fateor) magis has tua pascere membra,
5 Vt numquam possent ieiuna morte perire.

In uetulam uirginem nubentem

455

Virgo, quam Phlegethon uocat sororem,
Saturni potior parens senecta,
Quam Nox atque Erebus tulit Chaosque,
Cui rugae totidem graues, quot anni,
5 Cui uultus elephans dedit cutemque,
Mater simia quam creauit aruis
Grandaeua in Libycis nouissimo orbe,
Olim quae decuit marita Diti
Pro nata Cereris dari per umbras:
10 Quis te tam petulans suburit ardor,
Nunc cum iam exitium tibi supersit?
An hoc pro titulo cupis sepulcri,
Vt te condita fama sic loquatur,
Quod stuprata uiro est anus nocenti?

In medicolenonem

456

Quod te pallidulum, Martine noster,
Cuncti post totidem dies saluant,
Credebam medicum uelut peritum
Curam febribus et manum pudicam
5 De pactis logicae parare sectae

3 frustrā. aciem § || 5 Ut unumquam — periret §

455, 1 flegeton §; Phaethon uocet *L. Muellerus* || 2 senecte §, *corr.* *Riesius* (parente enecta *Petschenig*) || 3 tullit caosq; § || 4 ruget § || 5 elefans § || 7 libicis § | nouissimo (= extremo) *scripsi*: nouo sub § || 8 quae *Burm.*: quam § | marita *Heinsius*: marto § (-ito *uulgo*) || 10 pedulans § || 12 cupit sepulchri § || 13 condita *scripsi*: cognita § Ut per compita *Klappius* || 14 stubrata § | es *Petschenig* | nocente (i supra te) §

456 *tit.* In medicum lenonem *mauolt Riesius* || 2 toditem §; *puto* per tot item || 5 pactis *scripsi*: factis § fastis *Meyerus*

Aut de methodicis probare libris.
 At tu fornice turpius uacabas,
 Exercens aliis, quod ipse possis
 Lenatis melius tibi puellis
 Scortandi solito labore ferre. 10
 Noui, quid iubeat tuum, chirurgus,
 Conlectos animum uidere connos:
 Vis ostendere te minus uirum esse,
 Arrectos satis est mares uidere.

457 In diaconum festinantem ad prandium cauponis

Quo festinus abis gula impellente, sacerdos?
 An tibi pro psalmis pocula corde sedent?
 Pulpita templorum, ne pulpita quaere tabernae,
 Agmina quo caeli, non phialas referas.

458 De turre in uiridario posita, ubi se Fridamal
aprum pinxit occidere

Extollit celsas nemoralis Aricia sedes,
 Sternit ubi famulas casta Diana feras,
 Frondosis Tempe cinguntur Thessala siluis

6 metodicis S || 7 Aut S | turpius Salm.: tur. plus S ||
 11 Nobis S | iubeat scripsi: liberat S libeat Burm. | chirurgus S ||
 12 Conlectos Maehly: Conspicuos S Despectos ego olim | connos
 in connos corr. S || 13 in marg. R (= require) S || 14 Vlarrec-
 tos S, corr. Heinsius

457 habent etiam TV || tit. De diacono festinante V In
 diconu festiuitatem T | caponis T || 1 Quid S | abhis S | gula
 S cuila T gula V | impelente T et (1 supra el) V || 2 psalmis T |
 poc. ex proc. V | codae T || 3 Pulpita — palpita q̄re V || 4 Ag-
 mina scripsi: Almina S, om. TV Numina Salm. | quod V (non
 T) | caeli scripsi: celi laudes TV laudes S; laudes est glossa
 uocis referas | n̄ quae V | phialas S: filas TV | referas T: reseras
 S referas V repetas Klappius (Almi quo laudes, non phialae
 reseras Schubertus)

458 tit. uiridario uulgo | abrum S || 2 fabulas — feras S
 (pauidas Salm.) || 3 cinguntur tesala S

Pinguia *bene nutu* lustra Molorchus habet;
 5 Haec uero aetherias exit quae turris in auras,
 Consessum domino deliciae parans,
 Omnibus in medium lucris ornata refulget
 Obtinuitque uno praemia cuncta loco:
 Hinc nemus, hinc fontes et structa cubilia cingunt
 10 Statque uelut propriis ipsa Diana iugis.
 Clausa sed in tanto cum sit splendore uoluptas
 Artibus ac uariis atria pulchra micent,
 Admiranda tuae tamen est uirtutis imago,
 Fridamal, et stratae gloria magna ferae.
 15 Qui solitae accendit mentem uirtutis amore,
 Aptasti digno pingere facta loco:
 Hic spumantis apri iaculo per terga retorto
 Frontem et cum geminis naribus ora feris;
 Adque ictum subita prostrata est bellua morte,
 20 Cui prius extingui quam cecidisse fuit:
 Iussit fata manus telo nec uulnera sensit
 Exerrans anima iam pereunte cruor.

De auibus marinis, quae post uolatum ad domum 459
remeabant

Felix marinis alitibus Fridamal,
 Felix iuuenta, prosperior genio,

4 Pinguia bene nutulus. tramulorcus S; Pinguia Benuenti
 Heinsius (Benenti Meermannus) Laeta Cleonaeus Burm. Pin-
 guiaque Nemeae Riesius; num uinetis? || 5 aetherias S || 7 lucris
 scripsi: lucis S || 8 uno scripsi: nouo S || 9 hinc structa schedae
 exstructa Riesius | cubilia S, corr. Salm. (sed ut nemus ad u. 3 et
 fontes ad Ariciam, ita corruptum cubilia aliter emendandum for-
 tasse ad u. 4 spectat) | fortasse fingunt || 10 probriis S | Diana
 non intellego; num minata? || 13 sic turris Burm. || 14 et (t a
 m. ant. supra lin.) statuę S, corr. Salm. || 15 accendit (scil.
 locus) scripsi: accendens S || 16 Optasti Meyerus | facia S || 17
 Hinc S, correxi | posterga S, correxi (post terga uulgo) | retorta S ||
 19 Adque scripsi: Ante S (Actutum Petschenig) | prostrate. sibellua
 S || 20 prius bis S, corr. Salm. || 21 Misit Petschenig
 459 tit. ad om. edd. (dominum schedae)

Quem sponte noscunt aequoreae uolucres!
 Nec stagna grato frigida concilio
 Priuis strepentes gurgitibus retinent,
 Sed quo tuorum temperiem memorum
 Monstrent, uolatu praememores famulo
 Pro te relictam non repetunt patriam.

460 In aurigam senem uictum crimina in populos
 iactantem

Te quotiens uictum circus, Cyriace, resultat,
 Crimine uictores polluis et populos.
 Quin uisum quereris senio languente perisse,
 Castigasque tuae tarda flagella manus?
 Et quod in alterius diuulgas crimina nomen,
 Cur non illa magis credis inesse tibi?
 Es meritis impar, uirtute, aetate relictus:
 Haec cum habeant alii, crimina uera putas.
 Sola tamen falsis surgat tibi poena loquellis,
 Vt uictus semper nil nisi crimen agas.

461 In podagram uenationi studentem

Apros et capreas leuesque ceruos
 Incuruus rapidis equis fatigat.
 Tantum nec sequitur capitque quicquam.

3 noscunt *scripsi*: poscunt **S** pascunt *Schubertus* | egore **S**,
 corr. *Heinsius* || 4 grado frigida **S**; Phrygica *Burm.*; an Syr-
 tica? | consilio *schedae*; num forte dom(i)cilio? || 5 Priuis *scripsi*:
 Figris **S** || 6 numerum **S**, corr. *Schraderus* || post 6 (uel certe u.
 7 post Monstrent) intercidisse uersiculus uidetur || 7 praememo-
 res uox dubia || 8 Pro te *Meyerus*: Prope **S** | num nec?

460 tit. populo **S**, correxi (cf. u. 2) || 1 quiuace **S**, corr.
Burm. || 2 set **S** || 3 Quin *scripsi*: Tunc **S** Non uel Tunc usum
Riesius 3, 4 post 5, 6 ponens || 4 Castigasq; **S** || 5 Et *scripsi*:
 Sed **S** || 6 Quir **S**

461 In potagram uenatione studente **S** || 1 lebesq; **S** ||
 2 Incurb; **S** || 3 Tantam **S**; latet aut Quamquam aut nomen
 podagri (ut tollendu sit post fatigat interpunctio)

Esse inter iuuenes cupit, uocari
 Baudus, dum misero gemat dolore
 Et nil praeualeat. quid ergo gestit?
 Mori praecipiti furit caballo,
 Cum lecto melius perire possit.

In supra scriptum, quod multa scorta habuit et
 eas custodiebat 462

Zelaris plures incurua clune puellas;
 Sed nulla est, quae te sentiat esse uirum.
 Custodis clausas, tamquam sis omnibus aptus;
 Est tamen internus Iuppiter ex famulis.
 Si nihil ergo uales, uanum cur arrigis inguen
 Et facis ignauus mentis adulterium?

In medicum inpotentem, qui ter uiduam duxit
 uxorem 463

Post tot repleta busta
 Et funerum cateruas
 Ac dispareas maritos,
 Rugosa quos peremit
 Fatis anus sinistris,
 Tu nunc, chirurge, quartus
 Coniunx uocate plaudis.
 Sed uiuus es sepultus,

6 proualeat **S**, corr. *Burm.* || 7 praecipiti **S** || 8 posset **S**

462 In ss (quod compendium notum falso sacerdotem inter-
 pretatus est *Burm.*) quod multas scortos — custodiebat **S** || 1
 Zelaris *scripsi*: Zelo **S** Zelotypus *Salm.* (Zelo agitas *Riesius*) |
 incurua ego: incurbas **S** incuruus *Riesius*, tamquam hoc hominis
 podagra incuruati fuerit nomen | plune **S** || 3 Custodis **S** | partus
S, corr. *Salm.* || 4 num in fam.? || 5 uanum ego: uacuo **S** (-cua
 uulgo) uana *Muellerus* | arrigis | prior r supra lin. **S** | inguen
 ego: oge **S** orge *Heinsius* arte *Burm.* orche *Riesius* || 6 ignarus
S, em. *Muellerus*

463 Anagretium (hoc est, Anacreontium) in — uxorem **S** ||
 1 buta **S** || 2 catebas **S** || 3 Haec **S** || 4 Rogosa **S** || 6 circurge **S**

Dum parte qua decebat
 Nil contines mariti.
 Iam agnosco, cui uidetur 10
 Nupsisse Paula rursus.
 Nulli! quid ergo fiet?
 Mutare mox lugubrem
 Quam sumpserat cupibit 15
 Vxor nefanda uestem,
 Vt quarto eunte quintus
 Possit uenire coniunx.

464 In pantomimam pygmaeam, quae Andromachae
 fabulam frequenter saltabat et raptum Helenae

Andromacham atque Helenam saltat Macedonia semper
 Et quibus excelso corpore forma fuit.
 Haec tamen aut breuior Pygmaea uirgine surgit
 Ipsius aut quantum pes erat Andromachae.
 Sed putat illarum fieri se nomine talem, 5
 Motibus et falsis crescere membra cupit.
 Hac spe, crede, tuas incassum decipis artes:
 Thersiten potius finge, quod esse uales!

465 In ebriosum nihil comedentem, sed solum
 bibentem

Dum bibis solus pateras, quot omnes,
 Saepe nec totis satiaris urnis

11 agnosco *scripsi* (cf. 483, 5): noseo S || 12 fiet *scripsi*:
 fecit S || 14 lucubrē S || 15 cupibit S: cupiuit *uulgo* || 17 quarto
 eunte *scripsi*: quartus adq; S

464 *habet etiam* T || In pantominā pigmemi — hele T | pi-
 gmeā que andromace — elene S || 1 Andromachem T Andro-
 mace adq; S || 3 pigmea *codd.* | uirginē S || 4 andromace S -che
 T (*recte idem in titulo*) || 6 Montibus *codd.* | membr ≡ T || 7 credi
 S | tuos *codd.*, *correxi* | incasum S | arte ≡ T artus S; *correxi* ||
 8 Thersiten *codd.* | uales (*sine potes*) *scripsi*: soles *codd.*

465, 1 Dum bibet solos S | poteram quod S, *corr.* *Petschenig*
 (poterant quod *uulgo*) || 2 urnis *scripsi*: horis S orcis *Schubertus*

Et tibi munus Cereris resordet
 Ac nihil curas nisi ferre Bacchum,
 Nerfa, iam te non hominem uocabo,
 Sed nimis plenam et patulam lagunam.

De Fama picta in stabulo circi 466

Qualem te pictor stabulis formauit equorum,
 Talem te nostris blanda referto iugis.
 Semper et adsiduo uincendi munera porta
 His, quorum limen fortis amica sedes.

Aliter 467

Verum, Fama, tibi uultum pictura notauit,
 Dum uiuos oculos iuncea forma gerit.
 Tu quamuis toto uelox rapiaris in orbe,
 Pulerior hoc uno limine clausa sedes.

In uicinum inuidum 468

Zeleris nimium cur mea, Marcie,
 Tamquam si pereas, limina, nescio,
 Cum sis proximior, una uelut domus,
 Et nostros paries dimidiet lares.
 5 Sed gratum ferimus: talis es omnibus,
 Nec quemquam nisi te uis miserum aspici.

4 curus — ferret S || 5 Nerse *uulgo* | uocauo S || 6 lacunam
 ex lucunam S lagenam *uulgo*

466, 4 sedis S (tenes *Meyerus ipse tamen* 484, 2 *contigens*)
 467, 1 notabit S || 2 uiuos] uigiles *Burm.*; an nimios, *oppo-*
situm ut sit iuncea? || 3 toto ex totū *corr.* S | orbem S, *correxi* ||
 4 sedis S

468, 1 quur — marcie S || 2 nescio] s *supra lin.* S || 3 sit
 S | une *L. Muellerus* | domu S, *corr.* *Meyerus* || 5 feremus S ||
 6 Ne S | uis om. S, *add.* *Salm.* | miser S, *correxi*

Contingat (quesumus, numina) quod cupis,
Te solum ut uideas, Marcie, cum malis!

469 In gibberosum, qui se generosum iactabat

Fingis superbum quod tibi patrum genus,
Nunc Iuliorum prole te satum tumens,
Nunc Memmiorum Martiique Romuli,
Prodesse gibbo forte quid putas tuo?
Nil ista falso uerba prosunt ambitu. 5
Tace parentes, ne quietos mordeas:
Natura nobis unde sis natus docet.

470 De eo qui se postam dicebat quod in triuiis
cantaret uersus et a pueris laudaretur

Conponis fatuis dum pueris melos,
Zenobi, et triuio carmina perstrepis
Indoctaque malis uerba facis modis,
Credis tete aliquid laudibus indere
Famamque ad teneros ducere posteros? 5
Hoc notae faciunt semper et alites:
Ni rite institues, sibila tum canunt.

7 quesumus nomina S, corr. Meyerus || S cum malis scripsi: dum uiuis S(bibis Salm.)

469 In gibberosum (prior b supra lin.) q. s. genero sub-iactabat S || 4 Prodesse S | furta Machly | quod Burm. || 5 ambito S || 6 mordeas scripsi: moueas S || 7 docet in doces corr. S

470 tit. triuiis S | cantaret ur' et (cf. inscriptionem Luxorii) scripsi: cantaretur et S cantaret et Klappius || 2 tribio S | carmine S, corr. Burm. || 3 Indocta atque Meyerus sine causa | num iacis? | modis scripsi: locis S iocis L. Muellerus || 5 Famamq; S || 6 Huc S | notae scripsi: nostrae S rostro Burm. | aliter S || 7 Nih S | institues Riesius: incapies S

In puellam hermaphroditam 471

Monstrum feminei bimembre sexus,
Quam coacta uirum facit libido,
Quin gaudes futui furente cunno?
Cur te cepit ita impotens uoluptas?
Non das quod pateris facisque damnum. 5
Illam, qua mulier probaris esse,
Partem cum dederis, puella tunc fis.

Ad eum qui per diem dormiens nocte uigilabat 472

Stertis anhelanti fessus quod corde, Lycaon,
Exhorrens lucis munera grata piae,
Et tibi uigilias semper nox tetra ministrat:
Iam scio te nostro uiuere nolle die.
At si tale tibi studium natura parauit, 5
Visas antipodas; sis uel ut inde, redi.

De sarcophago, ubi turpia sculpta fuerant 473

Turpia tot tumulo defixit crimina Balbus,
Post superos spurco Tartara more premens.
Pro facinus! finita nihil modo uita retraxit,
Luxuriam ad Manes moecha sepulcra gerunt.

471 tit. ermafroditam S || 1 Nostrum S, corr. Salm. (an Monstrum?) || 3 Quin scripsi: Quae S || 4 Quur te cepit S (Cum Burm. ceperit uulgo) | ita om. S, addidi || 5 des quo S | damnum scripsi: cunnum S || 6 quam S || 7 tunc fis (uel es) ego: tuncis S tunc sis Burm.

472 habent TV || tit. noctu TV | que uigilat V || 1 anelanti ST | licaon S licaoni T licaom V || 2 Exorrens SV (corr. hic m. 2) Exorent T | grata pie (opponitur nox tetra) ego: parta dei codd. diei Meyerus (die Riesius sparsa die Petschenig) || 3 uigilias ex-lus V | trita S || 4 scio] sua (u ca corr.) V | uole T || 5 At Meyerus: Aut codd. (u supra lin. V) | studium] i supra lin. S | parabit S || 6 Visas scripsi: Viad TV Viuas ad S, qua in scriptura uiuas nec apud Luxorium ferendum (Viuus Salm.) | antipodas S astipodas V | uel ut Petschenig: uelut S uelud TV | sic (uel et) uigil Burm. sic uetus Machly | re=di T; redis Riesius

473 tit. sarcofaco — sculpea S || 2 su=peros S || 4 Luxoriam S | moecha Salm.: mecum S | ferunt Machly

474 Item unde supra scriptum: ubi equi circi bibebant

Creuit ad ornatum stabuli circique decorem
 Purior egregio reddita lympha loco,
 Quam cingunt uariis insignia clara metallis
 Crispatumque super scinditur unda gradum. 5
 Excipit hanc patuli moles miranda sepulcri,
 Corporibus uiuis pocula blanda parans.
 Nec iam sarcophagus tristis sita funera claudit,
 Sed laetus dulci flumine complet equos:
 Fundit aquas diro sic natum marmore flumen,
 Falsa tamen species uera fluenta uomit. 10
 Plaudite uos Musae diuersaque plaudite signa,
 Quae circum docili continet arte decor;
 Et dum palmigeris post praelia tanta quadrigis
 Garrula uictores turba resoluit equos,
 Praebete innocuos potus potusque salubres, 15
 Vt domino proprius gaudia currus agat.

475 In cinaedum bona sua corruptoribus dantem

Diuitias grandesque epulas et munera multa,
 Quod proaui atque atauis quodque reliquit auus,
 Des licet in cunctos et spargas, Becca, maritos:
 Plus tamen ille cupit, cui dare saepe cupis.
 Nescio quid miserum est, quod celas, Becca: talento 5
 Vendere debueras, si bona membra dares.

474 tit. unde ss S (cf. tit. c. 462); falso ad c. 466 sq. rettulit *Burmannus*; intellege *sarcophagum praecedentis carminis* || 1 Crebit S || 2 num edita? | nimfa S || 4 Crispatumque S (-toque *uulgo*) | funditur *Machly* | gradu S, *correxi* (gelu *Burm.* uado *Machly*) || 5 oles miranda (i ec u) S || 7 Nec iam *Machly*: Neclam S (Nec clam *uulgo*) | sarcofatus S | tristis sita *ego*: tristissima S | tristis sua *Machly* | funere S || 9 duro S, *correxi* | sic natum *scripsi*: signatum S || 9 species uera S || 14 palmiferis S, *correxi* | praemia S, *correxi* || 14 Garrula] altera r *suprascr.* S || 16 probrius S | currus *scripsi*: circus S | agit S; num alat?

475 2 adq; atabi quodque relinquit ab; S || 4 cupit *Riesius*: capit S

De eo qui uxorem suam prostare faciebat pro 476

filiis habendis

Stirpe negata patrium nomen
 Non pater audis; pactus adulter
 Coniugis castae uiscera arauit,
 Pariat spurcos ut tibi natos,
 Inscia, quo sint semine creti. 5
 Fuerant forsitan ista ferenda
 Foeda, Proconi, nota parumper,
 Scire uel ipsum si tuus unquam
 Posset adultus dicere patrem.

De aleatore in pretio lenocinii ludente 477

Ludis nec superas, Vltor, ad aleam
 Nec quicquam in tabulam das nisi uirginem,
 Spondens blanditias et coitus simul.
 Hoc cur das aliis, quod poteras tibi?
 Hau tabulae melius praemia grata sunt,
 At prodest uitium tale, quod impetras!
 Si uincas, ego te non puto uirginem
 In luxum capere, sed mage uendere.

476 tit. filios S || 2 pactus *scripsi*: carus S rarus *Klappius* || 3 Coniugis S, *corr. idem* | arauit *scripsi*: damnas S || 4 spurcos S: spurios *Salm. contra metrum* || 5 Inscia *Klappius*: Inscius S | Inscios *uulgo* | quod S || 7 Foeda S | progenii *L. Muellerus* || 8 ipsum *ego*: ipsa S ipsam *Burm.* ipse *Muell.* | si tuus *Muell.*: situs (i *supra lin.*) S filius *Burm.* || 9 dicere matrem S, *correxi*
 477 tit. ludentē S || 1 ultor *uulgo*; nomen proprium *puto* (uictor *Riesius* superat alter *Muellerus de r. m.* 165) || 2 tabula — uirginum S, *corr. Muell.* || 3 coitu S || 5 Hau *scripsi*: An S | tabulae *Schubertus*: tabulae S tali *Muell.* | praelia *Schubertus* || 6 At *ego*: Aut S An *Schub.* | prodeest S | imperas S, *corr. Muell.* || 7 reputo S, *corr. Salm.* || 8 cupere S, *correxi* | se. din agine uendere S, *corr. Burm.*

- 478 In nomen Aegyptii, quo equi circi infortunium
capiebant
Icarus et Phaethon Veneto nolente uocaris
Atque agilis, pigro cum pede cuncta premas.
Sed tamen et Phaethon cecidit super aethera flammis,
Dum cupit insolitis nescius ire plagis;
Tu quoque contractis defectus in aequora pinnis, 5
Icare, Phoebeco uictus ab igne cadis.
Digno his ergo tibi praebentur nomina fati,
Per te iterum ut pereant, qui periere prius.

- 479 De Romulo picto, ubi in muris fratrem occidit
Disce pium facinus: percusso, Romule, fratre
Sic tibi Roma datur. huius iam nomine culpatur
Nemo te c(a)edis, murorum si decet omen.

- 480 De eo qui amicos ad prandium clamabat, ut plura
exposceret xenia
Gaudeo quod me nimis ac frequenter
Ambitu pascis, Blumarit, superbo.
Vnde sed pascor? mea sunt per omnes
Sparsa conuiuas bona. nec uolebam,
Pasceres quemquam peteresque mecum, 5
Ne tibi quicquam detur, unde pascas.
Hoc tamen sed si uitio teneris,
Me precor numquam iubeas uocari.

478 tit. infort. ex infort. corr. S || 1 feton beneto S || 2 Adq; acilis S || 3 feton S || 4 insolitis S || 5 compactis Klappius | aequore S, correxi || 6 foebeo S || 7 Dignis ergo S, correxi || 8 perire S, corr. Salm.

479, 2 culpa S, corr. Burm. (culpet Riesius) || 3 caedis S, correxi; est enim (ut agnouit Klappius) hic u. recurrens; unde concidunt doctorum in uoce si decet coniecturae

480 tit. senia S || 1 quod S || 2 num pascis (et u. 5 Pasceres)? || 4 sparsas S || 7 si tu schedae

De auriga lato frequenter cadente 481

Pascasium aurigam populi fortem esse fatentur;
Ast ego non aliud quam torpida membra notavi
Inflatumque caput papulis et amieta ruinis
Brachia, quae numquam recto moderamine frenant;
5 Mox cadit et scandit, rursum cadit, inde resurgit
Et cadit, ut miseris frangantur crura caballis:
Non iste humano dicatur semine natus,
Hunc potius gryphum proprium uocet Africa circo.

De laude aurigae prasini 482

Iectofian prasino felix auriga colore,
Priscorum compar, ars quibus ipsa fuit,
Suetus equos regere et metas Instrare quadrigis
5 Et quocumque uelis ducere frena manu:
Non sic Tantalides humero stat uictor eburno;
Vna illi palma est, at tibi multa manet.

In eum qui foedas amabat 483

Diligit informes et foedas Myrro puellas;
Quas aliter pulcro uiderit ore, timet.
Iudicium hoc quale est oculorum, Myrro, fateri,
5 Vt tibi non placeat Pontica, sed Garamas!
Iam tamen agnosco, cur tales quaeris amicas:
Pulcra tibi numquam, sed dare foeda solet.

481 tit. aurigato S; lato uel inflato Burm. (elato Riesius) || 1 fortasse S, corr. idem || 2 turbida S, correxi (turgida Burm.) || notabo S, corr. Schubertus || 3 papulis Doehnerus (Verg. Georg. III 564): papulis S | amica S, correxi || 4 quem S, corr. Duebnerus | recto] c supra lin. S || 5 scandit scripsi: cadit S surgit Klappius (atque cadit uel et cadit et Burm.) || 7 semine Maehly: nomine S || grifum probriū S; gryllum Schubertus | uocat schedae
482, 1 Iectofiant (t alt. punctis deleta) S || 2 comparar. squib; S | num ista uel illa? || 3 equus S | et om. S || 6 palmae st S
483 tit. fedas ex fedas corr. S || 1 pellas S || 2 alitet S | uident S, corr. Salm. || 3 Iudicium S | fatere S, corr. Riesius || 5 quur S || 6 se Burm. | solet (uel uolet) scripsi: potes S potest Salm.

484 De simiis canum dorso inpositis
 Reddita post longum Tyriis est mira uoluptas,
 Quem pauet ut sedeat simia blanda canem.
 Quantum magna parant felici tempora regno,
 Discant ut legem pacis habere ferae!

485 De partu ursae
 Lambere nascentis fertur primordia prolis
 Vrsa ferox, placido dum facit ore genus:
 Expolit informes labris purantibus artus
 Et pietas subolem rursus amore creat;
 Vt rite e trunco formatur corpore signum,
 Dum sculpendo facit crescere membra faber.
 Officium natura suum permisit amanti:
 Formam post uterum lingua magistra parit.

486 De laude horti Eugeti
 Hortus, quo faciles fluunt Napaeae,
 Quo ludunt Dryades choro uirente,
 Quo subit teneras Diana Nymphas;
 Quo Venus roseos recondit artus,
 Quo fessus teretes Cupido flammis
 Suspensis reficit liber pharetris,
 Quo se Acidaliae ferunt puellae;

484 tit. dorsum S || 1 tiriis S || 2 pauit S || 3 Quanto S, corr. Meyerus | felice (i. m. rec. supra e alt.) S

485, 2 dum ego: cum S || 3 purantibus scripsi: parentib; S parientibus Salm. || 5 Vt rite e trunco scripsi: Atrito truncum S (Attrito uulgo) | num marmore? | signum scripsi: pignus S || 8 pos S | pauit S, corr. Salm.; num fouet?

486 tit. ortus S | Eugeti Burm. (Euangeli schedae) || 1 napee S || 2 driades S | uirente choro S, traieci (num nitente?); uiret- que Chloris schedae || 3 sobit S, corr. Salm. (fouet Heinsius; num coit?) | nimfas S || 4 Quo ex Quo S || 5 teredes S || 6 Sus- pensus S | faretris S || 7 Quo se Acidaliae (i. e. Gratiae) scripsi: Quos elaconides (sed ni supra lin., des ex dis corr.) S Heli- conidae Salm. sese Aonidae Burm. ferunt se Heliconides L. Muellerus d. r. m. 163; sed Musis hic locum esse recte negauit Roesius

10 Cui numquam minus est amoena frondis,
 Cui semper redolent amoma uerni,
 Cui fons perspicuis tener fluentis
 Muscoso riguus salit meatu,
 Quo duleis auium canor resultans

* * *

Quidquid per Tyrias refertur urbes,
 Hoc uno famulans loco subaptat.

De tablista furioso quasi tesseris imperante 487
 Ludit cum multis Vatanans, sed ludere nescit,
 Et putat imperio currere puncta suo.
 Sed male dum numeros contraria tessera mittit,
 Clamat et irato pallidus ore fremit.
 5 Tum uerbis manibusque furens miserandus anhelat,
 De solitis faciens proelia uera iocis.
 Effundit tabulam mensam subselia pyrgum
 Perditaque Harpyacis aera rapit manibus.
 Hic si forte unam tabulam non arte sed errans
 10 Vicerit aut aliam, nil bene dante manu,
 Mox inflat uenas et raucida guttura tendit
 Plusque furit uincens, quam superatus erat.
 Iam non huic ludum sapientum calculus aptet

8 minus est] fortasse coma dest || 9 amoma scripsi: amoena S e u. priore || 10 frons (n supra lin.) S || 11 salit Burm.: parit S || 12 resultat Burm.; potius post 12 lacunae signa posui || 13 Tyrias scripsi: urias S uarias Salm. | referret S, corr. Salm. || 14 unus f. locus ministrat Salm.

487 tit. imperantē S || 1 Vatanas Salm. || 2 pudat S || 3 mitte S || 4 et] pt S || 5 Tuum — anelat S || 6 puto De solis || 7 Effan- dit S | mensa subselia pirgū S (subsellia uulgo) || 8 arpia. eisera S || 11 raucida scripsi: pallida S || 13 iam non scripsi: Non iam S | eludum S || nulla lacuna in S

488 De uenatore picto in manibus oculos habente
Docta manus saeuis quotiens se praebuit ursis,
Numquam fallentem tela dedere necem.
Hinc etiam digitis oculos pictura locauit,
Quod uisum frontis prouida dextra tulit.

489

Aliter unde supra

Venatori oculos manibus pictura locauit
Et geminum egregia lumen ab arte manet.
Hic quocumque modo uenabula fulgida pressit,
Signatum ueluti contulit exitium.
Naturae lucem uicerunt fortia facta:
Iam uisus proprios coepit habere manus.

490

In aurigam effeminatum numquam uincenem

Procedis, Vico, nec tamen praecedis,
Et quam debueras tenere partem,
Hac mollis misero teneris usu.
Vnquam uincere possis ut quadrigis,
Corruptor tibi sit retro ponendus.

491 De paranympo delatore, qui se ad hoc officium
omnibus ingerebat

Hermes cunctorum thalamos et uota pererrat,
Omnibus ac sponsis pronubus esse cupit.

488 tit. habentem s || 1 sebis s || 2 telatededere (alt. de supra lin.) s || 4 tullit s

489 tit. ude s || 2 micat Schubertus || 3 rexit Maehly || 4 contullit exidiu s, corr. Riesius (excidium uulgo) || 5 Nature s || 6 proprius cepit s

490, 1 Praecedis s, corr. Meyerus (Praecedis — procedis Riesius) || 2 qua d. uigere parte Maehly || 3 Ac s | misera s, corr. Burn.

491 tit. paranimfo s || 2 ponsis s

Hunc quisquam cum forte uelit contemnere diues,
Mox eius famam rodit iniqua serens.
5 Nec tutum obsequium: uotis famulatur amicus,
Indicet ut potius, quae uidet, ille nocens.
Non sua sortitur, te qui facit auspice uota,
Sed tua; cui multum conferet, ut taceas.

De funere mulieris formosae, quae litigiosa fuit 492

Gorgoneos uultus habuit Catucia coniunx;
Haec dum pulcra foret, iurgia saepe dabat.
Fecerat atque eadem semper rixando maritum,
Esset ut insano iste timore tacens;
5 Et quotiens illam trepido cernebat amore,
Haerebat, tamquam uera Medusa foret.
Defuncta est tandem, haec iurgia ferre per umbras
Cumque ipsa litem reddere Persephone.

De duobus qui se conpedibus, quibus uincti 493
erant, ceciderunt

Conpedibus nexi quidam duo forte sedebant
Criminis ob causam carceris ante fores.
Hi secum subitae mouerunt iurgia rixae;
Ebrietatis opus gessit iniqua fames.
5 Nec caedem pugnis aut calcibus egit uterque:
Vincla illis telum, uincla fuere manus.

3 cum (quom) addidi: om. s si uulgo | diues num sanum? ||
4 ferens s, correxi || 5 tutum scripsi: purum s | uotis f. amicus
scripsi: notis f. amicis s || 6 uidit s | ille nolens s, correxi ||
7 te Heinsius: e s || 8 cui] qui? | taces s

492, 1 Gorgoneus — coniunx s || 2 puto Et cum spurca ||
3 adq; | s eadem addidi: om. s suum uulgo | rixandū mantū s || 4 in-
sanus Petschenig | iste timore scripsi: stultius ore s || 5 illa s,
corr. Burn. | amore suspectum || 6 Horrebat Maehly | metusa s ||
7 tacitas Meyerus tendens Maehly || 8 persenecem s, corr.
Heinsius

493, 1 forti s || 4 Et uirtutis opus Salm. || 5 eregit s

Nemo truces posthac debet pauitare catenas,
Si reus e poenis ingerit arma suis.

494 De causicidico turpi, qui concubam suam Charitem
uocabat

Esset causicidici si par facundia neruo,
Impleret cuncti uiscera negotii.
At tamen inuigilat causis, quae crimina pandunt,
Dum Veneris tabulas iure Priapus agit.

495 In ministrum regis, qui alienas facultates ui
extorquebat

Bella die nocteque suis facit Eutyclus armis
Diuitias cunctis e domibus rapiens.
Huic si forte aliquis nolit dare siue repugnet,
Vim facit et clamat, regis habenda, nimis.
Quid grauius hostis, fur aut latrunculus implet, 5
Talia si dominus atque minister agit?

496 De eodem aliter

Cum famulis telisque furens penetrabilia cuncta
Eutyclus inrumpit diuitiasque rapit.
Hunc nullus uetat ire parens, non forsitan amicus:
Deterior precibus redditus ille meat.
Quae sunt ergo manus aut ferrea tela ferenda, 5
Quisue aries talem quodue repellat opus?

7 truces — debet s || 8 poenis s | inuenit *Riesius*
494 tit. caritē s || 1 causicidici s || 2 Implere s || 3 Vt s ||
4 tabulas scripsi: fabulā s famulum *Burm.* (-iam *Riesius*) |
priab; s
495, 1 nocteque *uulgo* | euticus s || 2 cuncti sed omnib; s,
corr. Salm. || 3 siue *Salm.*: sibiue s || 4 corruptus; regis auent
animi *Schubertus*; puto rege iubente rapi || 5 hostes s, *corr.*
Meyerus | fura . ut s, *corr. Salm.* || 6 sic s, *corr. Salm.* | adq; s
496, 2 euticus s | diuitias (ei *supra lin.*) s || 4 meat scripsi:
manet s

Huic si nemo potest ullas opponere uires,
Obuia sint illi fulmina sola dei!

In eum qui, cum senior diei nollet, multas sibi 497
concubas faciebat et horrebat canos capillos

Accusas proprios cur longo ex tempore canos,
Cum sis phoenicis grandior a senio,
Et quotiens tardam quaeris celare senectam,
Paelicibus multis te facis esse uirum?
5 Incassum reparare putas hac fraude iuuentam;
Harum luxus agit, sis grauis ut senio.

Item in supra scriptum, quod se mori numquam 498
diceret

Quantum tres Priami potuissent uiuere mundo
Aut quantum cornix atque elephans superest,
Tantam dum numeres longaeua aetate senectam,
Te numquam firmas Tartara posse pati
5 Et credis Lachesim numquam tua rumpere fata
Aeternoque putas stamine fila trahi.
Quamuis tarda, tibi ueniet mors ultima tandem,
Cum magis oblitus coeperis esse tui.
Nam poena est potius morbis producere uitam;
10 Quod non semper habes, tristius, esse diu, est.

Epitaphion de filia Oageis infantula 499

Heu dolor, ut magnis semper mors inuida fatis,

7 nō poest s
497 tit. cū ego: ut s quod *Riesius* | et orrebat senex nocari
s, *correxi* || 1 probrius quur s || 2 fenicis s; cf. *Roenschius mus.*
Rhen. XXXI p. 477 || 4 Paelicib; s || 5 iubentā s || 6 ut senio ego:
aut senior (i *supra lin.*) s ut senior *Muellerus*
498 tit. Item iss quod s || 2 adq; helefans s || 3 puto numeras |
longeba s || 4 formas s, *corr. Salm.* || 5 lacessim s || 6 stamina
— trai s || 8 ceperis s || 10 Quos dum *Burm.* | tritius s
499 Epitaphion eqs s || 1 ut ego: et s | inuida s

Quae teneros artus inimico sidere mergit!
 Damira hoc tumulo regalis clauditur infans,
 Cui uita innocua est quarto dirupta sub anno.
 Quam facile offuscant iucundum tristia lumen! 5
 Nemo rosam albatem, fuerit nisi quae bona, carpit.
 Haec paruam aetatem cuncta cum laude ferebat:
 Grata nimis specie, uerecundo garrula uultu
 Naturae ingenio modicos superauerat annos;
 Dulce loquebatur, quidquid praesumpserat ore, 10
 Linguaque diuersum fundebat mellea murmur,
 Tamquam auium uerna ire solet per tempora cantus.
 Huius puram animam stellantis regia caeli
 Possidet et iustis inter uidet esse cateruis.
 At pater Oageis, Libyam dum protegit armis, 15
 Audiuit subito defunctam funere natam.
 Nuntius hic grauior cunctis fuit hostibus illi,
 Ipsaque sub tali fleuit Victoria casu.

500 De amphitheatro in uilla uicina mari fabricato

Amphitheatrales mirantur rura triumphos
 Et nemus indigenas cernit adesse feras.
 Suetaque arando nouos agrestis turba labores
 Nautaque de pelago gaudia mixta uidet.
 Fecundus nil perdit ager, plus germina crescunt, 5
 Dum metuunt sontes hic sua fata ferae.

2 artos S || 3 hic S || 5 tristitia S || 8 carrula (r prior supra lin.) S || 12 uerna ire scripsi: uernare S || 14 iustas — cateruas, nisi interesse per tmesim diuellatur, Meyerus || 15 libiam S

500 (B. III 14, M. 916) habet W quoque De a. uicino mari inscribens | De aniteatro eqs S || 1 Aniteatr. — triumphos S || 2 indigenas (uel ingenitas) Heinsius: igneas S insignes W ignotas Burm.; fortasse Et Thetis ignotas || 3 Suetaq; scripsi: Spectat codd. | nobos — laborē S || 4 iuxta W (iusta Pithoeus iuncta Barthius) | uidit S || 6 metuunt S | sontes scripsi: omnes codd.

De sigillo Cupidinis aquas fundentis 501
 Igne salutifero Veneris puer omnia flammans
 Pro facibus propria arte ministrat aquas.

De Neptuno in marmoreo alueo aquas fundente 502
 Quam melior, Neptune, tuo sors ista tridente est:
 Post pelagus dulces hic tibi dantur aquae!

De puteo cauato in monte arido 503
 Hunc quis non credat ipsis dare Syrtibus amnes,
 Qui dedit ignotas uiscere montis aquas?

De aquis calidis Cirmensibus 504
 Ardua montanos inter splendentia lucos
 Culmina et indigenis nunc metuenda feris,
 Quae deserta prius soli nemus acra tenebat
 5 Tetraque inaccessam sederat umbra uiam:
 Qua uos laude canam quantoque in carmine tollam,
 In quibus extracta est atque locata salus?

501 (B. I 29, M. 587) habet W quoque || 1 solutifero S || 2 propria ego: proprias W probrias S properas uel promptas Heinsius propriis Meyerus | artes S

502 (B. I 16, M. 571) habet W quoque || tit. in marmoreo alueo scripsi: in marmore calido S marmoreo W | fundentes (s a m. rec. expuncta) S || 1 tuos S | tridenti S | est om. W || 2 Pro pelago Burm. | heic Binetus (ex W?)

503 (B. III 25, M. 176) habet W quoque De p. excauato in montis iugo inscribens || 1 Quis hunc — sirtib; S || 2 uisceri S uisere W

504 (B. etiam III 32) tit. cernensibus S, corr. Meermannus || 3 Quae ego: Quo S Qua Burm. | soli ego: solo S solum uulgo | nemos S | acra scripsi (cf. L. Muellerus comm. in Porfyr. p. XXXII): tutra S alta Riesius atra Maehly (antra tenebant Burm.) || 4 fecerat Burm. | uiam idem: uem S; num inaccisa — trabe? || 5 Quas uos S || 6 extruco (u ex o incertum qua manu) est adq; S

Hic etiam ignotus tepet ad praetoria feruor,
 Plenior et calidas terra ministrat aquas.
 [Quis sterilem non credat humum? fumantia uernant
 Pascua, luxuriat gramine cocta silex.] 10
 Innocuos fotis membris parit intima tellus
 Naturamque pio temperat igne calor.
 [Et cum sic rigidae cautes feruore liquescant,
 Contentis audax ignibus herba uiret.]

505

De sententiis septem philosophorum

Solon praecipuus, fertur qui natus Athenis,
 Finem proluxae dixit te cernere uitae.
 Chilon, quem patria egregium Lacedaemona misit,
 Hoc prudenter ait, te ipsum ut cognoscere possis.
 Ex Mitylenaeis fuerat qui Pittacus oris, 5
 Tu ne quid nimis ut cupias, exquirere dixit.
 Thales ingenio sapiens Milesius acri
 Errorem in terris firmat non caelitus esse.
 Inde Prienaea Bias tellure creatus
 Plures esse malos diuina uoce probauit. 10

7) Haec *Oudendorpius* | fortasse et iam | ignota stupet **S**,
 corr. *Petschenig* | ferbor **S** || **S** et *Salm.*: ex **S** || 9, 10 et 13, 14
Claudiani [*carm. min.* 25, 19—22, *I.*] esse uidit *Heinsius* a
Luucorio ipso sublectos eos arbitratus; rectius e glossemate ortos
 putauit *Schubertus* (cf. et *Buechelerus mus. Rhen.* XXXV p. 406);
 sunt lectoris *alicuius* additamentum marginale || 9 Qui **S** || 11 po-
 tus *schedae* || 12 liquor *Buechelerus* || 13 rigite **S** | ferbore **S** ||
 14 erba **S**

505 habet **Y** quoque, et quidem bis (fol. 2 et 114), *itidem*
 ut **S** utroque loco (sic) *inscribens* | sententiis **Y** | filosoforū
 distici **S** (distici om. **Y** bis) || 1 praecipuus **Y** bis: praecipuis **S** ||
 2 te **S**: se **Y** bis || 3 cilon **S**: cilo *priore* chilo *altero* loco **Y** ||
 patri. et egregiū *lacedemona* **S** | *lacedemonia* *altero* loco **Y** ||
 4 cognoscere **S** || 5 Ex **Y** bis cum **S** (sic) | *mitileneis* *codd.* ||
 fuerat **S** | *pittagus* **S** (*pitacus* **Y** *alt. loco*) || 6 Tu ne *Burm.*: Te
 ne *codd.* || 7 Tales **S** et **Y** *priore loco* | *agri* **SY** *priore* agro
altero loco || 8 Terrorem **Y** bis || 9 *pirinea* **S**, et *priore loco* **Y**
(altero prianea) || 10 *Pluris* **Y** *altero loco* | *malus* **S**

Vrbe Periander genitus, cui fama Corinthe est,
 Omnia constituit tecum ut meditando reuoluas.
 Cleobolus, proprium clamat quem Lindia ciuem,
 Omne, inquit, magnum est, quod mensura optima librat.

De Ianuario mense

506

Lucifer annorum et saeculis, o Iane, secundus

Tu rota certa tui; tecum sine fine laboris
 Itque reditque tibi, quidquid in orbe uenit.
 5 Omnia perpetuis praecedis frontibus ora;
 Quaeue olim uenient quaeue fuere uides.

De Olympio uenatore Aegyptio

507

Grata uoluptati species et causa fauoris,
 Grator innumeris, uenator Olympie, palmis.
 Tu uere nomen membrorum robore signas,
 Alcides collo scapulis ceruice lacertis,
 5 Admirande audax uelox animose parate.
 Nil tibi forma nocet nigro fuscata colore:
 Sic ebum pretiosum atrum natura creauit,

11 *periandres* **SY** *priore loco* (recte *altero*) | *corinto* **S** *chorinto*
Y *priore loco* || 12 *meditanda* **Y** *alt. loco* || 13 *Cleubulus* **L.**
Muellerus | *probrū* **S** | *lidia* **SY** *priore loco* | *cepem* **S** *cidem* **Y**
alt. loco || 14 *Omnem* **S** | *inquit* **SY** *priore loco* | *optima* **S**

506, 1 *seclissollane* **S**, *correxi*; *saeclis*, *Sol*, *Iane* *Heinsius*
(saecli *Riesius* *caeli* *Maehly*) | *secundis* *Burm.* *sequendus* *Klap-*
pius, *qui et es pro et uoluit* || 2 *nullum in* **S** *spatium* || 3 *Tu* |
Est *Riesius* *It* *Klappius* | *te. cum* **S**; *circum* *Klappius* || 4 *Idq;* **S** ||
 6 *Quaeue olim scripsi*: *Quae necdum* **S** *Quaeue dein* *Klappius* |
queue **S**: *quaeque* *uulgo*

507 *tit. olimpo* **S** || 1 *Grada* **S** | *uoluptatis* **S**, *correxi* (-tati
 est *Maehly*) || *fauoris* **S** || 2 *Grator* *Maehly*: *Fortior* **S** | *olimpie*
S || 3 *uere scripsi*: *uero* **S** *uerum* *Klappius* || 5 *Admirandi* **S** ||
 6 *Nihil* **S** | *fugata* **S**, *corr. L. Muellerus* (*fucata* *uulgo*) || 7 *ibenū*.
preciosas. uenatura creabit **S** (*qui* *R* *in marg.*), *correxi*; *pretiosa*
sibi *schedae* *picea* *facie* *Klappius* *pretiosa* *Syena* *terra* *Haupt-*
tius *opusc.* III p. 538

Purpura sic magno depensa in murice fulget,
 Sic nigrae uiolae per mollia gramina uernant,
 Sic tetras quaedam commendat gratia gemmas, 10
 Sic placet obscuros elephans inmanis ob artus,
 Sic turis piperisque Indi nigredo placecit.
 Postremum tanto populi florescis amore,
 Foedior est quantum pulcher sine uiribus alter.

508 In epitaphion supra scripti Olympii

Venator iucunde nimis atque arte ferarum
 Saepe placens, agilis gratus fortissimus audax,
 Qui puer ad iuuenes dum non aduixeris annos,
 Omnia maturo complebas facta labore.
 Qui licet ex propria populis bene laude placeres, 5
 Praestabas aliis, ut tecum uincere possent.
 Tantaque mirandae fuerant tibi praemia formae,
 Vt te post fatum timeant laudentque sodales.
 Heu nunc tam subito mortis liuore peremtum
 Iste capit tumulus, quem non Carthaginis arces 10
 Amphitheatrali potuerunt ferre triumpho!
 Sed nihil ad Manes hoc funere perdis acerbo:
 Viuet fama tui post te longaeua decoris
 Atque tuum nomen semper Carthago loquetur.

8 depensa scripsi: depressa s deprensa Schubertus (pro magno uoluerunt madido Riesius nigro Klappius) || 9 grauia s, corr. Salm. || 10 atras Klappius (at cf. 504, 4) || 11 elefans s | ob ego: an s in uulgo || 12 indigni credo placecit s, corr. Salm. || 13 florescis scripsi: pulcresis s (-scis uulgo) || 14 Foedior — pulcer s

508 In epitaphion ss olimpi s || 1 adq; arti s (apte L. Muellerus) || 2 sagillis gradus s || 3 iubenes s | aduixeris s (adiunx. uulgo), corr. Klappius || 5 Que s | populis om. s, add. manus saec. XII fere || 8 laudesque s; num retinendum? || 9 libore s || 10 tumulos — harthaginis s || 11 Anfiteatrali s || 13 Viuit — long-eba s || 14 adq; s

De Chimaera aenea 509

Aeris fulgiduli nitens metallo
 Ignes pertulit, ante quos uomebat,
 Et facta est melior Chimaera flammis.

De statua Veneris, in cuius capite uiolae sunt natae 510

Cypris tam tereti reddita marmore
 Veram se exanimis corpore praebuit:
 Infudit propriis membra caloribus,
 Per florem in statuam uiueret ut suam.
 5 Nec mendax locus est: qui uiolas ferat,
 Seruabit famulas inguinibus rosas.

In caecum, qui pulcras mulieres tactu noscebat 511

Lucis egenus, uiduae frontis,
 Iter amittens, caecus amator
 Corpora tactu mollia palpat
 Et muliebres iudicat artus,
 5 Niuei cui sit forma decoris.
 Credo quod ille nolit habere
 Oculos, per quos cernere possit,
 Cui det plures docta libido.

In philosophum hirsutum, nocte tantum cum puellis concubentem 512

Hispidus tota facie atque membris,

509 tit. cymera s || 1 fulgidi s, corr. Burm. || 2 pertulit artes s, corr. Burm. | uomebat Maehly: mouebat s || 3 cymera s 510, 1 tam tereti scripsi: candenti s candidulo Salm. || 3 probriis s | coloribus s, corr. L. Muellerus || 4 in statua — sua Riesius ut statuam uiuificet suam Maehly; puto Florem per statuam gigneret ut suam || 5 qui uiole forent s, corr. Salm. 511 tit. nuscebat s || 1 eginus s || 2 ceco s || 5 fort. coloris || 6 illos Meyerus || 7 posset s || 8 det scripsi: dedit s dat Riesius 512 tit. filosofum s || 1 lispidus t. facie adq; s

Crine non tonso capitis uerendi,
 Omnibus clares Stoicus magister:
 De uiris te unum simulas modestum
 Nec die quaeris coitum patrare, 5
 Ne capi possis lateasque semper;
 Feruidus sed cum petulante lumbo
 Nocte formosas subigis puellas,
 Incubus fiens subito per actus, 10
 Qui Cato dudum fueras per astus.

513 De catula sua breuissima, ad domini sui nutum
 currente

Forma meae catulae breuis est, sed amabilis inde,
 Hanc totam ut possit concava ferre manus.
 Ad domini uocem famulans et garrula currit,
 Humanis tamquam nutibus exiliens.
 Nec monstrosum aliquid membris gerit illa decoris: 5
 Omnibus exiguo corpore uisa placet.
 Mollior huic cibus est somnusque in stramine molli,
 Muribus infensa est, saeuior atque catus.
 Vincit membra nimis latratu fortia toruo;
 Si natura daret, posset ab arte loqui. 10

514 De pardis mansuetis, qui cum canibus uenationem
 faciebant

Cessit Lyaei sacra fama numinis,

4 De S: Te uulgo | te unum scripsi: tantum S | modetū S ||
 6 Nec S || 7 Feruitus S | num tum? || 9 fies S, correxi | actū S,
 corr. Burm. || 10 astus ego: artus S actus schedae (artes Burm.)
 513 tit. currente Burm.: cañentē S; an saliente? || 1 est
 om. S || 2 concaba S || 4 nutibus scripsi (cf. tit.): montib; S
 motibus uulgo || 7 cyb; S || 8 adque cattis S, correxi (catis
 uulgo) || 9 nimis Meyerus: imis S (animis Duebnerus leuis
 Riesius timens Roenschius) | forcia S; num tenuia? Phocida
 Dueb. | toruo idem: turba S || 10 dare posset (ex -sit) S

514 tit. uenatione faciebat S || 1 liei S | nominis S, corr.
 Schubertus

Lynces ab oris qui subegit Indicis.
 Curru pauentes duxit ille bestias
 Mero grauatas ac minari nescias
 Et quas domarent uincla coetu garrulo.
 Sed mira nostri forma constat saeculi,
 Pardos feroces saeuiores tigribus
 Praedam sagaci nare mites quaerere
 Canum inter agmen et, famem doctos pati,
 Quidquid capessunt, ore ferre baiulo.
 O qui magister terror est mortalibus,
 Diros ferarum qui retundit impetus,
 Morsu repertos ut cibos non adpetant!

In psaltriam foedam

515

Cum saltas misero, Gattula, corpore
 Nec cuiquam libitum est, horrida quod facis,
 Insanam potius te probo psaltriam,
 Quae foedam faciem motibus ingraues
 Et, dum displiceas, quosque feras iocos.
 5 Credis, quod populos cymbala mulceant?
 Nemo iudicium tale animi gerit,
 Pro te ut nota etiam gaudia deserat.

2 lince S || 3 Curra pabentes S | iunxit Burm. || 4 grabatas
 agminari S, corr. Meyerus || 5 domaret u. cetu garrulo (prior
 r supra lin.) S || 6 fama Meyerus || 7 seniore S, corr. Burm. ||
 8 Qui praedam S, corr. Burm. || 9 famem S || 10 capessent S || 11 qui
 Klappius: quod S quam uel quis Meyerus quot Roenschius sen-
 tentiam non perspicuens | mortalium S, correxi || 13 Morsu repertis
 et cibis non audeant S, corr. Burm. (Morsum in r. ut e. n.
 audeant Klappius)

515 In psaltriam foedam S || 1 cattula Duebnerus (garrula
 schedae) || 2 libitum Burm.: libido S || 3 puto Machly | psaltriam
 S || 4 faciem. que motibus ingrabas S || 5 displices S || 6 populo
 S (-lum schedae) || 7 talem S || 8 ut non etiam g. deserant S,
 correxi (deserat iam Machly post 6 intercidisse uersum statuens)

516 **Item de ea quod ut amaretur praemia promittebat**
 Quid facis, ut pretium promittens, Gattula, ameris?
 Da pretium, ne te oderis ipsa simul!
 Praemia cur perdis? cur spondes munera tantis?
 Accipe tu pretium, ne mihi dona feras!
 Non est tam petulans pariterque insanus amator, 5
 Qui te non credat prodigiale malum.
 Sed si forte aliquis moechus surrexit ab umbris,
 Cui talis placeas, huic tua dona dato.

517 **In ebriosam et satis meientem**
 Quod bibis et totum dimittis ab inguine Bacchum,
 Pars tibi superior debuit esse femur.
 Potabis recto (poteris, Follonia!) Baccho,
 Si parte horridius inferiore bibas.

518 **In mulierem pulcram castitati studentem**
 Pulchrior et niuei cum sit tibi forma coloris,
 Cuncta pudicitiae iura tenere cupis.
 Mirandum est, quali naturam laude gubernes,
 Moribus ut Pallas, corpore Cypris eas.
 Te neque coniugii iuuat excepsisse leuamen: 5
 Saepius exoptas nolle uidere mares.

516, 1 Cui *L. Muellerus* | praecium promittens (*ex -mittis* *corr.*) **S** | amens **S**, *corr. Salm.* || 2 uiderit ille *L. Muellerus* || 3 spondis **S** | tanta *Riesius* (tantis accipe 'tot uiris') || 4 praecium **S** || 5 pedulans **S** | amat **S**, *corr. Salm.* || 6 prodigiale] *gi m. ant. supra lin. S* || 7 mecus **S**

517 *tit. ebriosas S* || 1 et *om. S, add. Salm.* | demittis *Burm.* || 2 supernor **S** || 3 Potaris **S**, *corr. Riesius* (Potare *ast Burm.* *Potari Meyerus*) | Follonia *schedae*

518 (*B. etiam III 222*) *tit. castitatis S*; *Item inscribit qui hoc c. post 106 praebet W* || 3 lege *Patissonius* | gubernes **S** || 4 corpore Cypris eas **W** (*et S mgo m. rec.*): corporeseas (*i supra prior. e*) **S** || 5 iuuat *scripsi*: libet **SW** | excipisse **S** | nonne ligamen? || 6 exoptans **SW**, *corr. Burm.*

Haec tamen est animo quamuis exosa uoluptas:
 Numquid non mulier conparis esse potes?

De eo qui cum Burdo diceretur filiae suae Passi- 519
 phaeae nomen inposuit

Disciplinarum esse hominem risusque capacem,
 Quod nulli est pecudis, dixit Aristoteles.
 Sed si Burdo homo sit, uersum est sophismate uerum;
 Nam et ridere solet nec ratione uiget.
 5 Surrexit duplex nostro sub tempore monstrum,
 Quod pater est burdo Passiphaeque redit.

De laude rosae centumfoliae 520

Hanc puto de proprio tinxit Sol aureus ortu
 Aut unum ex radiis maluit esse suis;
 Vel, si etiam centum foliis rosa Cypridis extat,
 Fluxit in hanc omni sanguine tota Venus.
 5 Haec florum sidus, haec Lucifer almus in agris,
 Huic odor et color est dignus honore poli.

De statua Hectoris in Ilio, quae uidet Achillem 521
 et sudat

Ilion in medium Pario de marmore facti
 Stant contra Phrygius Hector uel Graius Achilles.
 Priamidae statuam sed uerus sudor inundat

S conparis **S**: cum paris **W**

519 *tit. passife S* || 2 es pecodus **S**, *correxi*; est pecudi *Salm.* (nulli = nullius) || 3 si ego: *om. S* cum *Salm.* | sofismate uerus **S** || 4 nec *scripsi*: uel **S** || 6 passifeg; **S**

520, 1 orto **S**, *corr. Salm.* || 2 unam — maluit **S** || 3 Vel *scripsi*: Sed **S** | centu **S** (centum etiam *schedae*) || 4 hac **S**, *corr. Meyerus* | omnis **S**, *corr. Boissonadius* || 5 almū **S**

521 *tit. ilio S* || 2 frigiū **S** || 3 Priamites **S**, *corr. Petschenig* (-dis *Salm.*)

Et falsum fictus Hector formidat Achillem.
 Nescio quid mirum gesserunt Tartara saeclo: 5
 Credo quod aut superis animas post funera reddunt
 Aut ars mira potest legem mutare barathri.
 Sed si horum nihil est, certe stat marmore Hector
 Testaturque suam uiua formidine mortem.

522 De muliere Marina uocabulo

Quidam concubitu futuit feruente Marinam:
 Fluctibus in salsis fecit adulterium.
 Non hic culpandus, potius sed laude ferendus,
 Qui memor est Veneris, quod mare nata foret.

523 De horto domni Oageis, ubi omnes herbae
medicinales plantatae sunt

Constructas inter moles parietibus altis
 Hortus amoenus inest aptior et domino.
 Hic uario frondis uitalis semine crescunt,
 In quibus est genio praemedicante salus.
 Hinc Phoebi Asclepique tenet doctrina parandum: 5
 Omnibus hinc morbis cura secunda patet.
 Iam puto, quod caeli locus est, ubi numina regnant,
 Cum datur his herbis uincere mortis opus.

4 finctus (n *suppuncta m. 1*) s || 5 saeclo *Salm.*: sello s
 (cesserunt — caelo *Klappius*) || 6 aut statuis *puto*; animas superi
L. Muellerus || 7 potest *ea* posst *corr.* s | uaratri s || 8 orum
 nichil s | certe *ego*: certus s certum *Riesius* | marmores lectos
 s, *correxi* (marmoris Hector *Salm.*)

522, 1 concubito — ferbente s || 2 insulsis s, *corr. Salm.*

523 *tit.* orto — erbe s || 2 ortus s || 3 uarios frondis uitali s,
corr. Riesius (uariae frondes uitali *uulgo*) || 5 Hinc *scripsi*: Nil
 s | febi s || 6 sequenda placet s, *corr. L. Muellerus* || 7 celicolus
 (o *ea* u) s, *corr. Meyerus* | regnat s || 8 erbis s | onus s, *correxi*

De pica, quae humanas uoces imitabatur 524

Pica hominum uoces cuncta ante animalia monstrat
 Et docto tenerum perstrepat ore melos.
 Nec nunc oblita est, quidnam prius esset in orbe:
 Aut haec Picus erat aut homo rursus inest.

De rustica in disco facta, quae spinam tollit de 525
planta Satyri

Cauta nimis spinam Satyri pede rustica tollit,
 Luminibus certis uulneris alta notans.
 Illam panduri solatur uoce Cupido,
 Inridens, parili teste carere uirum.
 Nil falsum credas artem lusisse figuris:
 5 Viua minus speciem reddere membra solent.

De colocasia herba in tecto populante 526

Nilus quam riguis parit fluentis,
 Extendens colocasia ampliores
 Ramos, per spatium uirens amoenum,
 Haec nostris laribus creata frondet.
 5 Naturam famulans opaca uertit,
 Plus tecto ut uigeat, solet quam horto.

524 *tit.* piga s || 1 cunctaque animalia s, *corr. Klappius* ||
 2 doctas s, *corr. Burm.* | tenerum *L. Muellerus*: ternum s ||
 3 orbē s

525 *tit.* saturi s || 1 spina saturi s || 3 Illum pandorii sole-
 tur s, *corr. Burm.* || 4 parili teste carere *Burm.*: pariete teste
 gemere s || 5 figuras s, *corr. Burm.* || 6 reddere] d *prior supra*
ln. s | solet s

526 *tit.* erba s | *fort.* pullante (pullulante *Riesius*) || 1 quam
Burm.: quod s || 2 colocasia ampliores *Burm.*: colocas eorum s ||
 3 num speciem — amoenam? || 4 frondit s || 6 Pluc s | orto s
 (quam in horto *Burm.*)

527 De eo qui podium amphitheatri saliebat
 Amphitheatralem podium transcendere saltu
 Velocem audiri iuuenem, nec credere quiui
 Hunc hominem, potius sed auem, si talia uera.
 Et posui huic, fateor, me Dorica uina daturum,
 Conspicere ut possem tanti noua facta laboris. 5
 Aspexi uictusque dedi promissa petenti
 Atque meo grauior leuis extitit ille periclo.
 Iam non mirabar sumtis te, Daedale, pinnis
 Isse per aetherios natura errante meatus:
 Hunc magis obstipui, coram qui plebe uidenti 10
 Corpore, ceu pinnis, fastigia sursum uolauit.

528 De Diogene picto, ubi lasciuienti menetrix
 barbam euellit et Cupido mingit in podice eius
 Diogenem meretrix derisum Laida monstrat
 Barbatamque comam frangit amica Venus.
 Nec uirtus animi nec castae semita uitae
 Philosophum reuocat, turpiter esse uirum. 5
 Hoc agit infelix, alios quo saepe notauit;
 Quodque nimis miserum est, mingitur inter opus.

527 tit. Deeo (e alt. supra lin.) — podium amphitheatri s | trasiliebat Klappius || 1 Amphitheatralem s (-le Klappius) 3 podium . sed abem s | uera L. Muellerus: geret s (-rat schedae) gessit Riesius certa Klappius || 4 Et Riesius: Sed s || 5 possim s, corr. Meyerus || 6 Aspexit s || 7 adq; s || 8 Non iam s, correxi | mirabor s || 9 Hise per eterios s || 10 pleue s || 11 ceu scripsi: cum s non Salm.

528 tit. ubi] cui schedae | lasciuienti menetris s; meretrix uulgo, restitui formam menetrix; licet enim Luxorius recta forma sit usus u. 1, grammaticum tamen, qui titulos addidit, forma a grammaticis commendata (cf. Nonius p. 432) usum esse par est | uellit uulgo | mingenti in codice s, corr. Salm. || 1 Diogene s | densu s || 4 Filosofu s | fortiter Klappius turpe iter isse L. Muellerus || 5 quod — uocauit s, corr. Muellerus || 6 misera s | inter scripsi: artis s (pingitur a. o. Muellerus m. arte sophus Klappius)

De catto qui, cum soricem maiorem deuorasset, 529
 apoplexiam passus occubuit
 Immensi soricis cattu cum membra uorasset,
 Deliciis periit crudior ille suis.
 Pertulit adsuetae damnus per uiscera praedae;
 Per uitam moriens concipit ore necem.

529 (B. V 163, M. 1094) tit. gatto — aplescia — occupuit s || 1 gattus s | cum ego: dum s || 3 Pertullit s || 4 nece s, corr. Salm.

530

FLORENTINI in laudem regis

Regia festa canam sollemnibus annua uotis.
 Imperiale decus Thrasamundi gloria mundi,
 Regnantis Libyae: toto sic clarior orbe
 Sol radiante micans cunctis super enitet astris.
 In quo concordant pietas prudentia mores 5
 Virtus forma decus animus sensusque uirilil
 Inuigilans animo: sollers super omnia sensus.
 Sed quid plura moror? uel quo me ad deuia ducam?
 Solus habet, toto quidquid praefertur in orbe:
 Parthia quod radiat sublimibus ardua gemmis, 10
 Lydia Pactoli rutilas quod sulcat arenas,
 Vellera quod Seres tingunt uariata colore
 Regnantum meritis pretioso praemia dantes
 Stamine, quo fulgent admixto murice uestes,
 Africa quod fundit fructus splendidis oliuae, 15
 Et si quid tellus gignit laudata per orbem,
 In regnis uenere tuis, cui maximus auctor
 Contulit et soli tribuit haec cuncta potiri.
 Te regnante diu fulgent Carthaginis arces,

530 (*B. ad. Lux. 85, M. 290*). Hi sunt uersus a florentino in laudē regis facto **S** (facti *Salm.*) || 1 solemnibus **S** || 3 libie **S** | sic *scripsi*: sed **S** || 4 Sol *scripsi*: Sed **S** | supereminet *schedae* || 6 formā **S** (norma *Salm.*) || 7 solus *schedae* || 8 miror **S**, *corr. Salm.* || 10 Parthia **S** | quot pro quod ubique *Petschenig* || 11 Libia pactuli **S** | num rutila — arena? || 12 quo *Cuperus* || 13 precioso (a supra alt. o) **S** || 14 Stamine *scripsi*: Tecmine **S** *Tegn. uulgo*; cf. *Claud. in Eutr.* I 304 | quod **S**, *corr. Meyerus* | admisto murite **S** || 15 fundi **S** | oliui **S**, *corr. Petschenig* || 16 si quae *Meyerus* | telus **S** (num *Delus?*) || 17 suis **S**

20 Filia quam sequitur Alianas impare gressu,
 Nec meritis nec honore minor, cui plurimus ardens
 Regnantis increuit amor, quam surgere fecit,
 Dilectisque locis clara et uitalibus auris
 Quae meruit gressum meriti sufferre regentis:
 25 Hinc freta marmoreo resonant sub gurgite ponti,
 Hinc telluris opes uiridanti cespite surgunt,
 Ut maris et terrae dominus splendore fruatur.
 Nam Carthago suam retinet per culmina laudem:
 Carthago in rege inuictrix, Carthago triumphat,
 30 Carthago Asdingis genetrix, Carthago coruscat,
 Carthago excellens Libyca Carthago per oras,
 Carthago studiis, Carthago ornata magistris,
 Carthago populis pollet, Carthago refulget,
 Carthago in domibus, Carthago in moenibus ampla,
 35 Carthago et dulcis, Carthago et nectare suauis,
 Carthago flores, Thrasamundi nomine regnas!
 Cuius ut imperium maneat per saecula felix,
 Optamus, domino multos celebrante per annos
 Anna, dum repetit fulgentia gaudia regni.

Versus balnearum

531

In paruo magnas fecit manus ardua Baias:
 Culmina distendit niueis suspensa columnis,
 Curuauit cameris uario pro schemate conchas;

20 impari **S** || 21 meriti **S**, *corr. Burn.* (merito *Salm.*) || 23 clara et *scripsi*: claram **S** (et *add. Riesius*) || 24 gressum *scripsi*: celsum **S** (quo *seruato* regentem *Riesius*) | meritis **S**, *correxi* || 25 marmore . ore sonant sub iurgite **S** || 26 cespite *scripsi*: cortice **S** || 28 charthago **S** || 29 in rege inuictrix *Is. Vossius*: in regem uitrix **S** in reges uictrix *ego olim* || 31 libicas — ora **S** || 32 cartago **S** || 33 pollit **S** || 34 moenib **S** || 35 nectare] neptere **S** || 36 num florens — regnans? | numine *Riesius* || 37 ut *Cuperus*: et **S** | manet **S**, *corr. Salm.* | secula **S** || 38 celebrare **S**, *correxi*

531 (*B. III 41, M. 384*) Versus ualnearum **S** (balnearum *uulgo*) || 1 manus ardua *uix sanum*; fortasse nomen *proprium latet* || 3 Curbauit **S** | pero cemate conchas **S**, *corr. Salm.*

Marmora resplendent solida compage decora:
 Vnitum mentita decus sunt arte magistri; 5
 Murmure raucisono fornacibus aestuat ardor,
 In flammis dominantur aquae, furit ignis amoenus.
 Stat tutus lautor multo circumdatus igne
 Innocuas inter flammis (mirabile dictu),
 Ignibus ut possit feruores uincere solis; 10
 Inde petit latices glaciali fonte fluentis; 11
 Decurrunt lymphae, piscinas flumina replent, 13
 Vitrea crispatur labris refluentibus unda: 14
 Hinc calor, inde niues reparant per membra salutem. 12
 Haec artis monumenta tibi natisque manebunt 15
 Et decora alta manent claros per saecula nepotes;
 Tu tamen excelsus per tempora longa fruaris.

532

CALBVLI Versus fontis

A parte episcopi

Crede prius ueniens, Christi te fonte renasci:
 Sic poteris mundus regna uidere dei.
 Tinctus in hoc sacro mortem non sentiet umquam;
 Semper enim uiuit, quem semel unda lauit.

4 resplendent s | solita s, corr. Salm. || 5 mentet s, corr. Seriuarius | sunt arte scripsi: sartur s sarsura Scriuer. (est post mag. add. Riesius) || 6 extuat s || 7 aq; s | igne caminus Seriuar. ignis ahenis Burm.; totus uersus adhuc obscurus || 8 Statutus s, corr. Burm. || 9 ducto s || 11 latices ex -cis s (fluentes uulgo) || u. qui est 12 in s post 14 traieci || 13 Decurrunt s, corr. Schraderus | nimfe s, correxi | complent schedae || 14 unda Schraderus: umbra s || 15 Hæ tibi monumenta tibi s, correxi (Haec tibi sunt monumenta; tibi uulgo) || 16 decora alta ego manent Burm.: decoratam a s (decorabit auus Riesius) || 17 excelsus] puto ipse tuis

532 (cf. B. uol. II p. 623). Hic sunt uersus fontis facti a calbulo gramatico a parte episcopi s || 1 x̄e s || 4 lauat (i supra alt. a) s

Descensio fontis

5 Descende intrepidus: uitae fomenta perennis,
 Aeternos homines ista lauaera creant.

Ascensio fontis

Ascende in caelos, animam qui in fonte lauisti,
 Idque semel factum sit tibi perpetuum.

Econtra episcopum

Peccato ardentes hoc fonte extinguite culpas.
 10 Currite! quid statis? tempus et hora fugit.

Et in circuitu fontis

Marmoris oblatae speciem noua munera supplex
 Calbulus exhibuit fontis memor, unde renatus,
 Et formam cercli gremium perduxit aquarum.

Versus sanctae crucis

533

Hinc crux sancta potens caelo successit et astris:
 Dum retinet corpus, misit in astra deum.
 Qui fugis insidias mundi, crucis utere signis:
 Hac armata fides protegit omne malum.
 5 Crux domini mecum, crux est quam semper adoro,
 Crux mihi refugium, crux mihi certa salus.

5 uitei omenta s, corr. Burm. (uitae in f. L. Muellerus; an putei latet?) || 7 fontē labisti s || 8 Idqui s || 10 ora s || 11 noba s || 12 exhibit. fonti memor unda s, corr. Burm. || 13 forma Muellerus; malim forma in | cercli Muellerus: cerui s; cf. et Guil. Schmitzius, 'Beiträge z. lat. Sprach- u. Litteraturkunde' p. 170

533 (B. ibid.) Hic sunt uersus sc̄e crucis s || 1 sancta] sta s ista Salm. || 6 salus] alt. s supra lin.

Virtutum genetrix, fons uitae, ianua caeli,
Crux Christi totum destruit hostis opus.

Pax Domini tecum, puro quam pectore quaeris.

8 $\chi\epsilon\iota$ — destruit s || *ultimum uersum non ad c. 533 pertinere putauerim, sed syllogae nostrae clausulae loco adiectum esse* || *subscribit s: Epigramaton. expli. feliciter. incip. calculus dionisi ectr.*

DOMNI PETRI REFERENDARII

Versus in basilica palatii sanctae Mariae 534

Qualiter intacta processit uirgine partus
Vtque pati uoluit natus, perquirere noli:
Haec nulli tractare licet, sed credere tantum.

<Ad amicam> 535

Felices illos qui te genuere parentes,
Felicem solem qui te uidet omnibus horis,
Felicem terram quam tu pede candida calcas,
5 Felices fascias cingentes corpus amatae,
Felicesque toros quis, Dulcis, nuda recumbis!
Vt uisco capiuntur aues, ut retibus apri,
Sic ego nunc Dulcis diro sum captus amore.
Vidi nec tetigi: uideo nec tangere possum;
Totus in igne fui: non sum consumptus et arsi.

<Ad eandem> 536

Post mille amplexus, post dulcia sauia penem
Confiniis laterum detortum suscipe porro,
Viribus ut propriis mollem tu reddas ab aluo

Sub numeris 534—550 collegi carmina ad collectionem nostram pertinentia, sed quae quam sedem olim optinuerint iam non constet. et cc. 534—542 ipse s in priore parte omissa in altera adiecit: praef. p. 8

534—536 (B. ad Lux. 88, M. 555) || 534 tit. uersus ante domni s, qui uu. 1—3 rubris litt. scribit || 535 sine interstitio et titulo adhaeret priori || 2 oris s || 3 pedē candito || 4 fasciae s, corr. Meyerus || 5 Felices toros quibus s, corr. Burm. || 6 uisquo s || 536 a priore separauit Muellerus || 1 suauia poenē s || 2 retortum s, corr. Burm. | posco s, corr. Burm. || 3 probris s, corr. Burm.

Intra aluum sumptum; iterum quem tempore certo
Ac, uis si superet, tertio supplere conabor. 5
Nec uolo plus cupias; nam me si cogis, iniquum est,
Vt tu uictorem superes. noctisque futurae
Incipiant tenebrae, numerum qua spondeo ternum!

CARMINA DE SINGVLIS CAVSIS

537

De alcyonibus

Stat domus exerrans (construxit limus et ulua);
Feruida mox lymphis liquescunt oua tepore.
Exposito partu natus non cernitur ullus:
Albus in albo manens rursus suffertur ab albo,
Miraturque nouos fetus consurgere ab undis 5
Alcyone, cuius pelagus sunt pabula nidis.

538

De Iuuenale uenatore

Excipit ingentem Iuuenalis fortior aprum.
Incumbens umero laeuo pede pronior instat
Et spumantis adhuc morsum de uulnere fraudat.

4 In album sumptura **S**, *correxi* (hiatus in hoc poeta tolerandus); In aluum sumptura iterum, quem *uulgo* || 5 Aetas si sufferet tertio **S**, *correxi*; suffert *uulgo* || 7 noctesq; **S** || 8 Inquiunt **S**, *corr. Burm.* | tenebrae *Muellerus*: demere **S** | numerūq; **S**, *corr. idem* (uel cui)

537—542 **S** sic inscribit: XVIII Incipit uersos de singulis causis sunt uer LXX; id est septuaginta carmina, ex quibus pauca actatem tulerunt || 537 (B. V 172, M. 1102) De alcionibus **S** || 1 constructa limis et ulua **S**, *correxi* (ulua iam *Meyerus*) || 2 Feruida mox *scripsi*: Ferbet amor **S** | limis — oba **S** || 5 fetus **S** || 6 Altion **S**, *corr. Burm.* | cuius *scripsi*: cui totus **S** | pelacus **S** | pabula nidis (= *pullis*) *scripsi*: paruoli nidus **S**

538 sq. (B. V 177 sq., M. 1107 sq.) tit. In iubenale uenatore **S** || 1 Excipit **S** | iubenalis — abru **S**

Item de apro

539

Inuadunt post terga suem. stat toruus in ira:
Creticus excutitur lunato dente rebellis,
Quem socius morsu auxilians defendit ab hoste.

De Mandrite mimo

540

Mandris notus olim felix fur, cautus et audax,
Quattuor in medio dicit peccasse colonas.
'Siue ego siue lupo', dixit, 'tollatur et anser'.

CATONIS

541

Rex Hunerix, quem fama (fides manifesta) perennis
Inclitat ominibus, spargit memorabile factum,
Quod uerbo diuisit aquas; molesque profundi
Discedit iussis, semel *ut* nudata natantum
5 Ingera calcet homo. pelagus fodisse ligones
Expauit natura: maris subducitur unda,
Tortilis anfractu liquidus comprehenditur imber
Oceanumque mouent manibus: mare coclea sorbet.

De Pegaso Bellerephonte et Chimaera

542

Vectum Pegaseo uolucris pendente caballo
Conpita senserunt Bellerephonta deum.
Cuius iter uacuos et calcans ungula uentos

* * *

539 tit. Item in apro **S** || 1 posterga **S** | torbus **S** || 2 lun. ex lut. **S** || 3 ab *Burm.*: in **S** (in hostem *Riesius*)

540 (om. B. M.) tit. De] In **S** || 2 Quattuor **S**

541 (om. B. M.) Carmen catonis **S** || 1 hunc . rix **S** | manifesta fides quem fama **S**, *correxi* || 2 Inclita **S**, *correxi* | ordinibus **S**, *correxi* || 3 molemque **S**, *correxi* || 4 Disceda **S**, *correxi* (Discedit *Riesius*) | ut *addidi* || 5 pelacus **S** || 7 comprehenditur *scripsi*: conteritus **S** (contergitur *Riesius*) || 8 molent **S**; nam tenent? | coclea **S**

542 (B. I 124, M. 692) tit. De pegasu bellerephonte et cymera **S** || 1 Vectum — pendentem **S** (pendere *Wakkerus*) || 2 bellerephonta **S** || 3 sungula **S**

543

In laudem solis

Cum mundum natura potens terramque secaret,
 Sol dedit ipse diem. torpentia nubila caelo
 Dispulit et faciem roseo diffudit in orbe:
 Pulchrius aeterno fulserunt sidera motu.
 Nam chaos est sine sole dies. hinc discere lucem 5
 Coepimus et croceum caeli sentire teporem;
 Hinc homines animata simul dant semina rerum, 11
 Alitis hinc pecudisque et fit genus omne natantum,
 Quod caelum, quod terra tenet, quod sustinet aequor;
 Hinc calor infusus, totum qui continet orbem,
 Dulcia mellifluae dum pandit munera uitae. 15
 Gurgite cum roseo surgunt ex more iugales 7

543 (B. V 1, M. 1024 sq.) extat in T et L (praef. p. 9).
 Incipiunt uersos in laudem solis T Versus in laude solis L ||
 1 Cum *Hauptius opusc.* I p. 297: Dum LT | potest L | terram-
 qui T | secaret *scripsi*: dicaret T digarit L ligaret *Hauptius* ||
 2 dedi=ti (*erasa s*) psedieri (*ie in ras.*) T | torpentia *scripsi*:
 horrentia *codd.* || 3 et L: e T | diffudit *codd.*, *corr. Pithoeus* ||
 4 Pulchrius aeterno *scripsi*: Pulchrius sereno L Pulchra sereni-
 gero T (*quo seruato mundo Hauptii amicus*) aethereo L. *Muel-*
lerus mus. Rhen. XXV. p. 454 || 5 chaus L chahos T | hinc L:
 tum T || 6 roseum *Opitius* || *uu.*, qui sunt 7—10 et 11—15 in
codd., locum inter se mutare iussi || 11 Hinc *Pithoeus*: Haec *codd.* |
 animata s. dant *scripsi*: armenta s. et *codd.* || 12 Hinc auis
Heinsius Alitēs *Meyerus* | pecudisque (*uel -dumque*) et fit
scripsi: pecudes uiuit *codd.* || 13 quot *ter maluit Hauptius* ||
 14 infususus T || 15 et 16 om. T || 15 pandit *scripsi*: claudit L
 fundit *Hauptius*, qui et uictus || 7 cum roseo L: croceo T de
 croceo *uulgo* | temone G. *Goetzius (Ritsch. acta soc. phil. Lips.*
 II 482)

Naribus elatis efflantes pectore lucem,
 Sol rumpit tenebras; rutiloque ut fulget ab ortu,
 10 Spargit in aethereos flammantia lumina campos.
 16 Ast ubi iam Titan croceum conscendit in orbem,
 Cuncta patent quaecumque tacens nox clauserat atra;
 Mox siluae campique nitent et florea rura,
 Tunc placidum iacet omne mare et uernantibus undis
 20 Flumina: per tremulos currit lux aurea fluctus.
 23 Mox tamen alipedum gemmantia lora rigescunt
 * * *
 24 Aureus axis inest, currus ardescit ab auro,
 25 Dum pretio fulgens imitatur lumina Phoebi.
 21 Hic regit imperium mundi, hic tempora sancit,
 22 Fluctibus ut nitidum tollit caput aethera in altum;
 26 Hic solus uiget orbe deus, quem cernere nobis
 Fas uisu est ireque iuuat per florea rura.
 O mirum uirtutis opus, quod flamma gubernat
 Nec non igne suo praestat cum lumine sensus.
 30 Hinc corpus, hinc uita redit, hinc cuncta reguntur.

8 efflantes *Heinsius*: efflant e *codd.* || rutiloq; ut (ubi *Hein-*
sius) *scripsi*: rutiloqui *codd.* | fulgit *codd.* | ab Oeta L. *Muel-*
lerus, at cf. Ouid. met. II 112 || 17 quicumque T | tacens *Riesius*:
 tamen *codd.* ante *Heinsius* | clausurit T clausserat L || 18 nitent
scripsi: iurent T nirent L || 19 et om. L || 20 fructus L || *uu.*, qui
 sunt 21 et 22 in *codd.*, post 25 traieci; *interrumpunt enim solis*
currentis descriptionem || post 23 lacunae signa posui: non per-
 fecta *Phoebi currentis imago* || 24 axis *Burm.*: aequus L equis T |
 curru *Burm.* | euro *codd.*, *corr. Hauptius* || 25 Dum precio L: in
 T *uu.* 25—35 initia atramento superfuso legi nequeunt | emittitur
 (sic) lumine T | foebi *codd.* || 22 ut *scripsi*: ac L hac T | aether
codd., *corr. Pithoeus* || 26 Hic s. obscura in T, qui deinde uicit
 orbem || 27 uisu *scripsi*: nimis L | ireque iubet (a *supra e*) L;
 mireque iuuat *Hauptius*; sed ireque in *saeculi quarti poeta tole-*
randum | usque ad per obscurus T (28 usque ad opus, 29 usque
 ad praestat, 30 ad c uita, 31 ad docet, 32 ad a Phoebeo, 33
 ad c uitam, 34 ad scitur, 35 ad a cadit) || 29 igne *Hauptius*:
 in igne L || 30 Hic L, *corr. Hauptius* | hinc T: hic L | hinc cuncta
 reguntur T: hic uita resurgunt L

Namque docet Phoenix ustis reparata fauillis
 Omnia Phoebeco uiuiscere corpora tactu.
 Haec uitam de morte petit, post fata uigorem:
 Nascitur ut pereat, perit ut nascatur ab igni. 35
 Vna cadit totiens surgitque ac deficit una:
 Rupe sedet, capitur radiis et lumine Phoebii
 Suscipit inmissum recidiua morte calorem.
 Sol qui purpureo diffundit lumine terras,
 Sol cui uernanti tellus respirat odorem, 40
 Sol cui picta uirent fecundo gramine prata,
 Sol speculum caeli, diuini numinis instar,
 Sol semper iuuenis, rapidum qui diuidit axem,
 Sol facies mundi caelique uolubile centrum;
 Sol Liber, Sol alma Ceres, Sol Iuppiter ipse, 45
 Sol albor Triuiaie, insunt cui numina mille,
 Sol qui quadriiugo diffundit lumina curru,
 Sol Hyperionio fulget matutinus in ortu,
 Sol reddit cum luce diem, cum pingit Olympum; 48
 Sol cui surgenti resonat lyra blanda canorem, 59

31 phenix T fenix L | ustis L: istis T busti Heinsius || 32
 foebeo L | uiuiscere T || 33 post fata uigorem T: ut nascatur
 ab igni L || 34 hic omissum in fine paginae addit L (Nascitur) || 35
 surgiatq; deficit T surgit quae deficit L, corr. Pithoeus || 36
 sedit — foebi L || 37 inmensum T || ab 38 nouum curmen incipit
 Burm. || 38 perfundit Burm. || 39 uernanti L: uernantur T uer-
 nantem Opitius || 40 om. L | gramme T || 41 nominis T || 42 diuidis
 codd. (s in ras. L), corr. Burm. (uersus obscurus; dirigit Hauptius) ||
 43 caeli (om. que) L | centrum scripsi: templum codd. || 44 Sol-
 liber et solarma T || 45 albor Triuiaie scripsi: labore triuiaie
 (u ex b) L labor et ribice T claror Triuiaie Hauptius | insunt
 T | nomina codd., corr. Hauptius || 46 lumine L | cursu T cursus
 L, corr. Heinsius || 47 Soli et per horeo T Soliperboreo L,
 corr. Burm. (et Hyperboreo Pithoeus) | fulgit codd.; fit Hauptii
 amicus | hortu T || 48 re=dit (erasa d) L | conpingit T; sol
 pingit Heinsius || post 48 posui uersum, qui est in codd. 59 || 59
 surgente T | lyra Hauptius: liba T, et ita L, in quo b in r
 correctae uidetur; tuba Opitius

50 Sol cui mergenti seruat maris unda teporem;
 49 Sol aestas autumnus hiems, Sol uer quoque gratum,
 51 Sol saeculum mensisque, dies Sol, annus et hora,
 Sol globus aethereus, haec est lux aurea mundi;
 Sol bonus agricolis, nantis quoque prosper in undis,
 Sol repetit, quaecumque potest transcendere, semper;
 55 Sol cui perpetuo pallescunt sidera motu,
 Sol cui tranquillo resplendet lumine pontus,
 Sol cui cuncta licet rapido lustrare calore:
 58 Sol mundi caelique decus, Sol omnibus idem,
 60 Sol noctis lucisque decus, Sol finis et ortus.

50 ante 49 posuit Hauptius | mergenti Pithoeus: merenti L
 (sic) merentis T | seruat Burm.: seruit L eruit T | undiq; T |
 teporem codd., corr. Pithoeus || 49 hiemps T | gratum codd., corr.
 Pithoeus || 51 mensisq; dies sol T: mensis sol dies L (sic) |
 annos errora T || 52 aethereis T | haec] Sol Riesius || 54 reficit
 dubitanter Hauptius | num solet? || 55 perpetuo scripsi: sereno
 codd. terreno Heinsius sera nouo L. Muellerus; liberius Hauptius ||
 56 tranquillos T; fortasse tranquillus | resplendet L splendescit T ||
 57 lustra colore (o prior in a corr.) T || 58 caelique Burm.:
 lucisque codd. e u. seq. | idem L: unus T || 60 decus T (= deus) ||
 58 et 60 delet Hauptius || Explicit T

544

INCERTI AUCTORIS

Baiarum dum forte capit sub mollibus umbris
 Fessus Amor somnum murmure captus aquae,
 Ipsa facem accurrens gelida celauit in unda,
 Vt ueteres flammās uindicet, alma Venus.
 Quam primum liquor ille aeternos concipit ignes, 5
 Igne nouo (quisnam crederet?) arsit aqua.
 Flammiuomis igitur fumant haec balnea lymphis,
 Quod facula una omnes uincit Amoris aquas.

545

Lucretia

Dicite, cum melius cadere ante Lucretia posset,
 Cur potius post uim maluit illa mori?
 Crimine se absoluit manus illa habitura coactae
 Vltorem et patriae depositura iugum.
 Quam bene contempto lacerat sua pectora ferro, 5
 Dum pariter famae consulit et patriae!

546

〈INCERTI〉

‘Rauca sonorem,
 Languida uocem

544 et 545 a me primo edita habentur in codice Riccardiano 2939 saec. XV, in quo inter plurima carmina nouicia (quorum auctores ubique nominantur) casu quodam inrepsit Anthologiae excerptum tum temporis forte repertum, complexumque 544, tum itidem ‘Incerti auctoris. Ad Puellam de niue (= c. 107 supra p. 101), unde excerpti illius cum W cognatio apparet, porro Martialis XI 18, VIII 21, VIII 12 una cum c. 545 || 544, 3 accurrens et 6 aquas codex, correxi || 545, 4 Vltorem et 5 contempto sacra sua codex, correxi

546 sine titulo extat in Y (cf. praef. p. 17), unde primus edidit Quicheratius bibl. scolae cart. IV, 3, p. 353 || 1 Rauco Y | sonora Y, correxi || 2 uoce Y, correxi

5 Tibia nostra
 Est, pater’, inquam;
 ‘Sat gerit ora
 Fusca colore,
 Tristis abunde
 Flens mela sueta.
 Forte dirempta
 10 Nam *rosa* mollis;
 Fragmina laesa
 Licia lana;
 Singula quaeque
 Quid memorem nunc
 15 Nexa? remissa
 16 Plurima sunt hinc.
 21 Quo medicante
 Viuida passim
 Carmina fingam?
 Larga potestas,
 25 Perfice tute,
 Vt queat illa
 27 Psallere uoto’.
 17 ‘Sed mihi’ Bacchus
 Inquit ‘abest, heu,
 Conficiatur
 20 Vnde, phonascus

* * *

5 Sat scripsi: Ast Y Ac Riesius || 6 nonne dolore? || 7 habūde Y || 8 mela sueta scripsi: modo scieta (sic) Y sarta Quich. || 10 rosa ineptum || 11 Fracmina Y; puto Fractaque | 1≡≡≡ Y tribus litterulis euanidis; leta agnoscere mihi uidebar, unde lesa reposui, lane Quicheratius lanae reponens || 12 Lilia clana Y, correxi (c. olim supra alt. 1 posita); Lilia clara Quich. insolenter || 13 Pinguia queq; Y, corr. Riesius || 15 Nectara mixta Y, correxi || 16 hinc (uel huic) ego: hic Y || 21—27 huc traieci (solos 24—26 Riesius) || 21 medicata Y, correxi || 22 nonne rursus? || 24 tute scripsi: uelle Y bellae Buechelerus (belle Riesius) || 26 illa ego: illud Y || 17 baccus Y || 20 fonascus Y || nonnulla periere

547

〈VARIII VARIORVM VERSUS〉

Possidonius

Hic specular renitens fert et crystallina mira.

Luxorius

Candacis Aethiopum ditant aeraria paruos.

Faustus in epilogo

De lauacro redeunt, numerantur et inde uidentes.

Quidam poeta

Et raucos timuit discernere damma molossos.

Luxorius

Prompserat obryzum, dum licida sterteret, aurum 5

Luxorius

Non peritum tendis, si uis audire peritum

Virgilius

Sole recens orto numerus ruit omnis in urbem
Pastorum, reboant saltus siluaeque cicadis.

547 Hos u. ex glossario quodam, quod extat in codice Philippi 4626 saec. XII, protraxit Ellisius in Anglorum diario philol. [VIII p. 122] || 1 s. u. Berillinus (cris.) || 2 Candaces olim uocabantur regine ethiopum, unde lisorius (eth. et eraria) Phill. || sequitur (duorum dixisse poetas pro duum) liuini (corrigere Lucilius): aspice monstrorum praeuentia signa duorum, qui u. non ex Anthologia fluxit || 3 Lauacrum . . . faustus quoque in epilogo: de eqs. || 4 Molossi sunt rustici canes. unde quidam poeta ait: et eqs. || 5 Obrizum dicitur aurum optimum rubrum uel ut alii dicunt rude. hoc obrizum i uel haec obriza e. lisorius eqs. (obrizum codex, correxi; Lycidas dum Ellisius, sed uidetur aliud latere) || 6 Peritus a uerbo pereō ris corripit penultimam, peritus i doctus ab eo quod est perior iris producit, quod utrumque ostendit lisorius uno breui uersiculo dicens eqs. || 7, 8 Recens aliquando ponitur pro recenter, nomen pro aduerbio: Virgilius eqs.; potest hoc fragmentum fluxisse e capite Vergilianorum; cicadis fortasse corruptum

Luxorius

Annuus it reditus, quo pascar uestiar ungar.

Quidam

10 - 00 - terramque impresso syrmate uerrat.

Luxorius

Nec fronditura pinus
Nec floritura ficus.

Luxorius

Pectus hysopo mundat cerebrumque sinapi.

Quidam

Basia coningibus, sed et oscula dantur amicis,
15 Sauia lasciuus miscentur grata labellis.

9 Reditus, id est pensio; unde lisorius (it ego: ut codex) || 10 Sirma dicitur caudum mulierum praediuitum, unde quidam ait eqs. || deinde s. u. sorex adfertur Anth. 361, 3 praemisso unde Sofocles (uide ibi appar.) || 11 Supina . . . frondi, tum . . . flori, tum. lisorius eqs. (de metro cf. c. 463) || sequitur s. u. tribula uersus ab Anthologia, nisi fallor, alienus: Affranus. Exiuitur peplis celerans agitatque tribulas || 13 Ysopus est herba pectori mundatiua, unde lisorius eqs (hysopo uel hyssopo mundat scripsi, ut simul Pectus explicetur: ysopo mundatur codex) || 14 et 15 dubium est, num ex Anthologia fluxerint; extant s. u. Osculum fit inter amicos, basium inter coniuges, suauium autem inter eos, qui se turpiter amant. unde quidam ait eqs. (u. 2 Suauia codex); habentur uu. illi in Isidori differentiis, in Papias uocabulario, in Terentii scholiis uulgaribus ad Eun. III 2, 3 (cf. Herm. II 359 not.), et in glossariis multis: cf. L. Muellerus mus. Rhen. XXII, p. 97; Fleckeis. ann. a. 1867 p. 497 (dant plerique testes sic ut supra: pauci 1 Coningis interea basium similiterue, eidemque u. 2 miscemus). deprehendi praeterea in codice Monacensi 17210 saec. XIII fol. 123 hunc uersum a manu saec. XV scriptum: Basia iungit amor, pax oscula, suauia lectus.

548

MARO MAECENATI SALUTEM

Urbs, quae tantum alias inter caput extulit urbes,
 Quantum lenta solent inter uiburna cupressi,
 Mantua nostra aliis tantum concedit honoris,
 Puniceis humilis quantum saliuca rosetis
 Aut oleae spinus caris aut uitibus alnus, 5
 Elleborus nardo, piperi faba, tofus et auro.
 Qua nullus princeps, nullus quoque uerna moratur
 Aequales, toti retinent sibi cuncta tyranni,
 Pax abiit tristis, ciuilia bella geruntur,
 Friget amoris honos, odiorum semina pollent, 10
 Frumentum premitur, lolium sine nomine surgit;
 Moerorum lapides et propugnacula uendunt,
 Excubias qui sorte gerunt; cultura deorum
 Virtutumque cadit; fingit sibi quisque colendum,
 Mens uaga quod suadet. magnae uicina ruinae 15
 Mantua (uae miserae), quam barbarus incola replet,
 Quam sermone secant, uenter quos protulit unus,
 Frater et ad fratrem uerbis non haeret eisdem!
 Tityrus ammonuit ciues quam saepe cauere,
 Ne lupus in stabulis ouium misceret aceruos! 20
 Dissona sed cunctam uetuit discordia plebem,
 Ne saltim excubiis ut saepe ambronibus obstet.
 Stertit enim opilio. casus heu cerno propinquos
 (Ei mihi iamque nefas (heu, pro dolor!) et mihi tandem:
 Si qua tuae nunc matris habet te cura, faueto! 25

548 ex G (Sangallensi 878 saec. X) primus edidit Usenerus in mus. Rhen. XXII p. 628 sq., extat praeterea in T (Turicensi 78 saec. IX: uol. III p. 105). uix autem dubito quin carmen Vergilio adtributum (cf. Compertius libri 'Virgil in Mittelalter' inscripti p. 139) et flosculos Vergilianos prae se ferens olim in nostrae syllogae capite Vergiliano locum habuerit || titulum (Mecenati) sic habet G: om. T || 5 olea || G || 7 Qua ex Quia corr. T || 8 Aequales ad priora traxi | totum r. uel cuncta GT, correxi (totam r. uel uincta Riesius) || 9 abiit mitis idem || 22 ut Usenerus: uel codd. || 24 et mihi scripsi: ei mihi codd. (ex initio uersus) || 25 caueto olim conieci

<De Lucretia>

549

Cum foderet gladio castum Lucretia pectus,
 Sanguinis et torrens egrederetur, ait
 'Procedant testes, me non fauisse tyranno,
 Sanguis apud manes, spiritus ante deos'.

Ad puellam

550

Candida iam nostris aptentur colla lacertis,
 Suspenso caleat poplite noster amor,
 Lusibus optatis noctis luctemus in umbris,
 Peruigiles laudes, o rubicunda dies.
 5 Fulgidus ardenti iungatur saphirus auro,
 Floribus in thalamos cincta cupressus eat;

549 (B. II 172, M. 833) olim Anthologiae infuisse puto; extat apud Ottonem Frisingensem chron. II 9, in Conradi de Mure repertorio uocabulorum exquisitorum (a. 1273 confecto), in codicibus Valencensi 145 saec. XII fol. 12 et Parisino 8413 saec. XV (cf. Riesius A. L. 787), Mediceo et libro Moroni ab Heinsio adhibitis, aliis denique recentibus || titulo carent plerique (Epitaphium Lucretiae Romane Par. Romae in Lucretiam uirginem codex Cyriaci Ouidii Nasonis Aldus) || 1 Dum Par. | gladio] ferro Par., Moroni liber || castum] tenerum Mediceus || 2 Sanguis Par. | et] hinc Med., Mor. ut Scaliger | egrederetur Otto, Conradus, Mor.: egredietur Par. egrediatur Med. egeretur Valenc. || 3 Proc. testes Otto, Conradus: Testes proc. codd. (Accedant testes, sed A in ras., Par.) | tirampno Par. || 4 S. a. m. Otto, Conradus, Valenc.: Ante uirum sanguis ceteri codd. || post 4 Mor. paucique alii rec. addunt: Quam bene producti pro me post fata loquentur Alter apud manes, alter apud superos (nisi quod mea pro pro me Mor.)

550 (B. III 272 sq., M. 1009 sq.) Anthologiae uindicandum puto; extat in codice Parisino 8440 saec. X fol. 1 (ante Symphosii et Aldelmi aenigmata) || tit. Versus cuidam poetae ad quendam puellam cod. (Senis poetae ad puellam inscribit Pithoeus, qui primus edidit, fortasse ex alio fonte) || 1 aptantur cod.; recte Pithoeus | colla Walkerus: crura cod. || 2 caleat Walkerus: maneat cod. tumeat Lachmannus ad Prop. p. 59 || 4 laudes] s ex b corr. cod. (laudat iam Pithoeus) || 6 Florib; (t dus supra b;) cod. | thalamos Pithoeus: talamis cod.

Exultent nostro magnae certamine nymphae,
Tactibus exultes tuque, puella, meis.

Responsum puellae

Conspicua in primis specie quam fata bearunt,
Desine somnifero tu uiolare toro. 10
Absit ut albiplumem ualeat calcare columbam
Inter tot niueas rustica miluus auis,
Nec rubeis cardus succrescat rure rosetis,
Lilia nec campis uana cicuta premat,
Nec miser eximiae ceruae iungatur asellus, 15
Quem stimulis crebris sarcina saeua domat.

551

GEORGICON ARGUMENTA.

I Quid faciat laetas segetes, quae sidera seruet
Agricola, ut facilem terram proscindat aratris,
Semina quae iacienda, modos cultusque locorum,
Edocet et messes magno cum faenore reddi.

II Haec aruorum cultus et sidera caeli, 5
Pampineas canit inde comas collisque uirentis

7 nostro *supra lin. cod.* | nymphae *cod.* || ante 8 Resp̄ puellae ad poetam *cod.* || 9 Conspiciam primum speciem *cod.*, *correxi* (Conspicua pr. specie iam *Buechelerus* || 10 sompnifero *scripsi*: pompifero *cod.* | thoro *cod.* (ioco *Buech.*) || 12 auis *Pithoens*: auues *cod.* || 13 card: (= das, ut *uoluerat Burm.*) *cod.*: carduus *Pithoens* | iure *cod.*, *corr. Schraderus* || 14 nec] n& *cod.* | puto cana || 16 stimulis *ex-las corr. cod.*

551, quamquam ad *Anthologiam non pertinens, appendicis loco ad c. 178, 9 (ubi uide) adicere uisum est; extat in Z (praef. p. 20), r (p. 21) et s (ibid.)* || 1—4 om. r || 1 quo sidere Z, s *ex parte* | uerset s unus || 2 facile Zs | aratro s pauci || 3 quo — modo s pauci || 4 Edocet et *scripsi*: Edocuit Z; uel hoc uel Et docuit s | messes] ss *in ras.* Z | magno olim foedere s pauci || 5—8 om. Z || 6 inde s pauci: ille r s | collesque uirentes s pauci

Discriptasque locis uites et dona Lyaei
Atque oleae ramos, pomorum ex ordine fetus.

Teque Pales et te, pastor uenerande per orbem, III
10 Et pecorum cultus et gramine pascua laeta,
Quis habitent armenta locis, stabulentur et agni,
Omnia diuino monstrauit carmine uates.

Protinus aerii mellis redolentia regna, III
Hyblaeas et apes, alueorum et cerea texta,
15 Quique almi flores, examina quaeque legenda,
Indicat humentisque fauos, caelestia dona.

7 Descriptasque r s, *correxi* | locis s pauci: loci r s || 8 Adque r | ex ordine r s: et condere s pauci | fetus s pauci: laetus r s laetos *Oudendorpius* || 9 Te quoque r | pastorum *codd.* | uenerande s pauci: memorande Z r s || 10 gramine s pauci: gramina (-ne *corr. m. 2*) Z | gramina r s *plerique* || 11 habitant Z r s *plerique* | stipulantur Z | agni Z r s *plerique*: agnae s pauci || 13—16 om. r || 13 Primus aeristemellis (s *med. in ras.*, i *supra te m. 1*) Z || 14 Hibleas ≡ Z | et Z s pauci: aut om. aut q; (uel quoque) habent s | aluorum Z s *plerique* (fanorum s pauci) | et om. s pauci (que pauci) | cetera Z | texta s unus: regna Z, sic uel tecta uel dona s || 15 Quodque Z | Quidque s *plerique* | almi *scripsi*: alibi Z s *plerique* (albi et apti s *nonnulli*) | colenda s pauci || 16 humentesque s pauci

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Priore huius uoluminis parte dudum typis impressa nobis transmissa sunt Ottonis Rossbachii 'disquisitionum de Senecae filii scriptis criticarum capita II' (Vratislaviae 1882). quarum in capite primo de Senecae epigrammatis ita agit scriptor ut idem quod nos praef. p. 36 sq. optinimus adsecutus sit, nisi quod ea quae breuiter nos pro operis ratione adumbrauimus prolixius ille copiosiusque tractauit, et hanc quidem dissertationis partem ut comprobamus, ita reprobamus criticae specimina hic illic inspersa. ueluti parum perspecta codicis V natura indoleque Rossbachius egregii libri Reginensis 1414 lectiones spernit, scilicet quia 'Vossiano duobus saeculis recentior' sit (p. 20 not.). quasi uero hodie non constaret, posse saeculi XV libros mss. pretio longe superare alios multo uetustiores, nec adesset codices Anthologiae excerpta ex eodem quam V fonte profecta continentes (cf. praef. p. 12)! nec felicior ille in disceptandis codicum corruptelis. sic ex. gr. p. 10 falso defendit c. 22, 9 *motum caput* (plane quippe diuersum illud *mens mota*) et ibid. u. 2 *et sunt*, quo pacto *et pro et tamen* poni possit non perspectum habens, ibidemque u. 5 male coniecit 'tutas — urbes', quod hinc alienissimum est. omnino neque alia, quae ille noua protulit, neque quae de textu c. 5 a nobis constituto disputauit amplecti possumus.

p. 65 ad c. 24, 3 et 4 potui addere, hos un. adferri a Conrado de Mure s. u. 'Licinus' ita ut textus plane cum W congruat.

p. 104 appar. crit. lin. 2 pro S lege W.

p. 114 carmen 127 itidem adfert Conradus de Mure cum codd. deterioribus consentiens.

p. 147 appar. crit. lin. 3 lege 'stimpal. V stimpall. Y'.

p. 162 appar. crit. lin. 4 lege: 'feci legerent quos E₅ felice gerent quos P (legerent uel legere ut feci quos *5 pauca*)'.

p. 175 appar. crit. lin. 1 lege 'regnumque latinis E'.

p. 197 in textu c. 199 u. 10 lege 'pendet'.

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRO RUM DOCTORUM OPERA

RECOGNITA ET COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FR. JACOBS ET VAL. CHR. FR. ROST.

LIPSIÆ IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

Bedeutend ermässigte Preise.

Erschienen sind bis jetzt:

	<i>M. 2</i>		<i>M. 2</i>
Aeschinis in Ctesiphontem oratio ed. Weidner	3. 60	Lysiae et Aeschinis orationes selectae ed. Bremi	1. 50
Aeschylus Agamemno ed. R. Enger	3. 75	Lysiae orationes selectae ed. Bremi	— 90
Aristophanis Nubes ed. Tausfel. Ed. II.	1. 20	Pindari carmina cum deperditarum fragm., variet. lect. adi. et comment. illustr. L. Dissen. Ed. II. cur. Schneidewin. Vol. I.	3. 90
Delectus epigramm. Graec. ed. Jacobs	1. 80	— Vol. II. Sect. I. II. (Comment. in Olymp. et Pyth.) (à 1 <i>M. 50 2</i> .)	3. —
Demosthenis conciones ed. H. Sauppe. Sect. I. (cont. Philipp. I. et Olynthiacae I—III.) Ed. II.	1. —	Platonis opera omnia ed. Stallbaum X voll. (21 Sectiones.) Einzeln:	
Euripidis tragoediae ed. Pfugk et Klots. Vol. I, II et III. Sect. I—III.	14. 70	Vol. I. Sect. 1. Apologia Socratis et Crito. Ed. Wohlrab	2. 40
Einzeln:		Vol. I. Sect. 2. Phaedo. Ed. V. cur. Wohlrab	2. 70
Vol. I. Sect. 1. Medea. Ed. III.	1. 50	Vol. I. Sect. 2. Symposium c. ind. Ed. III. Vergr.	2. 25
„ I. „ 2. Hecuba. Ed. III. ed. Wecklein	1. 20	Vol. II. Sect. 1. Gorgias. Ed. III	2. 40
„ I. „ 3. Andromacha. Ed. II.	1. 20	Vol. II. Sect. 2. Protagoras c. ind. Ed. IV. ed. Kroschel	2. 40
„ I. „ 4. Heraclidae. Ed. II	1. 20	Vol. III. Politia sive de republica libri decem. 2 voll. Ed. II. [Vergr.]	7. 50
„ II. „ 1. Helena. Ed. II.	1. 20	Vol. III. Sect. 1. Politia lib. I—V	4. 20
„ II. „ 2. Alceste. Ed. II.	1. 20	Vol. III. Sect. 2. lib. VI—X	3. 30
„ II. „ 3. Hercules furens. Ed. II. cur. Wecklein	1. 80	Vol. IV. Sect. 1. Phaedrus. Ed. II	2. 40
„ II. „ 4. Phoenissae. Ed. II. cur. Wecklein	2. 25	Vol. IV. Sect. 2. Menexenus, Lysis, Hippias nterque, Io. Ed. II	2. 70
„ III. „ 1. Orestes	1. 20	Vol. V. Sect. 1. Laches, Charmides, Alcibiades I. II. Ed. II	2. 70
„ III. „ 2. Iphigenia Taurica	1. 20	Vol. V. Sect. 2. Cratylus cum. ind.	2. 70
„ III. „ 3. Iphigenia quae est Aulide	1. 20	Vol. VI. Sect. 1. Euthydemus	2. 10
Hesiodi carmina ed. Goettling et Flach. Ed. III.	6. 60	Vol. VI. Sect. 2. Meno et Euthyphro itemque incerti scriptoris Theages, Erastae, Hypparchus. [Vergr.]	4. 20
Homeri Ilias ed. Spitzner. Sect. I—IV	4. 50	Vol. VII. Timaeus et Critias. [Vergriffen.]	5. 40
Einzeln:			
Sect. I. lib. 1—6	— 90		
Sect. II. lib. 7—12	— 90		
Sect. III. lib. 13—18	1. 35		
Sect. IV. lib. 19—24	1. 35		

	<i>M. 2</i>		<i>M. 2</i>
Platonis opera omnia ed. Stallbaum.		Thucydidis de bello Peloponnesiaco libri VIII ed. Poppe.	
Einzelnen:		Einzelnen:	
Vol. VIII. Sect. 1. Theaetetus.		Vol. I. Sect. 1. Lib. I. Ed. II . . .	3. —
Ed. II. rec. <i>Wohlrab</i>	3. —	Vol. I. Sect. 2. Lib. II. Ed. II . . .	2. 25
Vol. VIII. Sect. 2. Sophista . . .	2. 70	Vol. II. Sect. 1. Lib. III. Ed. II	
Vol. IX. Sect. 1. Politicus et in-		ed. <i>J. M. Stahl</i>	2. 40
certi auctoris Minos	2. 70	Vol. II. Sect. 2. Lib. IV. Ed. II	
Vol. IX. Sect. 2. Philebus	2. 70	ed. <i>J. M. Stahl</i>	2. 70
Vol. X. Sect. 1. Leges. Vol. I. lib.		Vol. III. Sect. 1. Lib. V. Ed. II	
I—IV	3. 60	ed. <i>J. M. Stahl</i>	2. 40
Vol. X. Sect. 2. lib. V—VIII . . .	3. 60	Vol. III. Sect. 2. Lib. VI. Ed. II	
Vol. X. Sect. 3. lib. IX—XII et		ed. <i>J. M. Stahl</i>	2. 40
Epinomis	3. 60	Vol. IV. Sect. 1. Lib. VII. Ed. II	
Sophoclis tragoediae ed. Wunderus.		ed. <i>J. M. Stahl</i>	2. 70
2 voll.	9. 90	Vol. IV. Sect. 2. Lib. VIII . . .	1. 50
Einzelnen:		Xenophontis Cyropaedia ed. Borne-	
Vol. I. Sect. 1. Philoctetes. Ed. IV		mann. [Vergriffen.]	1. 50
ed. <i>Wecklein</i>	1. 50	— Memorabilia ed. Kühner. Ed. II	2. 70
Vol. I. Sect. 2. Oedipus Rex. Ed. V		— Anabasis ed. Kühner	3. 60
ed. <i>Wecklein</i>	1. 50	Einzelnen à 1 <i>M.</i> 80 <i>S.</i>	
Vol. I. Sect. 3. Oedipus Coloneus.		Sect. I. lib. I—IV.	
Ed. III	1. 80	Sect. II. lib. V—VIII.	
Vol. I. Sect. 4. Antigona. Ed. V		— Oeconomicus ed. Breitenbach	1. 50
ed. <i>Wecklein</i>	1. 50	— Agésilus ed. Breitenbach . . .	1. 20
Vol. II. Sect. 1. Electra. Ed. III	1. 20	— Hiero ed. Breitenbach	— 75
Vol. II. Sect. 2. Ajax. Ed. III . . .	1. 20	— Hellenica, Sect. I. (lib. I. II.)	
Vol. II. Sect. 3. Trachiniae. Ed. II	1. 20	ed. <i>Breitenbach</i> . Ed. II	1. 80
		— Sect. II. (lib. III—VII)	
		ed. <i>Breitenbach</i>	4. 80

